f Vt duo.] per hoc intellige supra eod. de cæterò, vt duo ex canonicis possint esse in seruitio episcopi. ita quòd non priuentur beneficio suo interim. si verò plures essent, priuarentur; ex eo quòd concedit de duobus, intelligitur prohibere de pluribus. argu. 25. dist. qualis. ꝙ supra de præsump. nomine. & credo hoc statutum fuisse ne in fraudem hoc aliqui procurēt: & ecclesię seruitium diminueretur, ꝓpter illorum absentiam: & ex hoc videtur, ꝙ vltra duos non posset cogere episcopus vt in seruitio suo essent.

g Integrè.] non tamen percipiunt vi ctualia, quæ tantum præsentibus dantur. supra eod. de cætero. vbi de hoc. & infra titu. proxi. licet.

h Commorantur.] & ita qui est in seruitio episcopi, seruire ecclesiæ intelligitur, vt supra eo. de cætero. vbi de hoc.

† Et quamuis hic vr in dicare bñficia etiā simplicia residentiam postulare, vide Cardinalem clemē. r. de foro compe. q. 12. & 13. & Felin. in c. dilectus filius supr. de rescrip.

† Antiochiæ.

CVm ad.] Primo narrat factum. Secundo prouidet, ibi, Vnde mandamus. Abb. Sic.

CASVS. Anthiochena ecclesia propter absentiam illorum, qui seruire debebant in ecclesia, destituta erat ministris, occasione quarundam indulgentiarum, quas super hoc se habere dicebant: petijt patriarcha super hoc ecclesiæ suæ prouideri. vnde mandat Papa Patriarchæ, quatenus, non obstante siue obstantibus Apostolicis indulgentijs, & prædecessorum ipsius Patriarchę silentio, reuocent canonicos absentes, & quosdam alios, qui appellantur assisij, i. continuè residentes: & si non venerint, de beneficijs ipsorum faciat ecclesiæ deseruiri, dum sunt absentes: &, quod superfuerit, in vtilitatem ecclesiæ conuertatur: de iure tamen poterant priuari: sed Papa uoluit in hoc eis facere gratiam. Nota, quod clerici absentes possunt reuocari à prælatis suis, quamuis indulgentia Papæ sint muniti. Item ex causa cessat siue perditur priuilegium.

a Destituta ministris.] hæc est iusta causa reuocandi eos, vt ar. q. 2. placuit. & quia in eo manere deberent, in quo vocati sunt. ca. causa. q. 1. cap. 1. & 70. dist. sanctorum.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

absentibus est ferè destituta[a] ministris: Vñ mandamus, quatenus nō obstantibus[b] apostolicis indulgentijs,[c] † & prædecessorum tuorum licētia[d] absentes canonicos & assisios[e] reuoces ad residendum † in ecclesia supradicta: & si non venerint,[f] tu de ipsorum beneficijs, dum absētes fuerint, ipsi ecclesiæ facias congruè deseruiri, † in vtilitatem eiusdem, quòd ex præfatis beneficijs superfuerit, conuertendo.

¶ Idem.

¶ *Priuatur beneficio clericus non residens, si monitus non redeat, nec iustam excusationem alleget. h. d. & est casus notabilis.*

CAP. XVII.

Clericos, † in ecclesijs tuę iurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt assecutos, si ad alterius diœcesim absque licentia[g] tua morandi causa transierint, liceat tibi, si moniti non redierint,[h] dictis beneficijs (nisi excusationē[i] rationabilem ostēderint) spoliare.

TITVLVS V.

De præbendis, & dignitatibus.

¶ Ex concilio Pictauień. †

¶ *In bonis ecclesiæ non succeditur iure cōsanguinitatis.*

CAP. I.

Vt † nullus[k] de clero, siue de populo, ecclesiastica bona † iure consanguinitatis[l] sibi requirat habenda.

¶ In corpore canonum. †

¶ *Non licet episcopo aliquem ordinare sine titulo.*

b Nō obstantib⁹.] nisi, hoc diceret, non posset illos prætextu istarū litterarum reuocare, cum de indulgentia concessa non faceret mentionē. supra de præscri. venientes.

c Indulgentijs.] similis reuocatio est infra de deci. suggestum.

d Et prædecessorū tuorum licentia.] & si de hoc non fuisset facta mentio, nihilominus valuisset litteræ. quia indulgentia non extendebatur post mortem illorum, vnde statim expirauit, cū in præiudicium ecclesiæ nil facere possit: quod si fecerit successor poterit reuocare. j. de do. c. 3. & penulti.

e Assisios. vocat assisios beneficiatos, qui non sunt canonici, qui deseruire debent ecclesiæ, nec vocātur ad omnes tractatus cum canonicis & dicūtur assisij quasi assidui. in multis ecclesijs sunt plures tales qui mansionarii dicūtur.

[Glossa seq. signat contrarium, & soluit.]

f Venerint.] ar. contra s. e. inter quatuor. & c. ex tuę. & s. de app. peruenit 2. & 7. q. 1. præsentium. & vbi ex toto priuatur, non redeant ad terminum sibi præfixum. Hic papa mitius voluit agere cū eis propter indulgentiam, vnde non priuant statim, sicut illi qui non habēt indulgentiam. j. c. prox. & satis priuanē, quia beneficiatis subtrahuntur ex toto, vt sic indirectè fiant volentes per amissionem beneficiorum, sic s. de æta. & quali. quæris. tñ si diu perdurarent in sua contumacia, poterit illos ex toto priuare per iura prædicta. j. c. prox.

Clericos.] Non diuiditur. Abbas.

CASVS. Quidā clerici assecuti sunt bñficia, q requirunt residentiam in ecclesijs diœce. tuę. Isti clerici trāsibāt ad alienā diœcesim causa morandi sine licentia sui epi: cōsultus papa q. d de talibus sit agēdū. Rñde, q si moniti nō redierint ad terminum sibi datū, spoliandi sunt ecclesijs illis, nisi ostenderint rationabile cām quare non possint redire. Nota, quòd qualitercūque clerici sint absentes de licentia vel sine licentia plati sui, semp vocādi sunt anteq̄ pcedatur cōtra eos. Itē si cām rationabilē ostēdāt, quare venire non pñt, nō puniunt.

g Licentia.] sine licentia epi clericus se absentare nō debet. s. eo. inter quatuor. etiam de iusta causa. s. eo. relatum. & de consec. dist. 5. non oportet 2. Ber.

[Glo. seq. distinguit an pro delicto, & remittit.]

h Redierint.] quod quod clericus siue de licentia sui epi, siue sine licentia sit absens, prius est monēdus vt redeat q̄ priuetur beneficio suo, vt hic patet, & s. eo. inter. & c. ex tuæ. Super hoc tamen distingue: quia aut habet ecclesiam pro derelicto, aut non. Si habet eā pro derelicto, puta q̄a cōtraxit matrimoniū, vel factus est miles, vel ioculator: cū de hoc cōstiterit, episcopus statim potest ecclesiā illius alij cōferre j. de cle. cōiug. c. 1. & 63. dist. si quis. Vel si recepit aliam ecclesiam habentem curam animarū, cū prius talem haberet. j. tit. prox. de multa. Si verò nō habet eā pro derelicto: monēdus est: si comparet: tūc fiet prout hic dicitur: si non comparet, quia vagabundus discurrit, tunc fiat q̄ dr. s. e. ex tuę. De hac materia pleni⁹ dictū est. s. vt lit. non cōt. qm̄ frequenter. §. porro. ver. si verò.

i Excusationē rationabilem.] puta, quia erat infirmus, quare venire non potuit. 7. q. 1. pñtiū. vel quia habet ibi capitales inimicitias, ita q illuc venire nō audet. s. de elect. bona. 2. vel alia quacūque iusta causa. 2 ita q venire non possit. tunc si procederetur contra ipsum, nō præiudicaretur ei. argu. supra de test. i nomine. Dñi. Et arg. ē hic semper rationem esse reddēdam de omnibus. sic s. de rescrip. c. si quando.

DE PRAEBENDIS ET DIGNIT.

¶ Quia clerici non possunt honestè viuere nisi habēat præbendas, vnde uitæ necessaria percipiant, meritò post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abb. Sic.

De hac materia tractatur. 21. q. 1. & q. 2 per totum. & 70. dist. sanctorum. 16. 7. nullus.

Vt nullus.] CASVS. Dicitur hic q nullus debebit ecclesiastica bona quærere iure consanguinitatis. No. quòd hæreditaria successio non hēt locum in spiritualibus.

k Vt nullus.] supple statuimus.

[Gloss. seq. distinguit inter ecclasiastica. & patronalia bona.]

l Iure cōsanguinitatis.] hoc intellige de bonis ecclesiasticis, 3 ut dicit littera, vel de his q intuitu ecclesiæ q̄sita sunt. illa eñ neq; ex testamento, nec ab intestato transeunt ad cōsanguineos, siue sint bona mobilia, siue nō, sed ecclesiæ remanent. Alia verò bona q intuitu psonæ vel de hrditate alicuius puenerūt ad eos trāseūt ad cōsanguineos ab intestato vt testamento, sm dispositionē clericorū. j. de testa. c. 1. & c. cum officijs & ca. ad hæc. & c. relatum. & ita hrditaria successio in ecclesia locū non hēt. 7. q. 1. Apostolica. & de fil. presby. præsentiū. & c. cōquerente. & c. ex trāsmissa & j. de deci. ad hoc. & j. de iur. pa. consuluit. & j. de insti. ad decorem.

† Vide l. 2. & ibi Bal. ff. ne quid in loco pub.

† residētiā.

† deseruire

1 Putat AEgid. hoc uerū qn̄ tēpore indulgentię impetratæ ecclesia nō patiebat ministrorū defectū vel patiebat.] & de hoc fuerat expresū in indulgētia. ¶ aliàs putat indulgentiā non ualuisse a principio datā in pīudiciū enormē diuini cultus. s. de cōstit. ex parte Io. A.

† Vide Ancharanū cōsil. 8. & Lapū allega. 116. Adde Burchardū li. decretorū. c. 74. 75. & seq.

† Hoc conciliū nondū repertū est, sicut pleraq; alia.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cōpi. Et de materia vide B. Thomā 2. 2. q. 185. art. 6. & 7. & Sotū li. 10. de iu. & iu. q. 4. ar. 1. & seq.

† beneficiū

† Vt sumptū ex Auth. vt determinatus sit num. clericis. §. in alijs autem.

2 Puta iure peries aeris, vel timor mortis. 74. disti., quorūdā. de ienū. ad supplicati. vt tractio pontis. vel simi. & habes exempla ff. si qs cautio. l. 2. vel papali indulgentia. s. c. pxi. sm Hos. Io. And.

3 Vt de ipsis dignitatib. & pbendis, vt magis faciat ad titulum. Io. An.

NOn liceat.] CASVS. Dr̃ hic, quod eps, aut ñ faciat clericos: aut si fecerit, dẽt illis prouidere, vñ possint viuere. No. quod episcopus debet ꝓuidere ordinatis ab ipso.

[Gl. seq. recitetur per q. an etiam in minoribus & c.]

a Clericos.] indistincte dicit de oĩbus & ideo vr̃ ꝙ oĩb. teneant̃ in qbuscunque ordinib. ar. s̃. de filijs pſby. ꝓposuit. & 28. di. de his. Applone. n. clericorũ oẽs ĩmmoribus ordinib. & maiorib. constituti ꝯtinentur. 11. q. 1. c. de persona. 21. di. cleros. & clericos, nisi hẽat de suo: vnde viuere possit. ĩ. e. eps. & c. tuis. Ecclesia tñ Romana non consueuit cogere epos, nisi pro his qui sunt in sacris ordinib. ĩ. eod. cum secundum Apostolum.

[Gl. seq. signat ꝯtrium, & soluit.]

b Viuere.] Ar. ꝯ 70. dist. c. 1. & 2. illud corrigit in odium episcoporum. ĩ. e. cũ s̃m Apostolum.

RAtio.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ nulla ratio finit, quod aliquis ꝓprijs applicet vsib. quod pro cõi vtilitate est datũ. Nota quod nullus rẽ ecclesiç ita sibi appropriare debet, vt ita suã reputet, s. quod possit eam alienare.

c Applicetur.] i. approprietur. s. vt tãq̃ ꝓpriũ reputet quod est ecclesiæ. & sic nõ obuiat qd̃ hic dr̃. diuisioni præbendarũ. sic exponir̃. 33. q. 1. q̃ ad perpetuã. 12. q. 1. c. nulli. §. si ergo.

EPiscop⁹.] Primo ponit dictũ. Secũdo eius exceptionem: ibi, Nisi, &c. Abbas.

C A P. II.

NOn † liceat vlli epo ordinare clericos[a] & eis nullas alimonia[s] ꝑstare; sed duorũ alterũ eligat: vel nõ faciat clericos, vel si fecerit, det illis vnde viuere[b] possint.

¶ Greg. † Anthemio subdiacono.

¶ *Bona ecclesiarum communia sunt, nec debet quisquã tamquam propria sibi vendicare.*

C A P. III.

RAtio nulla ꝑmittit, vt quod pro cõmuni vtilitate datũ esse cognoscitur, proprijs cuiusdam vsibus applicetur.[c]

¶ Alex. iij. in concilio Lateranẽ. †

¶ *Qui ordinauit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo vnde viuat, prouidere tenetur ei de suo, donec aliquem titulum fuerit consecutus.*

C A P. IIII.

EPiscopus si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitç percipiat, in diaconum[d] vel presbyterum ordinauerit: tamdiu ei necessaria[e] sub ministret, donec in aliqua ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericalis assignet: Nisi talis ordinatus de † sua vel ¦paterna hæreditate subsidium[f] vitç possit habere.

¶ Idem in eodem.

¶ *Non debent episcopi permittere quem plures ecclesias obtinere.*

C A P. V.

QVia in tantũ quorundam processit ambitio, vt non duas vel tres, sed plures[g] ecclesias perhibeantur habere, cum nec duabus[h] possint debitam prouisionem impendere: Per fratres & coepiscopos nostros hoc † emendari præcipimus: & de multitudine (præbendarũ†) canonibus[i] inimicã, quæ dissolutionis materiam & euagationis inducit, certumque continet periculum animarum[k] eorum, qui ecclesijs deseruire valeant, indigentiam volumus subleuari.

CASVS. Statuit Later. concilium, quod episcopi nullum dẽant ordinare sine certo titulo in diaconũ, uel presbyterum, & idem intellige de subdiacono, quod si fecerint, tandiu ministrens illi necessaria, donec in aliqua ecclesia sibi conuenientem bñficium assignent, nisi de sua vel paterna hr̃ditate, subsidium uitæ possit hr̃e. Not. quod nullus dẽt ordinari certo titulo: & si ordinatus fuerit, dẽt ei ordinator prouidere. Item ad titulum sui patrimonij potest quis ordinari.

d Diaconum.] idem est de subdiacono. infra eo. cum secundum, & idem uidetur de minoribus ordinibus s̃. eo. cap. non liceat.

e Necessaria.] consideratis facultatib. ecclesiæ & dignitate ipsius clerici. arg. ff. de ali & cib. leg. cum alimẽta, & ff. de iu. dot. quæro. & s̃. de vi. & hone. cle. quoniam & ff. de vsufruc. sed & si quid. §. 1. & infra eo de multa.

f Subsidiũ.] innuitur hic, quod aliqs sine titulo ecclesiastico possit ordinari, ex quo hẽt de suo vñ viuere possit. & est verũ. ĩ. e. tuis. & facit ad hoc 12. q. 1. illi qui & 16. q. 1. c. vlt. & 1. q. 2. clericos. & c. seq. quia intelligit̃ ordinari ad titulum sui patrimonij. & talis censet̃ in pſona & reb. gaudere priuilegio clericali, 12. q. 2. ecclesiarũ seruos. & 16. q. 1. sunt 2 q̃ de foro ecclesiç fa ctus est, licet nõ hẽat ecclesiam.

QVia in tantum.] Primo ponit̃ excessus. Secũdo prouisio; ibi, Per fratres. Abb. Sic.

CASVS. Quidam ambitione ducti nolunt esse contẽti vna vel duab. ecclesijs, aut ẽt trib. sed quotcunq; põt, acquirũt. cum ẽt duab. seruire nõ possint: ꝑcipit Lateranẽ. cõciliũ, ꝓ ambitio istorum corrigat̃ ꝑ epos, in quorũ iurisdĩone clerici cõsistunt, & de bñficijs istorum quæ obtinẽt contra canones, & periculũ aĩarum inducunt, prouideat̃ pauperib. clericis, q ecclesijs valeãt deseruire. No. ꝙ nemo põt hr̃e duas ecclesias sine pĩculo aĩæ, nisi dispensatiuè ꝑ Papam. Itẽ indigentib. & deseruire volentibus debent ecclesiæ conferri.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

g Plures.] quid iuris sit de hoc, plenè dr̃. s̃. de ele. dudũ. 2. Sed q̃d si aliqs hẽat plura beneficia ꝑ dispẽsationẽ, nunquid vocabit̃ ad capitulũ vtriusq; ecclesiæ pro negotijs siue electionib.? Credo ꝙ sic, si est in tali loco, vñ commodè vocari possit: nisi cõsuetudo ecclesiæ approbata faceret ĩn contrarium: quia ex quo cum eo dispensatur in ecclesia, per ꝯñs in oĩb. accessorijs dispensatur. & sic seruatur s̃. de ele. in Genesi & coram vno episcopo conuenietur tantum de his, quæ ad vnam pertinent ecclesiam: sicut conuenitur quis ratione possessionis vbicunque res sit, rei vendicatione, licet non habeat domicilium. C. vbi in rem act. l. vl. & s̃. de fo. compe. sane, & c. fin. Et sic qui habet duas ecclesias in diuersis episcopatibus, vtrobique intelligitur habere domicilium argumento sup. de rescrip. dilectus filius 2.

h Nec duabus.] Sic sup. ti. prox. c. quia nonnulli. & 16. q. 1. c. presbyteros.

i Canonib.] quos habes 79. dist. c. sanctorum. & 21. q. c. 1. per totam quæstionem.

K Animarum.] nisi per dispensationem obtineant illas, vt sup. de ele. dudum. 2.

2 Concord. tex. in l. 2. C. de episc. & cle.

† al. ita: de sua paterna hæreditate, &c. quod nõ probo.

† Ca. 14. & c. 6. eo. ti. in cõp. & ꝯcordat concil. Trid. ꝙ nouissime hæc roborauit, ses. 7. de reform. c. 2. & 3. & ses. 24. de refor. c. 17.

† hæ

† Vox præbẽdarum, non est in antiquis, nec in concilio.

Cum

. eo. cõpi. ꝙ cir lanci i. Tri. de re c. 2. 11. epi 36. siue 31. in 5. regi c. 3. e. 1. cõp. ide l. a. 1c. §. La ff. pro o. Idest, in enam, vt ibi expositum est. Cap. 5. eo. i. in 1. cõp. & unde con- ci. Trid. cita 12, s. c. non liceat.

CVm teneamur.] Non recipit congruam diuisionem. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquis habens sufficiens beneficium, impetrauit litteras pro alio bñficio in alia ecclesia obtinendo nec fecit mētionem de beneficio quod hēbat: quæsitū fuit à Papa, vtrum teneretur ille cui litteræ dirigunt, ꝓuidere illi auctoritate illarū litterarū? Rñdet Papa, si māda tū nr̄m rece peris sup ꝓuisione illi⁹ q̄ hēt aliud sufficiens bñficium, patienter sustinebimus, si nō feceris ꝙ mandamus, nisi de bñficio suo in litteris nostris fiat mentio, vel si nō potes ei prouidere sine scādalo. No. ꝙ oportet mādatū dñi Papæ adimplere, nisi subsit rō non adimplendi. Itē si quis hñs bñficium competēs, litteras impetrauerit ad aliud obtinēdum: nisi fecerit mentionē de alio bñficio, nō valēt. Itē ꝑp scandalum multa sunt dimittenda, quæ aliàs fieri deberent.

† Cap. 7. eo. ti. in 1. cōpi. & post coci. Lateraneñ. par. 30. c. 2. Et vide l. imperator. ꝑ Bar. ff. ad Treb.

† In oīb. manuscriptis ita: aut si nō potes ei sine graui scādalo ꝓuidere, æquanimiter sustinemus, &c. in vno, sustinebimus.

¶ Idem.

¶ Ad mandatum Papę non tenetur quis prouidere illi, qui beneficium in litteris tacuit, vel cui sine scandalo prouideri non potest. h. d. Et in vltimo est iste textus semper menti tenendus.

CAP. VI.

CVm† teneamur: & infra.

¶ Si mandatum nostrum pro alicuius prouisione receperis, qui aliud beneficium [a] habeat, de quo valeat commodè sustentari: [b] nisi fortè in litteris ipsis de hoc mentio habeatur: aut † si non potest [c] ei sine scandalo prouideri, ęquanimiter [d] sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendum.

¶ Idem.

¶ Habens plures ecclesias, alteram eligere, & alteram dimittere compellitur.

a Aliud bñficiū.] & ita si q̄s hēat aliud beneficium, pōt exci pi contra eum. ꝫ. de rescr. cum adeo, & c. si proponente. vbi de hac materia plenè tractatur, nisi excipiens similiter hēat plura beneficia. ꝫ. de exceptio. cum ecclesia.

[Gl. seq. arg. à contrario, & illud determinat.]

b Commodè sustentari.] ergo vr̄ ꝙ si non pōt commode sustentari, non oportat fieri mētionē: quod satis vr̄ æquū. Sed tutius est ꝙ de ipso faciat mentionē, q̄tūcunq; sit modicū: q̄a vr̄ dolose tacuisse. ut citius obtineat lr̄as, q̄a simpl̄r se clericū appellauit: Si verò dixisset se nullū bñficiū assecutū, tū habuerit tenue, non valent litteræ. ꝫ. de rescr. si proponente aliquo.

ADDITIO. Vide ca. si motu ꝓprio eo. ti. [lib. 6.]

[Gl. seq. cum sequenti elicit duo argumenta.]

c Si non pōt.] arg. id solum fieri posse, ꝙ cōmode vr̄ iure fit, & sine scādalo. ff. de verb. sig. l. nepos. ff. de vsu & hab. l. non aliter 12. q. 2. faciat homo. Et si ꝑp scandalum quandoq; receditur à iure. arg. ꝫ. de cler. coniu. cum ōlim.

1 Sequit: mulier hospitē recipere potest. ꝙ si is fiqui honestè cū ca q̄ vlum hēat, habiturus st. Io. And.

d Aequanimiter.] arg. ꝙ mādatū superioris non est necesse adimplere, vbi rō non adiplendi pōt reddi arg. ꝫ. de rescr. si quando. arg. ꝫ. ti. prox. c. vlt.

REferente.] In prima ponit impetrantis cōquestio. In secunda ipsius absolutio, & causæ cognitio: ibi. Nos autem. Abb.

CASVS. Quidam presbyter in archidiaconatu cuiusdam archidiaconi hēbat duas ecclesias archidiaconus spoliauit illum altera illarum, & assignauit illam cuidam alij presbytero G. nomine: propter quod presbyter appellauit ad metropolitanum suum, s. Remensem archiepm̄, & sic archieṗs restituit illi ecclesiam: post hoc archidiaconus vocauit illum presbyterum ad ꝑsentiam suam: & q̄a ille non venit, archidiaconus excōi auit eundem: ꝑsbyter conquestus est dño Papæ, vñ Papa fecit illū absolui à snia, qua tenebatur. Mandat eṗo diœcesano, vt ille presbyter vnam d̄ ꝑdictis ecclesijs eligat q̄ voluerit alterā assignet ꝑdicto G. cui archidiaconus eā ꝯtulerat, si nō hēt aliud bñficiū: alioqn ꝯcedat illā alij ꝑsonę idoneę bñficiū nō habēti. No. ꝙ hic appellat ad metropolitanū omisso medio: ꝙ est contra ius. Sed ꝯsuetudo est, vt ad illum metropolitanum appelle omisso medio. Itē no. ꝙ archidiaconus pōt excōicare, q̄d patet, ꝑ hoc ꝙ à tali snia absoluitur iste hic. Itē no. ꝙ ōli ſm hāc decretalē, q̄ hēbat plures ecclās, eligere poterat q̄ volebat, altera relicta. hoc hodie nō hēt locum: q̄a recipiēdo secūdā vacat prima. Itē nemo pt̄ hr̄e duas eccle sias, vt hic patet. Itē beneficium non habenti est dandum.

CAP. VII.

† Cap. 9. eo. ti. in 1. cōp. post concil. Lateraneñ. sub Ale. iij. par. 30. c. 34.

REferente† I. presbytero accepimus, ꝙ cum duas haberet ecclesias, archidiaconus tuus ipsum altera spoliauit, & cuidā presbytero G. nomine assignauit [e] eandē, prædictus autē I. sentiens se in hac parte grauari, ad metropolitanū, videlicet Remeñ. archiepiscopum appellauit. [f] Cumque de mandato eiusdem archiepiscopi, in prædicta ecclesia restitutus fuisset, præfatus archidiaconus eundem I. eo quod ad præsentiā suam vocatus venire cōtempsit, vinculo excommunicatiōis adstrixit. [g] ¶ Nos† autem ipsum à sentētia qua tenebatur, faciētes absolui, tibi mādamus, quaten⁹ præsenti pto I. de ꝑdictis † ecclesijs, vna, quā voluerit, [h] relicta, alteram præfato G. si ecclesiā nō habet, †

† al. itat Nos autem à sētētia qua detinebatur cum facientes, &c.

† præscriptis.

† habeat.

e Assignauit.] q̄d hic dr̄, vr̄ de iure cōi spectare ad eṗm 16. q. 7. c. nullus., & ꝫ. de off. archid. c. cū satis. nisi hoc habeat archidiaconus de consuetudine ꝑscripta. arg. ꝫ. de exces. præla. c. 2. & ꝫ. de offic. archi. capitulo vltimo.

ADDITIO. De hac materia quęre supra de offi. ord. pastoralis.

[Gl. seq. alle. concordantiam, signat ꝯtrariū, & ibi remittit opi. ponit Lauren. quam reprobat.]

f Archieṗm appellauit. & sic remittit medius. sic inf. de no. ope. nun. significātib. Arg. contra ꝫ. de app. dilecti filij Prior. Dic vt ibi Lau. dixit, ꝙ iō q̄a omisit medium, non tenuit apprō: vñ postea tenuit suia excōicationis lata ab archidiacono in psbyterum. sed hoc non est verum, q̄a apprō illa finita erat postq̄ fuit restitutus sacerdos in pristinum: & de consuetudine appellat ab Archidiacono ad archieṗm: 2 sed archidiaconus post illam restitutionem iterum vocauit presbyterum ad se: & q̄a non uenit, ipsum excōicauit: & sic tenuit snia non obstante appellatione, quæ diu terminata erat & finita.

2 Hoc planè Hos q̄ dicit se scire, quod archieṗs Remeñ. talibus consuetudinibus utitur alleg. de appe. Romana lib 6. Ioan. And.

g Adstrinxit.] & sic patet, ꝙ archidiaconi pñt excōicare ꝫ. de eo qui furt. ord. rece. c. 1.

[Gl. seq obijcit, ponit opi. Alani, q̄ ipse reprobat.]

h Quam voluerit.] iste uolebat vtrā q̄ tenere, sed vr̄ ꝙ vtrāq; debuit spoliari. 7. q. 2. si q̄s eṗs. q̄d cōcedebat Alanus, & dispēsatiue reseruat ei alterā: quod nō credo, q̄a aliud decretū spāliter loquit in ipso: & licet non debuerit iste recipere secundam, tñ non dēbat ꝑpea ꝑdere vtrāque ſm illa tempora, sed alterā tm̄, vt ꝫ. c. præterea.

erea hodie verò illud verum est, qui recipit secũdam habentẽ curã aiarum, cũ prius talẽ habeter, ipso iure acat prima:& si vtramq; retinere contẽderit, spolieẽ traq;.j.e.de multa.aliàs nihil adijceret ꝯstitutio illa.

Ecclesiastico carenti.] arg.ꝙ qui habet vnum bñfisum, non pôt obtinere ẽm, vel lr̃as impetrare, nisi de prio faceret mẽtionẽ. c.ꝓx.& j.de rescr. ũ adeo.& c.si ꝓpoẽte. qa habenti da e, nihil aliud est q̃ erdere.vt 1.q.2.pa ot.nisi ꝑ dispensaonẽ.j.de elect. dum 2. & qui vnum ñficium habet, non putatur idone⁹ ad liud.j.eo. super.

Maioribus.] Prohibetur diuisio bendarũ,& ꝑmutao dignitatũ. In pria ponitur causa ꝓibitionis. In secuna ꝓhibitio, ibi, Idrcò. Abbas Sicul.

ASVS. Quidam ꝑ ati bñficia minorũ ericorũ diuidebant plura bñficia, marib. bñficijs in sua tegritate manenti us.ꝯciliũ Turoñ. vi ens ꝙ hoc erat inins ꝙ, statuit ꝙ ecclea seruet vnitatẽ sie aliqua sectione in inorib.bñficijs, sit in maiorib. vt de tero nulla fiat diisio ꝑbedarũ, aut ẽt gnitatũ ꝑmutatio. o.ꝙ ad vnam ꝑbẽ im plures eligi nõ ossunt: & si fiat, nõ let.

non differas assignare: alioquin ipsam alteri personæ idoneæ beneficio ecclesiastico carenti,[a] incunctanter assignes.

¶ Idem in concilio Turoneñ.

¶ *Prebenda & dignitates nõ debent diuidi, nec etiam permutari.*

CAP. VIII.

MAioribus† ecclesię beneficijs in sua integritate manẽtibus, indecorum nimis videtur vt minorum clericorũ præbendæ patiantur sectionẽ. Idcirco, vt sicut in magnis, ita quoq; in minimis[b] membris suis firmatã ecclesia habeat vniuersitatem: † diuisionem[c] præbendarũ, aut dignitatum permutatio nem[d] fieri prohibemus.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ *Receptus in canonicum ex promissione Capituli, debet quando facultas se obtulerit, habere præbendam. vide c.2.de concessio. pręben.in 6. cum glossa.*

CAP. IX.

REIatũ † est:& infra. Quoniã igitur dignum est, vt postquã magister I. in ecclesia tua canonicus est institutus,& à te habuit in ꝓmissis[e] de conferẽda sibi prima ꝑbenda, cum in ecclesia ipsa vacaret, vt debeat ꝑbendæ integritate gaudere: Mandamus, quatenus si idem I. in ecclesia tua est canonicè institutus,& in choro,& Capitulo,& in alijs, quorum vsus est communis, potestatẽ sicut canonicus habet: ei præbẽdam, si qua nunc vacat, vel cum ibi primò vacauerit,[f] secundùm promissionem tuã, concedas liberaliter[g] & assignes: quia non est cõgruum vt præbenda careat qui in canonicũ nõ scitur esse receptus.

Relatũ.] Præmittit & submittit causas mandati, ipsum mandatum inferendo. Abbas Siculus.

CASVS. Archiep̃s Cantuarieñ. instituit ĩ ecclesia sua magistrũ Iacobũ in canonicum & in fratrem,& ꝓmisit eidẽ cõferre primã ꝑbendã, q̃ in ipsa ecclia vacauerit; & assignauit eidem aliq̃ portionẽ, quousq; ꝑbendã integrã conferret eidẽ. Sed cũ postmodũ in eccla ipsa ꝑbendæ vacassent, archiep̃s nõ adimpleuit suã ꝓmissionem: vñ iste Iacob. accessit ad Papã, & exposuit ei qualiter archiep̃s se habuerat erga eũ: Scribit Papa archiepõ dicens, ꝙ post ꝗ dictus Iacob. est institutus canonicus in ipsa ecclesia, & ꝓmisit ei dare præbendã primò vacaturã, dignũ est, vt integrã dẽat hẽre præbendam: vñ mãdat ipsi archiepõ quatenus si dictus Iacob. fuerit ĩ ecclesia canonicè institutus, & ĩ choro & Capitulo & alijs, quorũ cõmunis est vsus, hẽt sicut canonicus potestatẽ, ei præbendã si qua vacat, vel quã primo vacare contigerit; assignet, secundũ qđ ipse promisit qa incõueniens est, vt præbenda careat, qui in canonicũ est receptus. Not. ꝙ aliquis pôt recipi in canonicũ, & vacaturã expectare præbendã, ita tñ ꝙ aliqd percipiat, vt hic percipiebat. Item ꝓmissum adimplendũ est. Itẽ qui est canonicus receptus, non debet carere præbenda.

† Ca.1 t.eo. ti.in 1.com. Et nũ hodie sit correcta hæc decretalis ꝑ c.2. de cõcess. præb. li.6. vide ibi per glossã. adde Deciũ in c.ex parte i.j.de off.dele.& Feli.in c.nõnulli.j.de rescrip.

Itẽ idem iuris est in minorib. sicut in maiorib. ẽ ꝑbenda diuidi nõ dẽt. Item ꝑmutatio dignitatum eri non. dẽt qđ verum est sine auctoritate superioris. [Gl. seq. arguit ad duo.]

In minimis.] arg. quòd idem iuris est in paruis qđ magnis. 14.q.vlt.c.vlt. supra de appel.c.de apponis & ita magnum iudicabis vt paruum. supra de iudi. uit. Item est arg. quòd idem est iuris in parte quod toto. arg.j.q.1.si quis episcopus. Ber.

Diuisionem.] sine iusta cã.j.eo.cũ cã. Ex iusta caupôt vna præbenda diuidi in duas cum vacat, si facultes sufficiant.j.eo.c.vacante.ar.j.eo.significatum.& de eccl.ædi.ad audientiam,& sic erũnt duo iura, sed uo ad vnam præbendam elici non pñt, vt vnus vnam editatem habeat, & alter alteram, vel quòd vnus expectet quousque alia vacabit, immo talis electio est casnda infra eo. tuæ fraternitatis.& c.dilecto. Ber.

Dignitatum ꝑmutationem.] permutatio dignitai, aut etiã præbendarũ, sine auctoritate superioris fieri on pôt: qđ si fecerint, ei sdem sunt spoliandi.j.de re. ꝑ mutatio.cũ olim nisi dispensatũ fuerit cum illis.j.eo. t.c.cũ vniuersorum. superior verò si viderit expedire, oc facere potest, vt infra eo.tit. quæsitum. Ber.

e In ꝓmissis.] ar. ꝙ ea q̃ ꝓmituntur, sunt opere adimplẽda.j.de pact. qualiter.& 12.q.5.quia Ioannes.& 32.q.vlt.ca.fi. 1 Sed vr̃ quòd talis promissio non teneat, quia bñficium nõ poteſt promitti, vel concedi antequam vacet.j.de concessio.præb.& eccl.non va.nulla. Sol. dicas quòd hæc promissio licita fuit: quia hic primò receptus fuit in fratrẽ & canonicũ,& eo purè recepto, promisit ei episcopus conferre primã prębendã vacaturam, & hoc non est ꝯ ius, imò ad hoc tenebat episcopus de iure, qa eo ipso ꝙ dedit canonicatum, per consequens obligauit se ad prębendam, etiã sine ꝓmissione expressa: quia alterum sine altero diu esse non potest.1.q.3.si quis obiecerit. ff. de decurionib. Herennius. vñ iste taliter institutus pôt agere contra episcopum, vt conferat ei præbendam in ecclesia illa, in qua est receptus, vt dr̃ in fine. Promissio verò siue collatio beneficij non vacantis nulla est, & sic loquitur capitulum.j. de concessione præb. nulla.&c. relatum,& c.ex tenore.& iste nullam habet petitionem ex tali promissione, seu collatione.

1 Cõcor.tex. in l.1.& ibi Barto. ff. de pac. & ff. ad l.Fal.l.fin.

f Vacauerit.] arg. contra, infra. eo. dilectus filius. ibi soluitur.

g Liberaliter.] imò videtur quòd ex necessitate, qa episcopus nõ hẽt liberalitatem necessariæ electionis, ar. ff. de leg.2.vnũ ex familia. & in necessitate nõ est liberalitas. ff. de adimen.lega.l.rem legatã.& ff. de donatio.inter uirum & vxo.si quis pro vxore. quia nec eam potest sibi retinere j. de offi. archipresby. vt singulæ. Sol. liberalitas est. vt ei prouideat sine conditione: & licet

licet necesse habeat conferre beneficiū, non tñ hēt necesse conferre isti vel illi, & ita si cōferat tibi gratiam facit, cum eam tibi non teneatur conferre, & sic liberalitas & necessitas circa diuersa referuntur, sed hic necesse habebat conferre, cum iam esset institutus, & ꝓmiserit ei conferre primam præbendam, quæ vacaret ibidē.

¶Vox, diœcesis, deest in quibusdam antiquis.

AVaritiæ.] Primo ponitur excessus Secundò correctio Secunda: ibi, Ideoq; Abbas.

CASVS. Quidam monachi & canonici reĺares, de ecĺijs suis certas pēsiones annuatim recipere cōsueuerūt: sed ipsi portiones & antiquos reditus, quos clerici ipsarū ecclesiarū percipiebant, diminuerunt, & parochias suas diuidebant sine ɔ̄sensu archiepi sui: vñ mandat Papa prædictis regularib. quatenus si quas portiōes, vel antiquos reddit⁹ clericorū sine cōsensu archiepi diminuerunt, vel parochias diuiserunt, ad integritatē pristinā debeāt reuocare. Not. ꝙ monachi, certas portiones vel redditus, quos percipiunt clerici ī ecclesijs ipsorum, sine cōsensu diœcesani sui diminuere non possunt, vel diuidere vnam parochiam in duas.

†C. 12. c. tit. in 1. compi. & post cōci. Lateranñ. pa. 13. c. 1.

¶Idem canonicis regularibus & monachis Eboraceñ. diœcesis.

Religiosi, redditus ecclesiarum suarum diminuere non possunt, respectu portionis, quæ debetur rectoribus, seu vicarijs, nec parochias diuidere.

CAP. X.

AVaritiæ, †quæ est idolorum ᵃ seruitus: & infra. ¶Intelleximus qđ in ecclesijs vestris, de quibus certas pensiones cōsueuistis percipere, portiones, ᵇ vel antiquos redditus ᶜ minorastis, quos nonnulli clerici ecclesiarum ipsarū olim habuisse noscuntur: & infra. ¶Ideòq; mandamus, quatenus si quas portiones, vel antiquos reddit⁹ clericorum sine consensu archiepiscopi vestri minuere, vel parochias diuidere præsumpsistis, ad integritatem pristinam reuocetis.

¶Idem præposito & capitulo Insul.

Possunt prælatus & capitulum præbendæ vacanti honestum onus imponere, ad quod præbendarius teneatur.

CAP. XI.

SIgnificatū† est nobis, ꝙ cuidā sacerdoti prębendā vnā in ecclesia vestra cōi volūtate dedistis, ita ꝙ ᵈ Missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate grauatus sit) debeat quotidie celebrare, & ecclesiam vestrā, non nisi communi tam præpositi quàm capituli ᵉ cō[sensu]

†Cap. 11. c. ti. in 1. cōp. & post cōci. Lateranñ. pa. 50. c. 9.

† Hęc glossula non reperitur ī vetustioribus exemplarib.

a Idolorum.] 28. q. 1. idolatria, & 47. di. c. bonorum. & in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. vltra med. col. 2.

b Portiones.] hoc † potest intelligi quando monachi certam portionem assignant presbyteris, & totum quod superest appropriant vsibus suis.

c Redditus.] hoc intellige, quando monachi certam partem percipiunt, & totum aliud dimittunt capellanis: & tunc in nullo diminuere dēnt quod relinquunt capellanis suis, sine consensu archiepiscopi sui, vel epi sui: & idem esset si clerici certam partem percipiunt, & monachi totum aliud & ex eo quod dicit; sine consensu archiepi, videtur, quòd de consensu ipsius hoc facere possint, & diminuere, & parochias diuidere, quod verum est iusta de causa 2. infra de le. cle. ædi ad audiētiam, & infra de excessibus, prælatorum, sicut venire, & 16. q. 1. pręcipimus. §. sicut duo. & arg. infra de his quæ fiunt à præla. sine consensu c. cum Apostolica. & ī. de censibus, quanto & sic possunt diuidere parochiam iusta de causa, vt patet per iura prædicta: possunt etiam redditus diminuere, puta, si ecclesiæ facultates essent ampliatæ, vt sic de augmento & monachis sentiant vtilitatem, cum huiusmodi ecclesiæ subsint eis quo ad tēporalia: quia de huiusmodi videtur loqui c. & infra. eo. de monachis.

† De hoc 10. dis. ca. 1. dic hoc verū cō sentiēte prælato & clericis: aliàs nō, de ecc ędifi. ad audiētiā. 56. dis. satis. si nollēt cōsentire, & iusta cā subesset, cōpellentur p̄ supiorem, ad quē recurrēdum est. infra de iure pat. nullus, dicit ēt prælatū hoc non facere vacan. eccle. de cuius diminutione q̄rit de re eccle. nōalien. uddum. lib. 6. Ioā. And.

SIgnificatum.] Primò ponitur ordinatio tria continens. Secundò confirmatio cum limitatione: ibi, Quam si quidem. Abbas.

CASVS. Quædam præbenda vacauit in quadam ecclesia: præpositus, & capitulum illius ecclesiæ communi consensu & voluntate statuerunt, vt quicunque ad ipsam præbendam eligeretur, Missam de sancta Maria quotidie celebraret, nisi esset corporis infirmitate grauatus, nec ecclesiam dimitteret, sine cōsensu ꝓpositi, & capituli, & quod iura illius præbendæ non alienaret: quo facto electus est quidam sacerdos ad illā præbendam: præpositus & capitulum petierūt à Papa, vt institutionem ipsius deberet cōfirmare: & dominus Papa ipsam cōfirmauit, ita ꝙ sacerdos ille assidue debeat officium suum impēdere ipsi ecclesiæ, nisi fuerit corpori infirmitate grauatus & quāto frequētius poterit salua honestate sua Missarū solemnia celebrare, nec liceat sibi hoc officiū subtrahere illi ecclesię, nec ad aliā se trāsferre. Not. ꝙ vacāte beneficio potest onus imponi ipsi bñficio, dum tñ onus sit licitum & honestum. Item cōditio (vt hic dr̄) locū habet in spiritualib. sed nō ita intelligitur, imo oneris est determinatio. Item sacerdos pōt aliquid accipere vt Missam celebret.

c Ita quòd.] Arg. cōsueuit hic notari, quod in spiritualib. potest interuenire pactio siue conditio supra de elect. significasti. arg. de trans. c. 2. argu. contra supra de pact. c. vlt. & 1. quæst. 2. quàm pio. sol. vt nulla sit dubitatio, sic intellige, quod nulla conditio siue pactio hic apposita fuit cum aliqua persona. sed præpositus & capitulum vacante illa præbenda constituerunt, vt qui ad illam prębēdam eligeretur, onus istud subiret, vt sic res transiret cum suo onere. ff. de pig. ac. si conuenerit. §. 1. & infra de pign. ex litteris. & ff. de vsufr. l. vsufructu. legato. & l. si pendentes. §. penul. & opt. arg. infra vt ec. be. sine di. confe. vt nostrum. ad fi. & hæc conditio licita est & honesta pro diuino cultu apposita. Quidā etiā dicunt quòd similiter posset eligi tali conditione apposita. Sed quid esset si conditio esset illicita? Videtur qđ conditione facta collatio, siue institutio teneat. argum. instit. de hære. instru. §. hæres & pure. & infra eod. dilecto. & turpis conditio pro non adiecta habetur. infra de conci. app. cap. ult. hæc vera essent, nisi obstaret simonia Vincen. ita arg. quòd sacerdos potest recipere pecuniā, vt celebret diuina, quia sic operas suas videtur potius locare. argum. 10. q. 3. relatum, & 12. q. charitatem, & c. quicunque 2. infra de simo. cum sit. & 1. quæst. 1. cap. vlt. quia suis stipendijs hoc facere non cogitur. supra de præscrip. cum ex officij: Argu. contra. intra de simonia, cum in ecclesiæ corpore. Si nullum habet beneficium ecclesiasticum, ratione cuius ad hoc teneatur, potest locare operas suas ad certum tempus, & recipere mercedem pro labore suo, nec simoniam committit, aliàs si habet beneficium, non licet ei hoc facere.

e Quàm capituli.] istud præter ius fuit appositum, quoniam sufficit consensus prælati. supra de renunc. c. admonet.

a Dele-

Delegare.] i.non poteſt committere alicui officiũ ...um,& dic,anniuerſarium,id eſt,officium.

Salua honeſtate ſua.] hoc ideo dicit,quia non eſſet ...oneſtũ,vt bis,vel ter miſſam in die celebraret,de con... e.diſt. 1 ſufficit,& ĩ.de celebr. miſſ. te referente vel ...lua:ideſt, ſine pec...ato mortali, q̃ eſ...t inhoneſtum.

Voluptatis.] tñ ...eligionis cã poſſet ...d aliã eccl'ã ſe trãſ...rre petita licentia, ...nis nõ obtẽta. ĩ. de ...g. licet q̃buſdam.

De monachis.] ...reputat materia ...nus c. difficilis p p ...ra vario modo lo...uẽtia. Et hodie hoc ...pitulũ extendit ẽt ... religioſos exem...tos,vt in c.1. ĩ. eo ... lib.6. Et adde no... ꝓuiſionẽ, q̃ circa ...oc habetur in cle.j. ... iure pa & vide de ...cleſijs iſtorũ regu...riu ii textũ in cle. ...ia regulares. de ſu...en.negl.præla. Ab...s Siculus.

CASVS. Quidam ...onachi habent ec...cleſias ſuas, in quib. ...nũt vicarios ſuos ... iſtos vicarios intã ...m grauãt,ꝙ hoſpi...itatẽ ſeruare non ...ſũt,nec ep̃alia iu... ſoluere. Mãdat Pa... Vigorieñ. archi...o in cuius iuriſdõ... sũt iſti monachi: ...nullũ recipiat ad ...entationẽ mona...orũ, niſi tñ ei de ...uẽtibus eccl'ę corã ...o fuerit aſſignatũ, ...poſſit hoſpitalitatẽ ſeruare,& ep̃alia iura pſoluere. ...nc portionem non poterunt monachi diminuere, ...e conſenſu ep̃i.& ſic põt intelligi capitulũ ſ.eo.aua...iæ. No.ꝙ clerici teneñ ad hoſpitalitatem. Itẽ con...tenter dẽt quis bñficiari, ita ꝙ poſſit commode ſu...tentari & iura epiſcopalia perſoluere.

Hoſpitalitatem.] ad quam clerici præcipuè 1 teneñ ...:.& 62.diſt.§.1.& 85.diſt. Florentinũ. quia quicq̃d ...bent clerici,pauperum eſt.16 q.1.c.vlt.

... Gl.ſeq.tractat quomodo monachi interdum ex cõ...ſſione epiſcoporum, interdum ex fundatione habẽt ...cleſiam quo ad temporalia,interdum ius patronatus ...tum.& ſubdit quo caſu locum habeat hoc cap.]

De prouentibus.] per hoc patet, ꝙ loquitur de ec...ſijs quæ ſunt monachorum quo ad temporalia: in ...b.poſſunt monachi ſibi omnia appropriare, reſer...a honeſta ſuſtentatione pbytero,vt hic dicit, mul...magis vbi habent eccleſias quo ad ſpiritualia, & ...nporalia. Si verò habent eccleſiam ex conceſſione ...ci,vel cõfirmatione epiſcopi,idem eſt: quia tempo...ia tunc habent arg.15.q.1.c.vlt.& ĩ.de priuile.cum ...plantare.§.in eccleſijs.ſi non accedit conſenſus epi...pi,nihil ualet 2 conceſſio laici.ĩ.de iure patr.c.ꝙ ...tem.in fi.& c.illud. Si habent eccleſiam ex cõceſſio...e ep̃orum,ſi certa forma fuit appoſita,illa. ſeruet. ff. ...pact.in traditionib.ſi pleno iure ipſam cõtulit, ple...no iure habent eam.ſi ſimpliciter contulit eccleſiam, cathedraticum,& coerctionem retinet epiſcopus ĩ. de do.paſtoralis. Si uerò ex fundatione monachi eccleſias obtinent, habent eas tantùm quo ad temporalia. 16.q. 2.c.1.& pen.& ult.niſi eſſent priuilegiati cum omnibus capellis & habitis,& habendis, & ſi nõ habẽt priuilegiũ, habebunt temporalia,reſeruata ſufficiẽti ſuſtentatione preſbytero,& ep̃s hẽt ibi inſtitutionẽ ad præſentationem monachorum, & ei ſubeſt presbyter quo ad ſpiritualia, & ſic põt intelligi hæc dec. & ĩ. de priuile.cũ & plantare §.in eccl'ijs. Qñque monachi habẽt ius 3 patronatus tñ: & tunc nihil habent niſi ſolam pſentationem.ĩ. de iure patr. cum ſcl'in.cum tranſeat cũ vniuerſitate, vt ibi. In quo ergo caſu locum habet q̃d dr̃,ꝙ cenſualis pẽſio non augeat.ſ.de pacũ clerici,& ĩ.de cẽſi.ꝓhibemus.& ſ.e. auaritiæ? Poteſt dici, ꝙ vbi monachi hñt eccleſias ex donatione ep̃orũ quo ad tẽporalia,cenſus prius impoſitus nõ dẽt augeri:vel cum ex donatione laicorũ ius tñ recipiũt patronatus,cẽſus qui ab initio fuit impoſitus, augeri non dẽt.ĩ. de cenſi.ſcientes.ſine iuſta cauſa & rationabili, & de conſenſu epiſcopi,vt dictum eſt ſ.eo.auaritiæ. In alijs verò caſibus,puta,cum pleno iure habẽt eccleſias quoad temporalia, & ſpiritualia,poſſidere eas poſſunt pleno iure. Qñq; tamen monachi totum applicant vſibus ſuis, reſeruata honeſta ſuſtentatione presbytero vt hic. Qñque certam partem recipiunt, ſiue certam dimittunt presbytero,aliud totum ſibi retinent, vt ſ. eod. auaritiæ. & hoc ſecundùm conſuetudinem diuerſorum locorum. Dic de hoc vt 16.quæſtio.2.in ſumma. Bernar.

ſenſu poſſit dimittere: vel cuiq̃ præbẽdæ illius anniuerſariũ delegare.[a]

¶ Quam ſiquidem inſtitutionem† eatenus cõfirmamus,vt pdictus ſacerdos, niſi infirmitate corporis fuerit impeditus,aſſiduè debeat obſequiũ ſuũ impendere eccleſiæ memoratę,& quãtò frequentius pot(ſalua honeſtate ſua,[b] & debita deuotione) Miſſarum ſollẽnia celebrare: nec ſibi liceat hoc illi ſubtrahere,ſiue cauſa voluptatis,ſiue ſe ad aliã eccleſiam transferendo.

¶ Idem Vigorieñ.† archiepiſcopo.

¶ *Ad præſentationem religioſorum in eorum eccleſiis nullus debet inſtitui per epiſcopum niſi prius ei cõgrua portio redituum aſſignetur.*

CAP. XII.

De† monachis,q̃ vicarios parochialiũ eccleſiarũ grauãt,vt hoſpitalitatẽ[d] tenere non poſſint, eam prouidẽtiã habeas,quod ad præſentationem monachorũ nullũ recipias, niſi tãtũ ei de prouẽtibus[e] eccleſiæ corã te fuerit aſſignatũ, vnde iura epiſcopalia poſſit pſoluere, & cõgruã ſuſtentationẽ hẽre.

¶ Idem Salernitano† archiepiſcopo.

¶ *Plures dignitates, vel perſonatus in vna, vel in diuerſis eccleſiis quis habere non poteſt.*

CAP. XIII.

AD† hęc licet;& infr. ¶ Illud eſt omni rationi contrarium, vt vnus clericus in vna[f] vel diuerſis eccleſijs plures dignitates, vel perſonat⁹ obtineat. Cũ ſingula officia[g] in eccleſijs aſſiduitatẽ exigãt pſonarũ

3 Ius patronatus quib. hẽre liceat, conci. Trid. ſeſſio.14. de reformat. c. 12.& ſeſ.25. d refor.c.9.

† Sal⁹.ep̃o.

† Cap.7.ti. de teſtamẽ. in 1.compi. & poſt cõc. Lateraneñ. par. 29. c.6. Et vide l.fi. p Bal.C. de indi. vid. & l. his C. de reuo.don.

AD hæc.] Ponit dictum,& eius rationem ſubdit: ibi, Cum ſingula. Abbas.

CASVS. In hoc capitulo,& ſequenti dicitur,ꝙ nullus poteſt habere plures dignitates, vel perſonatus in vna eccleſia,aut etiam in diuerſis:& hoc ius continetur in iſtis duobus capitulis. Not. ex iſtis duobus capitulis, quod nullus poteſt habere plures dignitates, vel perſonatus.

f In vna] ĩ eo.de multa in fi.idem in diuerſis, vt ibi & ĩ.c.proxi.& ſ.eo.quia intantum,& ſ.de cleri. nõ reſi.quia nonnulli.

g Singula officia.] id eſt dignitates, uel perſonatus. 89.diſtinct.c.ſingula.& 21.quæſt.2.ſicut.& infra eod. cum non ignores.& infra eod.de multa.niſi per diſpenſationem Apoſtolicę ſedis,ut ibi,& ſupra de elect. dudum.2.

Præte-

Præterea.] Primo narrat casum, quem secundo corrigi mandat: ibi mandamus. Abbas.

a Regulariter] arg. ꝙ canonicus regularis potest fieri archidiaconus. arg. 58. dist. c. 1. & 74. dist. quorundã. & ĩ. de sta. reg. quod Dei timorem. Sic nec monachus in diuersis monasterijs esse põt, nec abbas præfici. ĩ. de reli. domi. c. vl. Sic non potest q̃s habere plures pↄnatus in eadẽ ecclesia, aut ẽt in diuersis. ĩ. eo. de multa & s. c. ꝓx.

[Gl. seq. alleg. cõ corponit ius nouũ & inducit tria similia.]

b Maluerit.] sic s. eo. c. referẽte. & sic habuit optionẽ ẽm ista iura 1, hodie nõ habet optionẽ, imò recipiẽdo ẽm dignitatẽ ipso iure vacat prima: & si ↄ tenderet retinere vtrãq; priuatet vtraq; s. eo. de multa, cũ .n. militiæ sint distinctæ & ꝑsonę illis deputatę dẽt esse distinctæ. vñ nemo põt esse in duobus collegijs simul. ff. de col. illi. l. 1. §. vlt. nec duas militias habere. C. q̃ mili. non pos. l. 4. & l. 5. §. in posterũ. li. 12. nec duos honores. ff. ad mun. libertus. §. præscriptio, ergo multò fortius hæc sunt in spiritualib. honorib. obseruãda.

Cum nõ ignores] Hodie potetis seruare hoc c. in bñficijs residentiã reqrentibus, & ẽt in curatis, si de facto nollet dimittere primam ecclesiam. Primò ponit causa mandati. Secundò mandatum: ibi, Cum igitur. Tertiò soluit obstaculum: ibi, Quòd si Abbas.

†Ca. 4. ti. de excessib. prælã. in 1. cõp. & post concil. Lateran. par. 24. c. 5.

1 Quę hodie locũ habẽt ĩ casu ĩ. de rescr. gratia. li. 6. posset etiã locũ hẽre cũ ẽm bñficiũ est minus & vtilius, ẽm Host. qui dicit æquum i scholis: fatetur tñ in iudicijs & in curia simpliciter teneri decr. de multa. Ioã. And.

†C. 1. eo. tit. in 2. cõp. Et vide quid ꝑ hũc textum scribat Abbas in c. 2. ĩ. de iure patron.

¶ Idem Burdegalen. archiepiscopo.

Habens plures dignitates, alteram dimittere compellitur.

CAP. XIIII.

Præterea† de G. q̃ in tua & Tolosana ecclesia est archidiaconus constitutus, & in utraq; ecclesia regulariter[a] professus. Mãdamus, quatenus eũdẽ, altero, quẽ maluerit,[b] archidiaconatu, facias esse contentum.

¶ Idem Genuen. archiepiscopo.

Si electus ad secundam ecclesiã noluerit dimittere primam, eligẽtes possunt resilire & electum non acceptare.

CAP. XV.

Cum† non ignores, ꝙ vna ecclesia[c] unius debeat esse sacerdotis, & infra. Cum igitur nũtius presbyteri, qui in duab. ecclesijs locũ habere cõtendit,[d] & quidã clerici alterius ecclesiæ ad nostrã presentiã accesserint contra eũ: Nos attendentes nõ esse côueniens, vt idẽ presbyter locum habeat† in duabus ecclesijs: Mãdamus, quatenus ipsum beneficio, quod hẽt, facias manere cõtẽtum.[e] ¶ Quòd si forte archipresbyter, & clerici alterius ecclesiæ in eum consense rint,[f] eis nunc dissentiẽ tibus, †cum ipsorum scãdalo[g] non debet totum in ipsa ecclesia quærere, vel habere,

¶ Innocentius tertius Zamoren. †episcopo.

Ordinato ad sacros per episcopum sine titulo, nemine prę sentante, ordinator successor compellitur in necessarijs prouidere, donec titulum habuerit.

CAP. XVI.

Cum † secundũ Apo-

CASVS. Archipresbyter & clerici cuiusdam plebis elegerunt quendam presbyterum rectorem cuiusdam ecclesiæ in suum presbyterũ, siue in capellanum suum, & ipse consensit electioni, volebat tñ locum habere in vtraq; ecclesia: archipresbyter & clerici contra dicebant, volentes quòd in sua eccl̃a resideret: & sic orta fuit super hoc qõ inter ipsos: Vnde nuncius presbyteri, & quidam clerici alterius ecclesiæ ad sedem Apostolicam accesserunt: dominus Papa auditis hinc & inde propositis, considerans quòd non est conueniens, vt idem presbyter locum habeat in duobus ecclesijs, mãdato archiepiscopo Ianuen. vt dictum presbyterum beneficio quod habet faciat manere contentum & si archipresbyter & clerici cõsenserint, & modo dissentiãt, non debet cum ipsorum scandalo in eorum ecclesia locum habere. Not. quòd vna ecclesia vnum tantũ debet habere rectorem, cum in vno corpore duo capita esse non debeant, nec vnus rector debet præesse pluribus ecclesijs. Item propter scandalum aliquis repellitur ab obtinendo beneficio. Itẽ arg. quòd ex quo aliqui cõsentiunt in aliquẽ, possunt dissentire: & hoc propter scandalum: & isti dissentiebãt: quia presbyter ille nolebat dimittere primam ecclesiam.

c Vna ecclesia.] hoc generaliter verum est, ꝙ vnus dẽt esse sacerdos vnius, vt s. eo. c. proxi. & ĩ. de multa De hac materia dicitur s. de elect. dudum 2.

d Contendit.] vñ hodie priuari debet vtraq; ĩ. e. de multa

e Contentum.] s eo. c. ꝓx. & c. ad hęc.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

f Consenserint.] si semel consenserũt in eũ, nõ pñt amplius dissentire, s. de ele. cum inter canonicos. & 8. q. 2. dilectissimi & 32. qu. 5. horrendus Quid est ergo qđ dr̃, eis nũc dissentiẽtibus: & sic cõtradicit hæc decr. ꝓdictis iurib[9]. 2 So. sic ĩtellige quod dr̃ hic, ꝙ sacerdos ille electus fuit ad curã animarũ, & simul ad continuã residentiã, ad q̃ de iure tenẽt. s. de cle. nõ resi. quia nõnulli, sed ipse volebat retinere priorẽ eccl̃am cũ illa ad q̃ electus erat scdo ab archipsbytero & clericis, vñ cũ ipse nollet primã dimittere, licitũ fuit archipresbytero & clericis ab electione ipsa recedere, & meritò, q̃a vtranq; de iure hẽre nõ poterat. Si aũt vellet dimittere primã, & secũdã recipere: tũc nõ possent archipsbyteri & clerici ab electione eius discedere, ex quo semel in eum consenrunt, & sic intelliguntur prædicta iura.

g Scandalo.] arg. quòd propter scandalum quandoque receditur à iure. supra eod. cum teneamur. & supra de tempo ordi. ad aures.

†habere[...]

2 Concor[...] text. in l. [...] frat[...] ibi Alb. [...] Rosa. ff. [...] test. in l. fi. [...] ibi Cyn[...] ad Mace.

†Disedentibus.

† Vide V[...] seũ in an[...] li. Hispani[...] c. 21.

†Ca. 1. eo. ti[...] in 3. comp[...]

Cum secundùm Apostolum.] Primò ponitur cã constitutionis, & correctionis iuris antiqui, & noui ꝓmulgatio Secũdò determinatio casus propositi specialiter. Secunda ibi, Inde est. Abbas. Sume casum ad medietatem capituli: ibi, Inde est, &c.

CASVS. Episcopus Zamoren. ordinauit in subdiaconum quendam clericum. C. nomine, sine aliquo titulo: tñ morte pręuentus eidem clerico in beneficio ecclesiastico nõ prouidit, & postmodum successor illius requisitus non prouidebat eidem, accessit ad Papam exponens eidem qualiter prædecessor illius ordinauerat ipsum in subdiaconum, scripsit Papa quibusdam, vt illum subdiaconum examinarent si dignus esset ad eccl̃asticũ beneficium obtinendum prius episcopo Zamoren. citato, vt examinationi interesit: vnde scribit Papa Zamorensi episcopo, quòd cum clericus ille à prędecessore ipsius ordinat[9] fuerit sine certo titulo, si examinatores prædicti eo citato, vt examinationi ipus intersit per se, vel per alium, & vt liceat sibi p. ponere quicquid rationabiliter duxerit proponendum. tam super

super idoneitate personæ, q̃ etiam super quantitate & qualitate beneficij, illum inuenerint esse dignũ: tamdiu necessaria vitę sibi ministret, donec in ecclesia Zamoreñ. vel alia, per ipsum beneficiũ fuerit competens assecutus: sciturus pro certo, ꝙ si dignus repertus fuerit & ipse episcopus neglexerit prouidere, cum Papa super hoc fuerit requisitus, compellet ipsum ꝑ districtionem ecclesiasticam ad ꝓuisionẽ ipsius. occasione huius negotij Papa ꝯmittit illa q̃ præcedũt, hoc modo; dicit Apostolus: Quia altari seruit, viuere debet de altari: & q ad onus assumitur, emolumentum inde debet habere, ergo patet, ꝙ clerici, q deputati sunt obseq̃o Iesu Christi, de ipsius patrimonio viuere debẽt; clerici enim à cleros, quod est sors appellantur: & ideo dum ordinantur, vel assumuntur in hæreditatem Domini, vł assequuntur hæreditatẽ in ipso. licet autẽ prędecessores Innocentij, ordinationes eorum q sine certo titulo ꝓmouetur, quantũ ad executionem irritas esse voluerint & inanes in iniuriã ordinãtium: Innocentius tamen volẽs benignius agere cum taliter ordinatis, statuit, ꝙ per ipsos ordinatores, vel successores eorum tãdiu prouideat̃ ordinatis, donec per eos bñficia ecclesiastica fuerint consecuti. No. quòd q altari seruit, de altari dẽt viuere. Itẽ ad quem spectat onus, & emolumentum. Item qui aliquẽ ordinat, vel ordinari facit ad sacrum ordinem, ꝓuidere tenet̃ eidẽ, donec per ipsũ ordinatus beneficium ecclesiasticum fuerit assecutus. Item si ep̃o simpliciter scribat̃, vt alicui prouideat in ecclesia sua: non solum in cathedrali ecclesia potest prouidere, sed etiam in parochiali.

stolum qui altari seruit, viuere debeat de altari: [a] qui ad onus eligitur, repelli [b] non debeat à mercede: patet à simili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio [c] deputantur, vt ipsa nominis [d] ratio persuadet. Cũ enim à cleros, quod est sors [e] vel hęreditas, clerici appellentur: quia in sui † ordinatione vel assumuntur [f] in hæreditatem Domini: vel assequuntur [g] hęreditatem in ipso, † vt verè possint psallere cum propheta: Dominus pars hęreditatis meę: dignum [h] est, vt ecclesiæ stipendijs sustententur, in qua & † per quam diuinis obsequijs adscribuntur. Licet autem prædecessores [i] nostri, ordinationes [k] eorum, qui sine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantium irritas [l] esset voluerint, & inanes: Nos tamen benignius agere cupientes, † tamdiu per ordinatores, vel successores [m] eorum prouideri volumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficia consequantur.

¶Inde est, ꝙ cum G. lator pręsentium, a prædecessore tuo fuerit ad † subdiaconatum nullo ꝑsentante promotus, Mãdamus, quatenus, si eum hi, quibus examinationẽ ipsius duximus committendam, te citato legitimè, vt per te ipsum vel idoneũ responsalẽ interfis: & tã super idoneitate personę quã etiam super quantitate, ac qualitate beneficij proponere tibi liceat [n] quicquid rationabiliter duxeris proponendũ, idoneum esse repererint, tãdiu ei vitæ necessa

a De altari.] 12.q.1.ex his.

b Repelli.] ad quem spectat onus, & emolumentum. & 11.q. charitatem, & c. quicunq; & c. ecclesiasticis. r & e cõuerso nõ est ferendus is qui lucrũ amplectit̃, onus autẽ subire recusat. C. de ca. toll. l. vnica. §. pro secundo. ADDITIO. Vnde versus.

Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis.

Concord. ...z. in l. sm ...aturam. ff. ...e re iud. & ...fi. §. sed cũ ...de fur.

c Obsequio.] non tibi, sed dño grauis est cui seruit egestas. arg. 93. dist. diaconi versi. mendicat. Lau.

d Nominis ratio.] 21. dist. cleros. & clericos. & 16. q. 1. si cupis, & nomina debent esse consonantia rebus. insti. de do. §. est & aliud.

e Sors.] 12. q. 1. cui portio.

f Assumuntur.] vt qui ordinantur sine beneficio, vel assumuntur, vt habeant hæreditatem Domini.

g Assequuntur.] s. qui ad beneficium recipiuntur, isti in sua ordinatione statim consequuntur hæreditatem Domini.

h Dignum.] 12. q. 2. ecclesiasticis.

i Prædecessores.] 70. dist. neminem. & c. sanctorum.

K Ordinationes.] nisi promotus sit ad titulum patrimonij sui, j. eod. tuis. & s. eo. ep̃s si.

l Irritas.] quo ad executionẽ, nõ quo ad veritatẽ, quia ordĩnem non admittũt.

[Gl. seq. obijcit, & dupliciter soluit, & sol. determinat.

m Successores.] sed quare conuenit hic successor ex delicto defuncti, cũ regulariter etiã morte extinguant̃. 23. dis. quorũdã. & C. si reus vel accu. mor. fue. l. 2. & successor nõ cõuenit̃ ex delicto defuncti. C. ne ex deli. defun. l. vnica? Rñdeo, ne in clerici opprobriũ mẽdicare cogant̃. 93. dis. diaconi. arg. s. de cle. cõiu. Ioannes. in fin. Vel dic, ꝙ non tã successor q̃ ecclesia [2] punit̃ in hoc casu, q̃ nõ resistit dño ĩ tali ꝓmotione: nã sine ꝯsilio ecclesiæ, nõ facit ordinationẽ 24. dist. c. pe. vñ punit̃ si ei d̄linquẽti nõ resistit. 2. q. 7. c. quapp. & hoc intelligo qñ ipse ep̃s examinauit: si ãt alij examinauerunt, ipsi tenebũt̃. 54. dist. si seruus. 24. di. qñ. & hoc innuit quod r̃d j. nullo ꝑsentante. Et in hac prouisione dignitas promoti est attendẽda. arg. 41. dist. nõ cogantur. ff. de iu. l. sed & si susceperit. §. 2. ff. de vsuf. sed & si quid. §. 1. & j. co. c. de multa. & ff. de do. l. si filius familias. Item considerantur facultates ecclesiæ. arg. ff. de admi. tu. l. cum plures. §. cum tutor. & ff. de rel. & sumpt. fu. si quis sepulchrum. §. sumptus, & hic inferius. Bern.

[Gl. seq. in prin. reci. ꝑ obie. & solutionẽ. Deinde dat duo similia. Iterum obijcit, & soluit. Tertio obijcit, & soluit.]

n Liceat.] si scriberetur ipsi ordinatori, ipse non posset aliq̃d obijcere, nisi hoc lr̃is cõtineret̃: q̃a quos idoneos reputauit ad ordines, dẽt reputare idoneos ad bñficiũ, s. de æta. & qual. c. accepimus. sed successor põt. & ita semel approbatus iterum probat̃ & reprobat̃, sicut medicus. [3] ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. reprobari. & virgo semel ꝓbata iterum probat̃. [4] 27. q. 1. nec aliqua & melius s. de prob. c. pe. & ul. & 2. q. 5. hẽt hoc ꝓpriũ. & c. Mẽnã. sed hoc totum gratia est. q̃a de facto vnius sæpius quæri non dẽt. ff. de nau. cap. stabu. l. licet in fi. Sed nonne ꝑsumi dẽt pro ordinato? Sic arg. s. de prob. post cessionẽ nisi ꝓbet̃ cõtrariũ. Item qualiter cognoscit̃ postea de eius idoneitate: cum sñia ep̃i, qua pronunciauit ipsum idoneum, trãsiuit in rem iudicatam, à qua non fuit appellatum. s. de elec. cum dilecti. in fi. Rñdeo. totum fit de gratia. Vel dicas, ꝙ tantum quęrit̃ de noua causa postea emergente. arg. s. de æta. & qual. ordi. c. 1.

[Glo.

† Vide l. cũ i testõ. ff. de re iud. & l. quoties. ... tit.

† al. Ita: in subdiaconum.

2 Nõ video quo puniatur ecclesia, vel capitulũ cum ep̃alis mẽsa grauat̃ s̃m Hos. Io. And.

3 Quod est sp̃ale pp hominum sanitatem. Ioã. And.

4 Quia sæpè mens fallitur, & c. vt ibi.

[Gl. seq. quærit, soluit. alle. pro & contra. ponit opi. Vin. demum soluit.]

a Donec per te.] quid si eps ordinauit eũ ad aliquem titulũ, & ille est euictus ab eo, nunquid eps tenet̃ de euictione? Arg. ꝙ non: quia donator non tenetur de euictione. ff. de ædi. edi. l. ad res donatas, arg. ꝯtra. 7. q. 1. ꝓsētiũ. & ꝫ. eo. inter cætera. Dixit Vin. ꝙ eps spāliter nō tenet̃ si dedit ei bñficium suffic. r., & factum sit insufficiens & exinanitum: suffi. ir enim minori ab initio adire locupletem hæreditatē. ff. de mi. verum. §. si locupleti. tenetur tñ gñali obligatione, qa tenet̃ ꝓuidere & ordinar̃ ecclesias oēs sui epatus. de conse. dist. 1. oēs. Tu dicas melius cũ T. si fraudulēter cōtulit ei beneficiũ alterius, quo alius non fuit instè priuatus, siue alij debitum, & ipse cui cōtulit, hoc ignorauit, tūc spāliter tenet̃ eps ei prouidere in æquiualēti beneficio. arg. 7. q. 1. ꝓsētiũ. & ꝫ. eo. īter cętera. & ꝫ. de iure pat. c. pasto ralis.

Nter cætera.] Narrat primo factũ. Scdo mādat decerni, & cām exprimit: ibi. Supradicto episcopo. Abb. s.

CASVS. H. & G. 2. pmutatione suarum pbēdarum affectantes, eas in manu Papæ renunciauerunt: postmodũ mādauit Papa decano Remē. vt de præbenda G. inuestiret H. sed eps lo ci hoc intelligēs ꝯtulit eā magistro P. vñ orta lite inter magistrũ P. & H. dñs Papa reuocauit præfatā renunciationē, & vtriq; restituit bñficiũ suum: & ne magister P. remaneret frustratus spe sua. Mandat Papa epo ut præbēdā alicui nō cōferat, donecc assignauerit magistro P. bñficiũ præbēdale ī ecclesia: & si cōtra fecerit, illud cassat: ne fraudulenter visus sit illi cōtulisse præbendā. Ber. No. ꝙ vbi ponit̃ clā: ꝙ si cōtra factum fuerit, decernimus irritũ & inane: quòd sit postea, ipso iure nō tenet. Item qui dat beneficium quòd dare non pōt, tenet̃ ad beneficium quod dare potestne fraudulenter visus sit beneficium contulisse.

[Gl. seq. reci. per obie. vlt. alle. concor. remittit, signat contrarium, soluit, & distinguit.

d Assignari debebat.] ex quo G. resignauit tali modo, vt daretur H. & non fuit ei dāta, sed magistro P. non videbatur ei renunciasse: ne vr̃ eam perdidisse, sicut non admittit possessionem qui eam sub modo alij tradidit, nisi modus existat. 3 vr̃. n. sub conditione eam tradidisse. ꝫ. de resti. spo. olim. 1. & ff. de acq. pos. qui absenti. §. si quis. & qui sub conditione tradit possessionem, & recedit à possessione, non pdit eam. ff. eo. si eum nie. vnde iste non videbatur amisisse possessionē bñficij sui: certè verum est quòd amiserat per renunciationem, sed Papa postea ex officio suo vtrunq; restituit propter discordiam suscitatam.

c Irritũ.] simile C. de legi. nō dubiũ. 4 & C. de reb. eccl. nō alie. l. sancimus. & 10. dis. c. vides. si hoc verbũ nō contineretur in litteris, & ipse conferret, vr̃ ꝙ cessio teneret, licet esset facta cōtra mādatũ Papæ. ꝫ. e. dilectus filius, G. vbi de hoc.

d Assignauit.] hic expresse hēs, quòd si eps ꝯcessit bñficium ꝙ cōcedere nō potuit, tenet̃ mihi ad aliud cōsimile. 7. q. 1. præsētium. de hoc dr̃ ꝫ. c. prox. sim. ꝫ. de si. præ sby. veniēs, arg. ff. de pig. act. l. eleganter. §. q. reprobos. ff. ad Velleia. quāuis. §. si cōuenerit. & ff. q. satisd. cog. quoties. ff. de le. 1. l. si filiusfam. §. si q. alicui. & ff. de leg. 3. l. mor uo. §. Labeo. quia adiuuari beneficijs nos oportet. nō decipi. ff. commodati. l. in commodato. §. sicuti si. & ꝫ. de cō mo. c. vn. in fi. Et sic est cōtra id q. d. dicit lex, ꝙ donator non tenetur de euictione. ff. de ædi. edi. l. ad res donatas sed hic ī veritate nō dr̃ donare, quia necesse hēt eam donare, & in necessitate nemo liberalis existit ff. de adimen. leg. l. rem legatam. in fi. & de hoc dictum est ꝫ. eo. c. regulam. & hoc intellige quando episcopus sciuit quòd eam donare non poterat, & ille qui recepit. ignorauit, vt supra. proxi. si enim recipiens hoc sciebat, non credo, quòd habeat petitionem contra episcopum ad aliam præbendam, instar illius qui sciens emit liberum hominum, quia emptio nulla fuit: secus si ignoranter emit. ff. de contrahen. emp. l. liberi hominis. Ioan.

ria cōgrue subministres, donec[a] p te in Zamoreñ. ecclesia, vel alia fuerit cō petens beneficium ecclesiasticum assecutus, scituri pro certo, quod si p examinationem eorũ † fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxta mandatũ nostrum neglexeris ꝓuidere, cum hoc nobis per litteras eorum innotuerit, ad id exequendũ te per districtionem ecclesiasticā cōpellemus.

¶ Idem episcopo Senoñ.

¶ *Qui hoc ignoranti scienter contulit præbendam, quam non potuit, illa euicta aliam quam potest, conferre tenetur h. d. & est singularis dispositio.*

CAP. XVII.

INter † cætera: & inf. ¶ Facta resignatione à G. † quondam canonico Lauduñ. † de præbenda eiusdem ecclesiæ, quę per commutationem p̄bendarum H. tunc Siclunen. † canonico auctoritate Apostolica assignari[b] debebat: magister P. per Lauduñ. † episcopũ de præbenda fuit inuestitus eadē. Super quo cum inter magistrum ipsum & dictum H. cōtrouersia suborta fuisset, per C. Papam prædecessorem nostrũ omnia retractata fuerunt: & infra.

¶ Supradicto epo dedimus in præceptis, † vt donec idē magister in eadē ecclesia fuerit præbēdale beneficiũ assecutus, nulli alij præbendā assignare præsumat: quod si forte presumpserit, id irritum[c] decernimus & inane. decet enim, vt qa præbendam ei, quam de iure non potuit, assignauit,[d] eam quam de iure potest, assignet: ne præbendam ei fraudulenter visus sit assignasse.

¶ Idem episcopo & cantori Tornaceñ.

¶ *Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates, atque præbendas, & idem si detinetur aliquo vitio hic scripto.*

CAP. XVIII.

CVm † iam dudũ: & infra. ¶ Verũ quo-

CVm iam dudum.] Opponenti plura contra electum, sufficit alterum probare quod ad cassationem eius sufficiat. h. d. Primò ponit sex, quę opponebantur contra electum. Secundo diffinitionem quæstionis conditionalem. Tertio respondet tacitę questioni vel obiectioni. Secunda: ibi, Mandamus. Tertia: ibi, cum multas Abb. Siculus.

CASVS. Vacante præpositura Siclunen. à quibusdā canonicis ecclesiæ Siclunen. electus fuit quidam nomine Ioannes de Bythinia maiore parte capituli prius appel-

† illorum.

a Ad hoc ꝫ. eo. si benefi cia li. 6. Io. And.

† Cap. 3. eo. ti. in 3. cōpi.

† Vr.

† Laudensi

† Sideñ.

† Laudeñ.

a Hic casus Bern. est, & in antiquis exemplarib. reperitur.

3 Tex. est in l. verba. ff. de cond. inst. & l. 1. act. s. ff. de reg. iu.

4 Pactũ ꝯtra legē hr̃ pro infecto. Io. And.

† mandatis

† Cap. 4. eo. ti. in 3. cōp. Et de materia vid. Car. cōs. 3. & Oldradũ cons. 67.

appellante, & quibusdā canonicis absentib. & nō vocatis: ad petitionē ipsius Ioannis cōmissa fuit causa quibusdā iudicibus: iudices illi confirmauerunt electionē ipsius Ioannis: tandem causa cōmissa fuit alijs iudicibus ad petitionē partis aduersę, & illi cassauerunt confirmationē priorū iudicum: demum Papa cassauit ꝓcessus primorū & secūdorum iudicū, reducens causam in eū statum in quo erat ante primā cōmissionē, istis omnib. sic peractis R. Siclunen. canonicus opposuit se isti Ioanni. proponēs multa ɔtra ipsum, s. pluralitatē dignitatū & beneficiorū, ɔtra cōcilium Lateran. & ꝙ die intrusionis suę ante cōfirmationē, administrare præsumpsit. & post cassationē cōfirmationis electionis suæ ministrauit. his & alijs auditis; Mandat dñs Papa quibusdam iudicibus, ꝙ si inuenerint prædictū Ioannē habere plures dignitates atque prębendas, aut aliqd aliud de pmissis. (qđ sufficiat) inuenerint esse verū, eidē Ioanni super ipsa prępositura silentium imponant, ab impetitione ipsius Siclun. ecclesiā absoluentes. In fine respondet Papa quasi tacitæ quæstioni: posset quis opponere dño Papæ, quare vos istum repellitis? multi sunt qui habent pluralitatem dignitatum & beneficiorum? Rñdet. Multa per patientiā tolerantur, quæ si in iudicium deducerentur, exigente iustitia cassarentur. No. quod q habet plures dignitates seu personatus, sine dispensatione Papæ ineligibilis est. Item ante confirmationem nemo debet administrare. quod si fecerit, debet eius electio cassari. Item per patientiam multa tolerantur, quia non denunciantur uel accusantur: quæ si in iudiciū deducerentur, secundum iustitiam cassarentur.

† Bitunia Bitumia

† sub Alex. iij. cap. 13. & 14.

† Sideñ.

† al. ante cōfirmationē suam.

† al. ita: aut aliquod præmissorū, &c.

niam ab R. Siclun. canonico, I. de Bythinia † quędam obiecta fuere: multitudo[a] videlicet tam dignitatum, quam etiam præbendarum, ambitionis & auaritiæ[b] vitium: cui nōdum finem imponens, cōtra diffinitionis nostræ[c] tenorē, & Lateranen.[d] statuta concilij † ad obtinendam prępositurā Siclunen. † se ingerit & ingessit: & ꝙ die intrusionis suæ ante cōfirmationem[e] † præsumpserit ministrare: sicut & post cōfirmationē cassatam. ¶ Mādamus, quatenus si inueneritis pdictum I. habere plures alias dignitates, atque prębendas;[f] aut † aliquid aliud[g] præmissorū quod ad cassationem eius sufficiat, iueneritis esse verū: ei super iā dicta prępositura silentiū imponatis, ab impetitione ipsius, Siclunen. † ecclesiā[h] absoluentes. Cum multa p patientiam[i] tolerētur, † quę si deducta fuerint in iudiciū, exigente iustitia ñ debeant † tolerari. †

† Sideñ.

† In antiquis: tolerantur.

† deberent.

† Vide l. 1. §. pen. ff. de his, qui not. infa. & l. 1. §. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit.

¶ Idem archiepiscopo, & archidiacono Senonen.

¶ *Recepto in canonicū quam cito facultas se obtulerit debetur præbenda, & interim habebit quotidianas distributiones.*

CAP. XIX.

Dilectus † filius T. canonicus Linconien. † proposuit, quod cum de mandato C. Papæ prædecessoris nostri Linconien. † episcopus quādā præbendā assignauit eidē in ecclesia Linconien. † quia capitulū ipsum ad eādem recipere contemnebat; & inf. ¶ Ad instantiā Remen.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. compilat.

† Lingon.

† Lingoñ.

† Lingoñ.

a Multitudo.] quæ est canonibus inimica. supra eo. quia intantum.

b Auaritiæ.] quæ à promotione repellit. 85. distin. c. Florentinum. quam etiam dixit lex legitimis ictibus feriendam C. de inoffi. testa. l. si quis suo. & est seruitus idolorum. s. eo. c. auaritiæ. Bern.

c Diffinitionis nostræ.] quam non habes in compilatione, quæ olim erat de instit. cap. tua nuper.

d Lateranen. statuta concilij.] s. eo. quia intantum.

e Confirmationem.] hoc ita intellige, quod sup hac electione fuit causa cōmissa ad petitionem illius electi, & iudices illi electionem confirmauerunt, & postea alij iudices, quibus eadem causa fuit commissa, confirmationem illam cassauerunt, sicut hoc totum habetur in compilatione Innoc. s. de re iudic. c. 1. de quibus hic fit mentio.

f Præbendas.] de hoc dictū est s. de elect. c. dudum, 2.

g Aliud præmissorum.] scilicet quod ante cōfirmationem ministrauit. s. de elect. qualiter. vel quod ministrauit post cassationem confirmationis: quia Papa etiam totum cassauit quicquid factum fuit per iudices priores & posteriores.

[Glo. seq. alleg. vnam concor. in contrarium alleg. 7. iura, & soluit.]

h Ecclesiam.] & ita vr ꝙ ecclesia, quę ipsum elegit, sciens ipsum habere plures dignitates atq; præbendas, nō possit ipsum repellere. arg. s. eo. cum non ignores. ar. ɔ s. de except. cum ecclesiasticæ. & melius s. de elec. cū inter canonicos. 8. q. 2. c. dilectissimi. & 32. q. 5. horrendus. j. de cōcess. præb. cū super. & s. de cler. coniug. c. diuersis fallacijs. & j. de don. c. inter dilectos. Sed hęc locū nō habent: quia iste non fuit electus ab ecclesia: immo ecclesia se sibi opponebat, & electus fuit à quinque solūmodo, alijs appellantib. prius, & quibusdā absentibus, vt hic patet, in decret. q olim erat in cōpilatione Inno. de re iu. c. 1. hæc decr. de illa electione loquit. Ber.

i Per patientiam.] hic rñdet tacitè qōni diceret aliquis, multi sunt hñt s plura beneficia, quare ipsum reprobatis dñe Papa? & ipse rñdet: multa per patientiā, &c. & tamen per talem patientiam non fit dispensatio. argu. j. de cognat. spir. super eo. & s. de iureiur. mulieri. arg. talis patientia voluntatem requirit. ff. de tribu. l. j. r

r Dñs sciens seruū mercari in repu. tenetur tributoria, nō tamen requirit quod uelit, sed satis est; quod nolit, ex quo s. init. Ioan. And.

Dilectus filius.] Continet quattuor dicta. Primo mādatū Apostolicum. Secundò ibi, Ad instantiam. iustū & iniustū præceptū legati. Tertiò ibi, Cū ergo, iusti processus confirmationem, & iniusti reprobationem. Quartò ibi, Facientes, Papalem subiunctionem. Abbas. CASVS. Eps Linconñ. de mandato dñi Celestini Papæ, cuidā clerico G. nomine, quandam præbendam in ecclesia Linconñ. assignauit: sed capitulum Linconñ. noluit ipsum recipere ad eādem: tandem ad instantiam Remen. archiepiscopi, tunc episcopi Prænestini, Apostolicæ sedis legati, talis compositio inter capitulum & G. intercessit, quod receptus fuit in canonicum & in fratrem, concesso sibi stallo in choro, & loco in capitulo, & participatione diuinorum, ita tamen quod fruct⁹ prębendæ recipere non deberet, nisi loco proximo uacaturę: sed quia plures prębendæ postmodum vacauerunt, nec eidem G. aliquā assignauerunt, accessit ad Papam, proponens eidem omnia supradicta: scribit Papa iudicibus dicens, dictū G. in canonicū recipi canonicis non obuiare institutis, sed vacaturā expectare prębendam, esse contra Lateranen. concilium: vnde Papa factum legati in eo quod dictum G. recipi fecit in canonicū & in fratrē, approbauit: sed quod nihil reciperet nisi loco proximo vacaturæ, reprobauit: quia verò indignum est, vt receptus in canonicum beneficio careat; Mandat iudicibus, vt epm & capitulum compellant, ut ei præben-

dam

dam (cum se facultas obtulerit) assignent: & portiones quotidianas, quæ fiũt in ecclesia, faciant assignari eidẽ. No. quod aliquis potest recipi in canonicũ sine assignatione præbendæ, dummodo aliquid sibi assignetur tanquã canonico: & si additur quod nihil percipiet nisi cũ vacauerit præbenda, hoc non licet, sed sic potest recipi: Recipimus te in fratrem, & puidebimus tibi cũ facultas se obtulerit, istud non est contra conciliũ. Item sententia pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item vtile non vitiatur per inutile, nec licitum per illicitum.

[Gl. seq. signat cõtrarium, & soluit.]

a Percipere nõ deberet.] istud fuit contra conciliũ. ꝟ. de cõcess. præben. nulla. Sed ꝯtrariũ videtur s. eo. relatũ. vbi tenet promissio vacaturæ præbendæ. Sol. hic nihil percipiebat, sed ibi sic, vt patet, ex illo verbo; integritate ꝑbendæ gaudere: & ex eo quod dicit; quorũ cõis est vsus: & hic hoc solũ additur ꝙ percipiat ea quæ de cõi conferuntur, & ita nõ cõtradicit, sed concordat: & hic vitium fuit expressum.

[Glos. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.]

b. Illicito.] arg. contra s. de consti. cũ M. ver. quattuor recepetunt ad vacaturas, &c. Sol. Papa illud reprobauit. vnde præcepit quod eis prouideatur ex superexcrescentibus, &c. & ita concordat cum ista. uel ibi recepti fuerunt simpliciter, vt ibi nota.

ADDITIO. Vel non reprobatur receptio in ius canoniæ, sed receptio ad vacaturas.

[Glos. seq. arg. instruit, quærit, opin. ponit, & soluit.]

c Approbantes.] ar. quod sententia siue donatio tenet pro parte, & pro parte non. sic s. de arbi. cum tempore. 12 q. 2. si quos. & 17. q. 4. questi. & 22. q. 4. inter cætera. & ꝟ. de testa. Raynetius, & c. Raynaldus. Caueas tamen qualiter fiat electio. si dicatur: eligimus te ad proximã vacaturam, nulla est electio. ꝟ. de concess. præb. c. nulla. & c. relatum. & c. ex tenore. Si verò dicatur: eligimus te in fratrem & socium, & promittimus tibi conferre beneficium cum primum vacauerit, tenet electio talis. s. eo. relatum. & ꝟ. de concess. præb. cum super. assignando eidem quotidianas distributiones, aliàs compellẽtur ad hoc, vt dicitur hic in fi. & ille intelligitur electus ad quoddam ius de nouo creatum. ꝟ. eo. dilecto. & illud ius petit quam cito assignatur beneficium vacans. non enim diu posset manere tale ius sine re corporali. 1. q. 3. si quis obiecerit. & talis canonia auget numerum canonicorum, sed non præbendarum. Sed nunquid plures possunt taliter eligi, si duo possunt eligi, eadem ratione & plures, s. tres & quattuor, & quotcunque? Dicit Io. quod secundum numerum præbendarum possunt plures vel pauciores eligi. sed certe non uidetur ꝙ tot possunt eligi quot sunt ibi canonici, propter diutinam expectationem: sed sufficit ꝙ pauci eligantur, saltem duo vel tres, vel quinque. s. de constl. cum M. Ferrarieñ.

d Defraudetur.] sic s. eo. relatum.

e Cum se facultas.] hoc idem erat ei promissum in illa cõpositione: sed archieps auctoritatẽ præstare non potuit, immo illud solũ cassatur ꝙ nihil percipere deberet. Lau. Itẽ ex eo quod dicit hic, patet ꝙ legatus non potest dispensare contra conciliũ. 2 ꝟ. de cõcess. præb. nulla. sed solus Papa. Itẽ aliud est dicere, cum facultas se obtulerit, & aliud cum beneficium vacauerit, vt hic patet. & ꝟ. de concess. præben. accedens.

[Glos. seq. recitetur per obiectionem & solutionem.]

f Assignare.] hoc idẽ poterat consequi ex illa cõpositione, vt vr. dicit Io. ꝙ non quia tẽpore compositionis vacabant ibi beneficia, & volebant ipsum expectare proximam vacaturam. Item aliud additur cõpositioni: ꝙ ipse habeat quotidianas distributiones siue victualia, q̃ de cõi conferuntur: quæ tantũ præsentibus dantur. s. de cler. nõ resi. d. de cætero. & ꝟ. eo. licet. Perceptio. n. talium præbendarũ non facit canonicum, quia sola salarij perceptio non facit decurionem. ff. de decur. sola. 3 & infra eod dilecto.

archiepiscopi, tunc episcopi Prænestiñ. Apostolicæ sedis legati, & auctoritate ipsi[9], talis inter eũ & episcopum & canonicos Linconieñ.† compositio intercessit: quod ipso ab eis recepto in canonicũ, & concesso sibi stallo in choro, & participatione qualibet diuinorũ idẽ fructus præbendæ ꝑcipere nõ deberet,[a] nisi loco ꝓximo † vacaturę: & infra. ¶ Cum ergo dictum T. in canonicũ recipi, canonicis non obuiet institutis, & vacaturam expectare præbẽdã Lateraneñ. concilio† nõ sit dubium obuiare: Nos facto eiusdem legati illicito[b] reprobato, quod est licitum approbantes:[c] † quia uidetur indignũ, ut receptus in canonicũ ꝑbẽdę beneficio defraudetur:[d] Mandamus, quatenus dictos episcopum et canonicos, vt ei præbendam (cũ se facultas[e] obtulerit) non differant assignare,[f] appellatione postposita cõpellatis: Facientes eidẽ portiones quotidianas, quæ fiunt in ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignari.

¶ Idem episcopo Brixieñ. †

¶ *Non tenet electio cum ad vnam præbendum duo simpliciter eliguntur.*

CAP. XX.

TVę † fraternitatis deuotio: & infra. ¶ Cum sæpè contingat, quod ad vnam prębendam duo clerici propter importunitatem[g] petentium eligantur; Nos attẽdentes, quod si duo vnã præbendam tenerent, illud esset cõtra cõcilium Turoneñ.[h] ꝙ præbendarum inhibet sectionẽ;[i]

TVæ fraternitatis.] Primò ponitur decisa facti narratio, & consultatio. Scđo responsio: ibi, Nos. Abbas.

CASVS. Aliquando contingit quod ad vnam præbendam uacantem, duo eliguntur propter importunitatem petentiũ: quæsitum fuit a Papa an talis electio de iure teneat: Papa considerans, quod si duo vnam præbendam tenerent, esset contra concilium Turoneñ. quod præbendarum inhibet sectionem: & si vnus illorum prębendam haberet, alter illorum sub expectatione contra Lateraneñ. concilium remaneret. Respondet quod talis electio de rigore iuris est cassanda. Nota, quod quæ per importunitatem fiunt, ualere non debent. Item præbenda diuidi non debet. Item electiones contra iura factæ non ualent, & ipso iure nullę sunt.

g Importunitatem.] electio facta ad importunum clamorem non ualet. s. de elec. Osius, 61. dis. miramur. & per importunitatem non concedenda sępè concedimus, dicit Imperator. C. de petit. bon sub. l. 1. lib. 10.

h Concilium Turoneñ.] s. eo. maioribus. & ꝟ. vt eccl. bene. vt nostrum. & 1. q. 3. c. si quis præbendas.

[Glos. seq. duas obiectiones soluit.]

i Sectionem.] sed cum vna parochia possit diuidi in duas. 16. q. 1. præcipimus. & 10. q. 3. cap. vnio. de consec. dist. 1. omnes. ꝟ. de eccl. ædi. ad audientiam. quare vna præbenda non potest diuidi in duas? Respondeo, duæ parochiæ licitè fiunt ex una, iusta causa interueniente quod uta-

¶ Lingoñ.

¶ proximà

¶ sub Alex. iij. c. 8. & habetur ꝟ. de concess. ꝑb. cap. nulla.

¶ Vide l. si conuenerit. cum glo. ff. de pign. act. melius in l. necnon. §. 2. cum gl. non ꝓhibeat. ff. ex qui. cau. maio.

1 Regulariter enim nõ vitiatur utile p inutile. ꝟ. de reg. iu. vtile. lib. 6.

2 Concedendo ius in vacatura, põt tñ reseruare. q̃ dic ut ꝟ. de iu. pat. cũ dilectus. de off. leg. c. 3. & 4. li. 6. Ioan. And.

† Burdeg.

† Cap. 6. eo. tit. in 3. compilat.

3 al. Herennius. & vide in c. dilecto. super 3. glo. Ioan. And.

℘ vtraq; sit parochia per se,& habeat propriā limitationem: sed ℘ duæ sint sub vna limitatione, non potest.16.q.1.plures,& eodē mō vna præbenda pōt diuidi in duas, ita quòd sint ibi perpetuo duo canonici,dū mō facultates illius præbendę sufficiant competenter duob. ĵ.eo.c.vacāte sicut vna dom⁹ pōt diuidi, & de cætero erunt duæ dom⁹: & vnus fundus si diuidatur,erūt duo fundi.ff.cōia prædiorū.l.si qs duas.§.1.sed præbenda diuidi nō dēt, vt sub nomine vnius præbendæ cēseatur vterq; quasi dimidius canonic⁹. qa vnitas non recipit diuisionē.24.q.1.loqĩ.nulla.n.seruitus diuidit, licet vsusfructus diuidat.ff.ad leg. Fal.l.1.§.si vsusfruct⁹,& ff.de vsus & habita.vsus pars.Sed nonne hoc mō pōt diuidi præbenda,℘ idem ius apud vtrumq; remaneat:quia & iura incorporalia apud plures pñt in solidū residere.ĵ.de iur.pat.c.1.& ff.de serui.l.viæ.& ff.de bo.liber.l.libertus.in fi.in præbēda hoc esse non potest, vt dictū est ĵ.e.dilecto licet .n.dicatur idem ius esse apud plures, reuera tñ quilibet speciale & separatū i⁹ habet.ff.quemad.serui.amit.l.aq̃. Et not.quòd sicut de vna præbenda possunt duæ fieri, si facultates sufficiant: sic ex causa necessaria possunt & debent diminui præbendæ ĩ infra.de ver.sig.c.vlt.

&†si vnus illorum ipsā obtineret præbendā,sub expectatione alius cōtra Laterañ.†concilij [a] statuta remaneret. Inquisitioni†tuæ taliter respondemus, quod talis electio de rigore [b] iuris penitus est cassanda.

¶Idem

¶Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in iudices, poterit iudex alterū confirmare,& alteri pro bono pacis de prouentib.prouisionē facere. Ista est pulcherrima dispoitio, & in toto corpore iuris non habes consimilem.

CAP. XXI.

NIsi† essent viri prouidi & honesti,[c] tā q ordinationem fecerunt, quàm illi circa quos est facta ordinatio in ecclesia vestra, super negotio Prioratus,ordinationē illam valde suspectam, ꝓpter exempli perniciem haberemus. ¶Quod ergo post concertationem diutinā ordinatum est circa vnum de duob.electis, vt ipse habeat Prioratū, hoc ex iurisdictione delegata,secundū iustitiam videtur esse statutum. quod autē ordinatum est circa reliquum, vt ipse viginti†libras de reditib. capituli,& quadraginta de prouētibus Prioratus percipiat†annuatim: hoc secundum prouidentiam intelligitur esse præceptum ex arbitraria [d] potestate:cum in delegatos†fuerit compromissum,qui auctoritatem sibi retinendo cōmissam, se pro bono pacis & vtilitatis hoc ordinasse fatentur. ¶Quia igitur hæc ordinatio ab

a Lateranẽ.concilij.]infra de conces.præb.nulla.

b De rigore iuris.]innuit quòd de patiētia possit tolerari & confirmari,quasi dispensando, quod satis potest concedi: quia talis dispensatio non est perpetua, sed ad tempus:nec proprie dicitur facere contra concilium. Ad quid ergo diceret,de rigore iuris? aliàs simpliciter respondisset dicendo,quòd talis est cassanda, & multæ tales electiones tolerantur, & ex causa posset iuris rigor relaxari.arg.op.infra eo. c. vacante,& c. cum causam.vbi tenetur integrare præbēdam tali modo collatam,nec mandatur cassari.

NIsi essent viri prouidi.] Primo recusat suspectam ordinationem,& ipsius duo membra declarat.Secūdo præmissis motiuis sub certa moderatione illam approbat.secunda ibi,Quia igitur.Abb.Sic.

CASVS. Vacante quodā Prioratu duo fuerunt electi ad ipsum,cū cōmissa fuit super his duabus electionib. vt negotium posset facilius expediri, partes compromiserunt super istis duabus electionibus in iudices delegatos:retenta sibi iurisdictione delegata;iudices isti siue arbitri, pro bono pacis & concordiæ ordinauerunt,quòd vnus electus prioratum haberet, alter,verò viginti libras perciperet annuatim de redditibus capituli,& 10.libras perciperet annuatim de prouentib. prioratus: & hæc ordinatio ab omnibus recepta est & approbata:tandem petiuerunt illam ordinationē per sedem Apostolicam cōfirmari:Super hoc scribit Papa, dicens,quòd illā ordinationem haberet valde suspectam ꝑ malum exemplum,nisi tā illi qui eā fecerūt,q̃ illi circa quos facta fuit,essent viri prouidi & honesti: quod.n.factū fuit per illos,vt vnus de duob.electis habeat prioratum, hoc factum fuit secundum iustitiam ex delegata iurisdictione: quod de altero factum est, vt ipse habeat viginti libras de redditib. capituli,& xl.de prouentibus prioratus percipiat annuatim hoc secundum prouidentiam fuit ordinatum ex arbitraria potestate, cum in delegatos fuerit cōpromissum qui retenta iurisdictione delegata, ꝓ bono pacis & concordiæ confessi sunt se hoc fecisse: quia ergo ordinatio ista ab omnib. est recepta, & Prior & capitulum prouisionem istam sine grauamine possunt exhibere,quæ facta fuit nō ex actione partium, sed ex iudicum prouisione ꝓ bono pacis: Papa eam tolerat hoc mō,vt vide licet dignitas prioratus non remaneat onerata,ita quòd defuncto Priore,successor ei⁹ ad pręstationem quadraginta librarum nullatenus teneatur,ne circa prouentus prioratus aliqua sectio fieri videat. No.propter honestatē ꝑsonę præsumitur ꝓ ipso.Item aliquis pōt vti simul delegata & arbitriara potestate.Item pro bono pacis aliqua sunt tolerāda,q̃ aliàs reprobarentur.Item quæ fiunt ex pactione partium circa spiritualia,illicita præsumuntur.Itē prouisio ista fuit personalis,non tñ transit ad successorem.

c Honesti.]ex qualitate personę præsumitur licitum quod alias esset illicitum.arg.9.q.2.Lugdunẽ.

[Gl.seq.obijcit,& soluit.Secundo quærit.arg.affirmatiuè,& contrarium soluit.]

d Ex arbitraria.]& ita pōt aliquis simul vti arbitraria & delegata potestate.sic s̄.de præsum.cap. lr̄as.sed istud non videtur posse cōstare, quia si rōne delegatæ potestatis adiudicauerunt alteri prioratum,s̄m hoc ℘ constabat eum canonicè electum,qualiter per arbitriū poterunt ipsum condemnare ad soluendum alteri parti indebitum,cū alij solui nō possit quod est alij debitum,s̄.de iureiur.eā te.quia si prioratus fuit isti debitus,constat quòd solutio pecuniæ est indebita? Pōt dici,quòd isti non fuerunt arbitri,sed arbitratores,quorum arbitrium si iniquum sit,auctoritate superioris retractatur.supra de arbi.non sine.vel reducitur ad arbitrium boni viri.ff.pro socio.si societatem. Sed nunqd ratione talis arbitrij possent ipsi adiudicare alteri prioratum? Arg.quòd sic,supra.de trās.c.de cętero.sed nō est verum:quia talia spiritualia possideri non possunt. nisi ex iusta institutione canonica.2.q.1.legum. sic & in matrimonio non potest interuenire arbitrium.s̄.de transa.c.vlt.& supra de in integ,resti.c.pe.in fin.& hic ver.hoc ex iurisdictione delegata.B.

† al. triginta

† recipiat

† In iudice delegatū potest compromitti. Doct. in c.cum tēpore. supra de arbit. Specu.tit. de arbit.§.1. adde Lāfrancum trac. de arb.

nis astringens.: & infrà. ¶Quia verò quod per dictum archiepiscopũ, de memorato magistro auctoritate nostra ꝓuide [a] factum est, firmitatẽ volumus obtinere: Mandam⁹, quatenus si vobis cõstiterit prędictos canonicos, indulgentiã q̃ habẽt de certo canonicorũ numero, non seruasse, & aliquem vltra constitutum numerũ in canonicũ auctoritate ꝓpria recepisse: [b] cũ nobis legẽ imponere non debeant, quam ipsi negligũt obseruare, latam in ipsos excõicationis sententiam à prædicto archiepiscopo, tãdiu denuncietis sublato appellationis obstaculo seruandam, †donec sæpè dictum magistrũ recipiãt in canonicũ, [c] & ea quæ ad canonicatum [d] pertinent, cum stallo chori, & loco capituli, ei studeant assignare.

¶ Idem Bisuntino archiepiscopo.

¶ *Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitimè promouetur.*

CAP. XXIII.

TVis† qõnib. respondemus, ꝙ clericos in minorib. ordinib. constitutos, de patrimonialibus [e] bonis habentes vnde possint congruè sustẽtari, [f] & si nondum fuerint beneficium ecclesiasticum assecuti: (Dummodo aliud canonicum non obsistat) ad superiores poteris ordines promouere.

siasticam, &c. vel facias cõpetens beneficiũ assignari: ꝙ possit mitti in possessionẽ ipsius ecclesiæ, nec inuestiri, cum hoc ei non mandetur, cum certa forma ſm q̃ procedere debet, sit præfixa. Quidã tñ dicunt' ꝑ hanc decr. ꝙ per talem formam potest mittere in possessio. siue inuestire, quod ego nõ credo, ꝓut not. j. de conces. pb. cum nostris. Arg. ꝯ. s. de except. cum ecclesiasticæ. Non est ꝯ: quia ille iã fuit ꝑ Papam inuestit⁹, & in corporalem possessionem de mãdato ipsius inductus, vt patet in integra. Et q̃d dixit hic; inuestiuit, fecit vltra formam sibi datã: quod patet ꝑ rñsionem Papę, q̃ de inuestitura nullã fecit mẽtionẽ, sed excõicatione, q̃ præcepit obseruari quousque ipsum reciperent, & ideo dicit, prouide.

a Prouide.] z excusauit eum Papa, sed reuera nõ benè processit inuestiẽdo: sed refert vtrum mãdetur; facias prouideri vel, facias beneficiũ assignari. In primo casu delegatus non potest inuestire: q̃a prouisio non est sibi demãdata, sed faciat prouideri. In secundo potest inuestire, & faciet beneficium assignari: quia modo sibi est prouisio reseruata, & illi sic inuestito fructus postea debebuntur. s. eo. dilectus. & c. relatum. & hoc: quia forma rescripti seruanda est. supra de rescript. cum dilecta, cum similibus.

[Glos. seq. arg. alleg. duo iura, & remittit. alle. 4. in contrarium, quærit, & soluit.]

b Auctoritate ꝓpria recepisse.]. & ita qui semel facit contra priuilegium suum, sibi præiudicat in illo. s. de rescr. constitutus, & s. de const. cum M. & c. cum accessissent. vbi de hoc. arg. j. de priuileg. accedentib. & c. si de terra. §. 1. & C. de excul. tut. l. voluntariæ. Et hoc attẽde, quòd dicit; auctoritate propria, quia si hoc auctoritate Papæ fecissent, non intelligerentur venisse contra priuilegium suum, etiam si esset iure firmatũ: q̃a auctoritas Papæ semper intelligitur excepta. s. de iure iur. venientes, & suprà de elec. significasti. Sed quid si venissent contra indulgentiam auctoritate Cardinalis legati Apostolicæ sedis, nunquid excusarentur? Non credo: quia non posset illos compellere ad hoc vt contra indulgentiam Papæ aliquem reciperent.

[Gl. seq. not. quòd excommunicati canonicos recipere possunt. alle. duas rationes, & duo similia: ponit lecturam contrariam, quam non approbat.]

c In canonicum.] & ita ea quæ faciunt excõicati in eorum præiudicium, bene valent. & ita excõicati recipiunt aliquẽ in canonicũ, & valet talis receptio: & ea quæ faciunt excõicati in eorum præiudicium, bene valent. s. de excep. cũ inter. cum suis sim. sicut excõicatur quis vt in causa procedat. s. de off. ord. significauit. & quia isti non debent absolui nisi satisfaciant, vt suprà de offi. deleg. ex litteris. sed satisfacere non possunt nisi ipsum recipiant, nec per talem participationem erit excõicatus. sit excõicati admissione ad iurm q̃sq; antequã absoluantur. j. de sent. excõ. ex tenore, & s. de rescri. c. capitulum sanctæ crucis. Vel expone, donec dictum magistrum recipiant, id est, donec cautionem; pręstent quòd iuri parebunt in hoc, vbi habent causam defensionis, sed in hac decr. non habebant iustam causam defensionis, imò falsam, vt littera dicit.

[Gl. seq. no. quòd fracto numero canonicoru n, &c.]

d Ad canonicatũ.] mãdat hic Papa dari huic illa q̃ pertinent ad canonicatũ & nõ ꝑbendã, & sic dabunt ei quotidianas distributiones quousq; vacabit ꝑbenda, vel quousq; fructus fuerint augmentati. Et sic patet hic, ꝙ licet canonici aliquẽ recipiãt vltra numerũ, ẽt sua auctoritate, non augent numerũ prębẽdarũ, licet augeant numerum canonicorum. supra de cõst. cũ M. habuisti idẽ supra eo. dilectus. & infra eo. tit. dilecto.

TVis qõnib.] Ponit dictũ, cuius vnam determinationẽ interse it. ibi, Dũmodo. Abb. Sicul⁹.

CASVS. Quidã clerici in minorib. ꝯstituti, nondũ fuerãt beneficiũ ecclesiasticũ assecuti: habebãt de bonis patrimonialib. vñ poterant cõmodè sustentari: volebant ꝓmoueri ad sacros ordines: Rñdet Papa ꝯsultus, ꝙ benè possunt ad superiores ordines ꝓmoueri, dũ aliud canonicũ non obsistat: & intelligitur ordinatus ad titulũ sibi patrimonii. Not. q̃ q̃s põt ordinari ad titulum sui patrimonij.

[Glos. seq. quærit, & soluit.]

e De patrimonialib.] habent ergo isti patrimoniũ ꝓ titulo sic, s. eo. c. episcopus si aliquẽ. nec debuit ab episcopo beneficiũ petere, ex quo tali mõ intitulati sunt: & iudiciũ sibi mãducãt & bibunt, q̃ de suo habent, & alienum recipiunt. 16. q. 1. qm̃ quicq̃d. & 12. q. 2. ca. & si illi. & 1. q. 2. clericos. Sed quid si patrimoniũ istorũ periret chasmate vel alluuione, nunquid tenebit istis prouidere? Dominicalis z qõ consueuit esse, tamen satis videtur quòd episcopus debeat eis prouidere in beneficio ecclesiastico: quia cum isti ad sæculum redire non possint, redundaret in opprobrium ordinis clericalis. arg. 93. dist. diaconi. & arg. suprà de cle. coniug. Ioannes, & supra de renun. ad supplicationem.

[Gl. seq. soluit dubium. Secundo q̃rit. arg. pro, & ꝯ. ponit opinionem Vin. ꝯ q̃ alleg. decr. tua. Ponit opin. Tanc. & soluit. Tertio quęrit, & soluit. Quarto q̃rit, ponit primo opi. Vin. secundo opi. Tan. quam approbat.]

f Cõgruè sustentari.] aliàs non debet ipsum promouere: quod si fecerit, tenetur ei ad supplementum. suprà eo. c. 2. & c. cum ſm Apostolum. Sed nunquid tenetur soluere decimas de tali patrimonio ad quod est promotus, quasi ad titulum? Argu. quòd non. 16. q. 1. similiter. & j. de deci. nouum genus. Arg. contra. 16. q. 1. si quis laicus. Dixit Vinc. quòd tenetur soluere decimas. arg. illius c. si quis laicus. Arg. contra, quòd non debeas

†Ca. 9. eo. tit. in 3. compilat. huius verò decretalis decisionẽ hodie accipere debem⁹ iuxta ordinationem concilij Tridentini sessio. 23. de reform. cap. 2.

z Dñicalem qõnẽ vocat quam olim iuris canonici Doctores diebus Dñicis solebant tractare, extra cursum legendi ordinariũ: sicut Sabbathinã q̃stionẽ appellant Legistæ, quã in sabbathis, cũ ab ordinarijs lectionibus cessabatur, suis discipulis explicabant.

deat soluere, vt j. de simon. tua. T. dixit, q si ab alijs clericis recipit diuinum officium, & alia sacra, debet eis soluere decimas, alioquin c: quia de beneficio suo non tenetur soluere decimas. credo q p p clericatũ istius, licet sit ordinatus ad patrimoniũ suũ, ecclesia quę primũ decimas pcipiebat pdiales iure suo nõ debeat defraudari: quia res semp remanet cũ sua cã, & sine culpa sua priuari non debet, nec est ẽt iusta cã quare priuari debeat. Item q̃rit, an iste possit trãsire ad aliã ecclesiã sine licentia epi? Dicas q non. 71. dis. primatus. Sed nunquid põt 1 vẽdere patrimoniũ tale? Vr q ñ quia inde viuere dẽt & eccľasticũ onus sustinere, quod cõfitet Vinc. sed Tanc. dixit, q põt vẽdere: q a qui ptio fruit, rẽ habere vr. ff. de vsufr. quia q pretio. & põt illud donare, q a & bñficio eccľastico posset renũciare, quod credo verius.

† Latorieñ. Baioñ.

1 Tene de hoc qđ statuit concil. Trid. supra proximè citatum nec cũ glossa fallaris.

†Vide c. si tibi absente. e. tit. li. 6. & l. qui mihi donatum. per Bar. ff. de donat.

¶Idem episcopo Zamoreñ.†

¶*Absenti potest conferri beneficium alio mediante: nec refert vtrũ absens inuestiatur per personam mediam, vel persona media inuestiatur pro absente. h. d. coniungendo vtrunque intellectum. Et est casus notabilis, & quotidie practicatur.*

CAP. XXIV.

Accedens† ad Apostólicam sedẽ: & infra. ¶Inquisitioni tuę taliter rñdemus, q clericus absens p aliũ, vel alius a magis p ipso, poterit de bñficio ecclesiastico inuestiri.

¶Idem Treceñ. episcopo.

¶*Si ad vnum canonicatũ & ad præbendam duo sunt recepti simpliciter, receptio nõ tenet etiã interueniente Apostolica auctoritate hoc dicit, & est notabile capitulũ, quare tene semp mẽti, & nota ipsũ.*

Accedens.] Absens põt inuestiri de beneficio alio mediante. Vel si potest summari. Põt quis inuestiri de beneficio pro absente. Communis diuisio. Secũda ibi, Inquisitioni. Abbas Siculus.

CASVS Quærebatur hic, vtrũ aliquis absens de beneficio ecclesię possit inuestiri? Rñdet quòd aliquis nõmine ac vice absentis de beneficio ecclesiæ potest inuestiri quia ille dicitur inuestiri, cuius nomine alius inuestitur. No. quòd absens potest per alium inuestiri.

[Gloss. ista quirit, & tripl'r soluit. secundo obiicit, & soluit.]

a Vel alius.] sicut vnus noĩe alterius possidet. ff. de acq. poss. quicquid vterq; enim possidet. ff. eo. tit. quod meo. & ĩ. vt li. nõ cont. qm. §. in alijs. & ĩ. de rest. spol. cũ venissent. & ĩ. de præscr. si diligenti. ita & vterque potest dici inuestiri. Sed quæ fuit dubitatio? Fortè iste episcopus dubitabat, an carnale matrimoniũ inter absentes c hatur, & ideo dubitauit an & spirituale. Prima qõ expeditur 32. q. 2. honoratur. & j. de conuer. coniu. ex parte & ff. de ri. nupt. deniq;. Secunda dubitatio hic explicatur, vtrũ clericus absens possit inuestiri per aliũ. vel dubitatio fuit illa, an inuestiret quis p absente & ignorante, & certè bene, & acquirit ei possessionem: & cu iste sciuerit, habebit causam vsucapiendi. C. de acq. poss. l. 1. Vinc. Vel ideo dubitauit: quia sicut hæreditas temporalis per procuratorẽ acquiri non põt. ff. de acq. hær. per procuratorem. 2 ita videbatur quòd hæreditas spiritualis acquiri non posset, sed non vr quòd dñium sit quæsitum per traditionem absenti. ff. de acq. re. do. res ex mandato. Item nec possessio vr acquiri per inuestituram. j. de his q̃ fi. à ma. par. cap. ex ore. & infra de do. per tuas. Dicas, quòd si vel dans, vel accipiens intẽdit acquirere dominium absenti, tunc est ei quęsitum: & sic loquitur ff. de acq. re. do. si procurator. ff. de do. q mihi donatum. Sed si neuter hoc intendit, non statim acquiritur dominium. & sic loquitur ff. de acquir. re. dom. res. dominium tamen vel possessio non acquiritur per gestorem negotij ff. de neg. gest. si ego. Io.

2 Dicunt Legistæ quòd tẽporalis hęreditas non potest per pcuratorẽ acquiri. pro eo quòd acquiritur, & aditur solo animo, ex quo verè dedi pcuratorẽ ad adeundum iam apparet animus aditionis: & idõ impossibile ẽ illã aditi, sed illud verum de hæreditate iam delata: & q̃ scio delatã, in desecunda locum habeat quod statim dicã. an. And.

Dilecto.] Diuiditur in quatuor partes. Prin. ò ponitur factum, & allegatio pro cellerario. sec vnde allegatio contra eum ibi, Procurator. Tertio diffinitio ibi, Vnde. Quarto protestatio ibi, Iti quòd: Abbas.

De quo vide motus ad c. 35. supra de e iect.

CASVS. Archieps Remeñ. qui in Francia legationis officio fungeret, intẽdebat puidere cuidam nepoti suo G. noĩe i Treceñ. ecclesia: cellerarius Treceñ. vt gratiã legati sibi acquireret, in manib. legati renũciauit præbendã, q̃ in Treceñ. ecclã obtinebat: dict⁹ legatus nepotẽ suũ & dictũ cellerariũ instituit in canonicos Treceñ. & Archieps & capťm cõiter assignauerũt vtriq; stallũ in choro, & locũ in capitulo, vt fruct⁹ illius præbendę diuiderẽt inter se, donec idem G. integraliter esset beneficiũ assecut⁹: & pcurator generalis episcopi tũc absentis ista oĩa cõpbauit, & dict⁹ Cellerarius lectionẽ & Euangeliũ legit in sua septimana, & alia fecit, q̃ alij canonici consueuerunt defuncto episcopo tpe cuius hæc facta fuerunt, alter successit: & dum accederet ad ecclesiã cõsecrat⁹, dictum Cellarium recepit ad osculũ pacis, & tunc non recipiuntur ad osculum nisi canonici: & per biennium sine quæstione sic permansit: Postmodum episcopus excitatus à somno, cœpit mouere quæstionem c ipsũ Cellerarium super præbenda prædicta, & sic qõ inter Episcopum & Cellerarium ad sedem Apostolicã est delata: datus fuit quidam Cardinalis vtriq; parti auditor, coram quo Cellerarius proposuit omnia supradicta: petens dictum episcopum à sua molestatione compesci: procurator episcopi proposuit ex aduerso, quòd ad vnicum beneficium quod vacabat in ecclesia Treceñ. non licuit ipsi legato duos instituere, allegando ad hoc concilium Turoñ. quod præbendarũ inhibet sectionem, & concilium Lateraneñ. quod præbendarũ phibet expectationem. Præterea in ecclesia vbi non est certus numerus præbendarum, nulla ẽt præbenda vacante, potest aliquis in canonicũ assumi: quia intelligitur eligi ad quoddã ius, quod de nouo creatur, & cũ electo nascitur: sed vbi est certus numerus præbendarũ, duo ad vnam præbendam eligi nõ possunt cũ illud ius spirituale diuidi nõ possit: propter qđ dictus procurator asserebat institutionem præfatã non valere, cũ in Treceñ. ecclesia certus sit numerus præbendarum, quẽ capitulũ vel legatus augmentare non intendebant, vel ius aliquod creare de nouo. His & alijs auditis, Papa dictũ Cellerarium condemnauit ad restitutionem eorum, q̃ tenebat ratione prædictæ institutionis, imponẽdo silentiũ eidem super dicta præbenda, vel parte ipsius: ita tñ quòd per hoc prædicto G. nepoti legati, nullum præiudiciũ generet: q a res inter alios acta, aliis obesse nõ debet. No. quòd legatus nõ põt instituere duos ad vnã præbẽdam contra concilium Turoñ. Item beneficii spũalis perceptio non dat ius, sed sola canonica institutio. Item res inter alios acta, aliis obesse non debet.

CAP. XXV.

Dilecto filio P. sãctæ Pudentianæ† psbytero Cardinali, Cellerario Treceñ. & R. procuratori tuo, auditore concesso, idẽ Cellerarius proposuit corã eo, q cum in manib. Remeñ. Archiepiscopi tunc Apostolicæ sedis legati, intendentis prouidere G. nepoti suo in Treceñ. ecclesia præbendam, quam ibi obtinebat, liberaliter resignauit: b † dictus legatus

† Cap. 1. eo. tit. in 4. compilat.

†Pudẽtianæ nomen hic etiam restitutum, est cum Prudẽtianæ legat in omnibus contra historiæ veritatem.

†resignaret.

b Resignauit.] purè sine aliqua conditione & mõ, aliàs simoniacus fuisset. 1. q. 2. quàm pio. & supra de pact. pactiones.

[Glos. seq. obiicit, & soluit.]

a Gene-

præfatū G.& eundē Cellerariū i canonicos Treceñ.instituit,& ambob⁹, capitulum Treceñ. stallū in choro, & locum in capitulo, & idem archiepiscopus supradictę prębendæ fructus diuidendos cōmuniter assignarunt, donec idem G. integrum esset præbendale stipendiū † assecutus, & infra. Quorū receptionem procurator generalis [a] pdecessoris tui, in partibus Cōstantinopolitanis tūc agentis, postmodum approbauit.

d Vacantes.] 3 arg. contrarium: quia ſede vacante nihil eſt innouandum: ĩ.ne ſede vacan. nouit. & c.2. & 3. Reſpondeo. contraria loquuntur in epiſcopatib. & conſimilibus.

3 Hanc Gloſſulam nõ inuenio in antiquis Codicibus nec puto Bernardi eſſe.

e Alterius.] ideſt iſtius præſentis quæſtionis. ſed ideo dicit, alterius, quia alia quæſtio præcedit, quæ ponebatur in antiqua compilatione in tit. de inſtit. ſed in hac non ponitur.

f Leonis.] 12.q.2. ſine exceptione & ĩ.c. proxi.

g Vendere.] niſi forte ſit res, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſit C.de admini. tut. lex quæ in ſi.

i Dubium.] probabili iudicio, licet forte ſecus contingat. argum. ff. de mino. verum. §. ſi locupleti. & intellige, non ſit dubium quãtum ad ſe: quia ſufficit ab initio bene geſtum. ff. de nego. geſt. ſed an vltro. §. 1.

ADDITIO. Vel dic dubium, ſcilicet cõmuni opinione clericorum.

K Per hoc.] ideſt, per capitulum Leonis. 16. quæſt. 1. c. poſſeſſiones.

l Perpetuas.] perpetuæ enim intelliguntur ex eo, quia fiunt eccleſijs & non perſonis 5, vt ſupra ca. proxi. & ff. de annu. leg. annua. & 12. q. 2. lib erti quia eccleſia non moritur, vt ibi dicitur, & ſupra de inſti. cũ veniſſent ſi fiunt perſonis ſine temporis præfinitione, durabunt in eorum vitam. 10. q. 2. hæc vſus præſtatio. & 16. quæſt. 1. poſſeſſiones.

5 Adde qđ dicat perpetuũ, & quid ꝑpetua alienatio no. in l. na imperator. ff. de le. & in l. 1. ff. de vſufruct.

PAſtoralis.] Communis diuiſio: Secunda: ibi, Ad quod. Abbas Siculus.

CASVS. Epiſcopus Helieñ. fecit talem quæſtionem domino Papæ; Parochiæ auctoritate Dionyſii [a] fuerunt limitatæ & diſtinctæ, ut prouentus cuiuslibet parochiæ in vſus cederent miniſtrorum: quæſiuit vtrum liceat epiſcopo ſine auctoritate Papę, vel ſine conſenſu capituli ſui conferre viris religioſis obuentiones alicuius parochialis eccleſiæ reſeruata ſuſtentatione vicarij. Secundo fecit aliam quæſtionem. Lateraneñ. concilium prohibet nonam penſionem imponi eccleſiis, vel veterem augeri, quæſiuit epiſcopus Helieñ. vtrum epiſcopus poſſit religioſis locis totam eccleſiam, vel de nouo conferre aliquam portionem de conſenſu patroni? Ad hoc reſpondet Papa, quod epiſcopus nec primum nec ſecundum facere poteſt ſine licentia Papæ præter capituli ſui voluntatem, ſalua conſtitutione canonica, quæ dicit, quod epiſcopus poteſt conferre pijs locis quinquageſimam portionem. Nota quod epiſcopus nec eccleſiam poteſt dare monachis nec penſionem augere ſine conſenſu Capituli ſui. Item centeſimam vel quinquageſimam portionem poteſt dare pijs locis ſine conſenſu capituli ſui, vt hic probatur.

a Diony-

ctoritate Dionysii a † fuerint parochiæ limitatæ) quatenus singulorũ parochiarum prouẽtus, in vsus ecclesiæ cederẽt necessarios, & stipendia ministrorum: si episcopo liceat sine auctoritate sũmi pontificis, vel saltem sine capituli sui voluntate, viris religiosis conferre obuentiones b alicui⁹ parochialis ecclesiæ, sustentatione c vicarij reseruata. Et cum Lateranẽ. † concilij d statuta prohibeant, ecclesiis nouã imponi, vel augeri veterem pensionem, postulas edoceri, an episcopus valeat religiosis, cõsentiente patrono, totam ecclesiam, vel de nouo conferre aliquam portionem. ¶ Ad quod breuiter respondemus, quod salua constitutione e canonica, de concedenda pijs laicis quinquagesima f portione, neque primum neque secũdum facere potest episcopus (nisi de licentia Romani Pontificis) præter capituli sui voluntatem.

¶ Innocentius † tertius archiepiscopo Senonẽ. & eius † suffraganeis.

¶ *Ad concilia prouincialia vocari debent, & admitti cathedralium ecclesiarum capitula.*

CAP. X.

ET † si mẽbra corporis: & infra. ¶ Prouinciæ Senoñ. capitula cathedralium ecclesiarum ad nos querimoniã trãsmiserunt, quod archiepiscopus Senẽ & eius suffraganei, procuratores eorũ † nuper ad prouinciale g concilium conuocatos, ad tractatum eorum admittere noluerunt: & infra. Visum fuit nobis & fratribus nostris, vt capitula ipsa ad huiusmodi concilia debeant inuitari, & eorum nũcij ad tractatum admitti: maxime super illis, quæ ipsa capitula contingere h dignoscuntur.

TITVLVS XI.

De his quæ fiunt a maiori parte capituli.

¶ Ex concilio Lateranẽ. †

¶ *In vniuersitatibus ecclesiasticis præualet regulariter qđ fit a maiori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat, hoc dicit.*

a Dionysij.] 13. q. 1. ecclesias 1. 90. distin. c. 1. & 80. distin. c. episcopi.

b Obuentiones.] idest, fructus, vel redditus, retenta sibi ecclesia cum sustentatione vicarij.

c Sustentatione.] sufficienti. s. de præbend. de monachis vbi de hoc. & s. de supplen. neglig. prælа. sicut.

d Lateranẽ. cõcilij.] vt j. de censib. prohibemus.

[Glo. seq. reci. per q. alleg. pro & contra, ponit op. Hug. & Tãc. quã dicit tutiorẽ, sed cõtrariũ approbat.]

e Salua cõstitutione canonica.] 12. q. 2. bonæ rei. Ex hac littera vr manifestè, quod episcopus posset dare quinquagesimam vel cẽtesimã partem sine consensu capituli, vt in prædicto c. bonæ rei, nõ obstãte iuramẽto de non alienandis reb. ecclesiæ. j. de eccle. ædi. tua. & s. de iureiur. intellecto. nemo enim põt episcopũ accusare de eo qđ tẽplũ Dei ędificat. 12. q. 2. autẽ. Itẽ quia sufficit semel a iure fuisse concessum: vñ nõ est vlterius necesse adire prætorẽ. ff. de cõd. instit. q sub cõditione. §. vlt. Arg. contra j. de donat. pastoralis. & s. e. c. prox. 12. q. 2. si episcop⁹ & s. eo. cũ nos. H. & Tãc. cũ eo dicũt, quod ẽt in hoc casu requirit consensus capituli: licet .n. ei permittat a iure alienare causa necessitatis vel vtilitatis, requiri tamẽ debet consensus capituli. 12. q. 2. sine exceptione. Littera tamẽ ista contradicit: & Ioã. idem dicit super illo. c. bonæ rei: illud q. dẽ securum est dicere, & expone hanc litteram secundum quod Tancre. exponit, idest salua constitutione: quia non derogatur per istud responsum illi canoni, bonæ rei, nec dicitur ibi quod episcopus posset illam donationem facere sine consensu canonicorum: sed hæc littera contrarium innuit, & j. de donatio. Apostolicæ. vbi de hoc. & ita credo verum, & statuendũ hic.

f Quinquagesima.] imo quandoque maiorem portionem, si multum abundat. de auctoritate tamen superioris, quandoque non tantam, quandoque nihil, si grauatur ecclesia. j. de do. Apostolicæ Io.

ET si membra corporis.] Prima pars ponit querelã. Secundo prouidet: ibi, Visum fuit. Abbas Siculus.

CASVS. Statutum fuit in cõcilio generali, quod habetur. j. de accusationib. sicut olim. qđ metropolitani singulis annis debeant prouinciale cõcilium celebrare. Archiepiscopus Senoneñ. & suffraganei eius ad concilium illud non recipiebant procuratores & nuncios cathedralium ecclesiarum. verumtamen capitula cathedralium ecclesiarum Senoneñ. prouinciæ deposuerunt super hoc corã dño Papa quæstionem: Scribit dominus Papa archiepiscopo & suffraganeis eius dicens, quod capitula prędicta ad huiusmodi concilia debeant inuitari, & eorũ nuncij ad tractatum admitti. & præcipue super his, quæ contingunt ipsa capitula: & hæc est ratio, quia cum archiepiscopus & episcopi sint vnũ corpus cum capitulis suis & ipsi caput, sine membris suis talia vel talia facere non debent. Nota, quod omnes tangit, ab omnibus debet tractari. Item nõ debet caput à membris recedere nec mẽbra a capite.]

g Prouinciale.] de quo habes 18. distin. per totum. & infra de accus. sicut olim. De concilio monachorum habetur j. de sta. reg. in singulis. & c. ea quæ.

h Contingere.] & merito: quia quod omnes tãgat, ab omnibus debet comprobari. 63. distin. ca. 1. & 66. distin. cap. 1. & 8. q. 1. licet ergo. & s. de tempo. ordin. si archiepiscopus. vbi de hoc. & ff. de ado. nam ita. & ff. de mino. in causæ. §. causa. & l. etiã. §. vlt. & ff. de iure annu. aureo. diuus. & ff. de aqua. pluuiarcen. in concedendo. & in Auth. vt sponsal. lar. §. ad hoc quoque colla. 8. Laici 3 vero huiusmodi concilijs interesse non debent, nisi specialiter inuitentur. 63. dist. Hadrianus in fine. Vel etiam nisi specialiter tractaretur causa fidei. 96. dist. ver. nam. Vel nisi tractaretur de matrimonio. quia cum tales causæ eos tangant, possunt interesse. 35. q. 5. ad sedem.

DE HIS QVAE FIVNT A MAIORI parte capituli.

¶ Supra visum est de his quæ fiunt a prælato & capitulo: sed quia quædam pertinent ad capitulum tantum. in quibus peragendis sæpe discordant, & dubitari posset quid iuris, merito subijcitur ista rubrica.

De hac materia tractatur 16. dist. c. vl. 5. q. 3. hoc ius.

Cum.]

¶ Prouinciæ vero, & diœcesæ prius diuisæ fuerunt. 8. dist. c. 1. & 99. dist. prouinciæ. Vincẽ. Vtrobiq; de hoc. I. A.

† Dionysius Papa epistola 2. ad Seuerũ episcopũ.

† Concilium Laterañ. sub Alex. iij. c. 7. §. prohibemus

† Honorius tertius hr in omnibus antiquis.

† De his prouincialib. cõciliis Triden. sessio. 24. de refor. c. 2. ad de Melchiorẽ Canũ li. 5 de locis Theolo. c. 4.

† al. capitulorum.

† Cõcilium Lateranẽ. sub Ale. iij. c. 16. & ca. viii. o. co. ti. in 1. cõpilat.

2 De reg. iur. qđ oĩs. li. 6. in fi. Io. An.

3 De hoc articulo vide plenius hic per Ioãnem And. Panormitanum, & alios. adde Bullã Iulii tertii ante sessionem. 11. in concilio Trid. & Turrecrematã 1 sum. de eccl. lib. 3. c. 12. & seq.

CVM.] Ordinatio maioris partis capituli, per contradictionem & appellationem minoris partis, nil rationabile opponentis, impediri non debet. Primo ponit factum reprehensibile. Secundo prouidet per statutum: ibi, Quocirca. Abbas Siculus.

CASVS. In quibusdam ecclesijs minor pars clericorum non secundum rationem, sed propria voluntate ecclesiasticam ordinationē, quod graue & dignum erat reprehensione: cū in ordinationibus ecclesiarum semper debeat præualere qđ a maiori & saniori parte capituli fuerit ordinatum ideoque statuit cōcilium Lateraneñ. vt nisi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabile obiectū fuerit, & ostensum, appellatione remota præualeat, & suum consequatur effectū, quod a maiori parte capituli fuerit ordinatum: non obstante si aliquis dicat se iuramento adstrictū ad seruandum ecclesiæ suæ consuetudinem: quia non sunt dicenda iuramenta, sed potius periuria, siue temeraria iuramenta, quæ in damnum ecclesiæ & contra sanctorum Patrum ueniunt instituta: & si aliquis cōsuetudines quæ nec ratione iuuātur, nec canonicis consonant institutis, iurare præsumpserit, a perceptione Dominici corporis, donec pœnitentiam egerit, sit penitus alienus. Nota, quod in maiori & saniori parte capituli residet potestas capituli. Item vt cōtra dictio minoris partis capituli valeat, duo sunt necessaria, s. quod rationabile quid obijciatur, & probetur. Itē iuramenta contra vtilitatem ecclesiasticam præstita, nō iuramēta, sed potius periuria uel temeraria iuramenta dici debent: & ideo non sunt seruanda. Item si quis iurat seruare consuetudinem ecclesiæ, non adstringitur ad illicita: sub tali enim iuramento nihil nisi licitum comprehenditur. Item qui consuetudinem illicitam iurat seruare, donec egerit pœnitentiam, a perceptione corporis Christi debet abstinere.

† Dictio ad deest in aliquot antiq͂s in concilio vero aperti⁹ hęc continētur ita: ordinationē mul toties impediunt, & ordinationem ecclesiasticā procedere, &c.

† vel.

CAP. I.



Vm in cunctis ecclesijs q̄ pluribus [a] & sanioribus fratribus visum fuerit, incūctanter debeas obseruari: graue nimis est, & reprehensione dignissimū quod p quasdam ecclesias pauci quandoq; non tam de ratione, quam de propria volūtate ad † ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt. [b] ¶ Quocirca præsenti decreto statuimus, vt nisi a paucioribus & inferiorib. aliquid rationabiliter [c] obiectum fuerit & † ostēsum, [d] appellatione remota præualeat semper, & suum cōsequatur effectum quod à maiori & saniori parte capituli fuerit cōstitutū. [e] Nec constitutionem nostram † impediat, si forte aliquis ad conseruādā, † ecclesiæ suæ consuetudinē, se iuramēto dicat adstrictū: Nō enim iuramēta, [f] sed potius periuria sunt dicenda, quæ contra vtilitatē ecclesiæ, † & sanctorum patrum veniunt instituta. ¶ Si quis autem † huiusmodi consuetudines, quæ † nec rōne iuuātur, nec sacris cōgruunt institutis, iurare præsumpserit: donec dignam egerit pœnitentiā a perceptione sit Dominici corporis alienus.

¶ Cælestinus † tertius Claremoñ. † episcopo.

¶ *Canonicus non interdicit ecclesiam, sed hoc facere debet episcopus cum capitulo.*

CAP. II.

Quæsiuit: † & infra. ¶ super eo qđ ecclesiam [g] tuam quidam ex

a Pluribus.] 65. dist. ca. 1. 2. & 3. supra de electio. licet. 23. distin. in nomine Domini 20. dist. de quibus: & ff. de re iud. duo ex tribus.

b Permittunt,] appellando & impediendo de facto.

[Gl. seq. arg. quod non statur, & c. alleg. 5. iura. alleg. duo in contrarium, & soluit.]

c Rationabiliter.] argum. quod non statur semper maiori parti nec pluralitati, vt hic, & 31. distin. Nicena s. de electio. ecclesia vestra. ff. de serui. rust. prædi. p fundum 12. distin. non liceat. & ff. de pact. maiorem. Argumen. contrā 63. distin. plebs Dioceñ. Instit. de satis. tut. §. sed si ex testamento. Sol. illud regulare ē, vt sē per stetur maiori parti. sed maior pars est illa quæ maiori ratione & pietate nititur 9. disti. sana quippe. 60. di stin. multi in fi. & 4. q. 3. c. si testes. §. item iurisiurandi. præsumitur pro pluralitat. 61. dist. nullus. in fi. nisi cō trarium probetur, vt hic patet, & 23. distin. illud. & s. de electio. dudū R.

d Ostensum:] ergo non sufficit obijcere, nisi probetur. & hoc probabitur coram superiore. s. de elec. venerabilem.

e Constitutum.] & ita capitulum potest constitutionem facere dum tamen intersint omnes, quos constitutio tangit. De hoc no. sup. de const. cum omnes alias p̄sentes in præiudiciū absentium nihil constituere possunt, vt hic. Circa alia negotia ad min⁹ duæ partes debent esse præsentes. ff. quod cuiusque vniuer. l. nulli. & l. plane. & ff. de decr. ab or. fa. l. 3. T.

f Iuramenta.] sic s. de iureiur. sicut nostris. & ita si iuramēta sint facta in genere [1], restringenda sunt circa bonas & licitas consuetudines argum. s. de iureiur. quanto: & cap. ad nostram 3. Si speciali ter iurāt, statim sunt periuri. B.

Qværsiuit.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Fraternitati. Ab. Sic.

CASVS. In ecclesia Claremonteñ. obseruabatur, vt si quis parochianus pensionem debitā ecclesiæ non solueret, vel clericus aliquis delinqueret aliquis de canonicis etiam minimis interdicebat ecclesiam, sine consensu episcopi, & aliorum canonicorum, quæsiuit episcopus an hoc fieri deberet? Respondet Papa, quod interdictum in aliqua ecclesia positum sine consensu episcopi, & fratrum suorum per aliquem de canonicis, obseruare non debet nec sustinere vt ab alijs obseruetur. Sed si aliquis deliquerit, ipse puniatur. quia peccata suos auctores tenere debent: nec pœna debet vlterius protrahi, quam delictum fuerit in committēte repertum. No. quod excōmunicatio, & interdictum fieri debent de ꝯsensu episcopi & capituli. Item ille qui peccat, solus puniri debet, & non illi, qui nō peccauerunt. Itē pœna debet suos auctores tenere. Item pœna non debet excedere delictum.

g Ecclesiā tuam.] idest, tuæ iurisdictioni subiectam simile supra de auctor. & vsu pal. cap. 1. & intelligitur hoc vbi canonicus non habet ius episcopale in ipsa ecclesia. alias si haberet, & ei denegaretur debita pensio, vel aliqua offens⁹ digna excommunicatione committeretur, bene supponeret ecclesiam interdicto: [2] non nego tamen honestius esse personas interdicere non enim ecclesiæ delinquunt, sed personæ. in Authen. de man. princ. §. oportet colla. 3. argume. infra de pœnis. licet. 16. quæst. 6. illud. hoc dicit Lau. sed ecclesia p p delictum

† vel statuti

† obseruandam.

† ecclesiasticam.

† enim.

† Hæc periodos aliter recitatur in cōcilio prędicto loco, qđ omnino videas.

† Clemens iij.

† Claromoñ. Claramoñ. Claremoñteñ.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cōpi.

1 Vide Deciū in Rubrica. C. qui ad mitti. Albericum trac. de stat. par. 1. q. 15. vnde intelliges verā esse hāc glossā.

2 De hoc articulo vide hic plenius per Host. & Ioan. And.

dolo & contuma. contingit. ff. de dam. infec. l. si finita. §. vlt. Item hic patet, quod si Papa mandat alicui dari præbendam, & capitulum aliũ eligit, tenet electio. De hoc dictum est s. de præbendis. dilectus filius. Io.

a Ratione.] quia erat in minoribus ordinib. cõstitutus, vt patet in integra, & quia reuerentiam faciendo illi H. iuri suo renunciauit, vt hic sequitur.

[Glo. seq. arg. de tacito cõsensu, inducẽs 13. iura. alleg. 2. in cõtrarium. Tertio fortificat primum dictũ. Quarto quærit, & soluit. Quito elicit duo argumenta.]

b Renũciasse.] nota hic arg. de tacito consensu. & licet verbis nõ renunciet, ant non consentiat, ipso facto tñ cõsentit. 32. q. 2. honoratur. & s. de transact. ex litteris. & 43. distin. sit rector. ff. mandati. l. si procedente. §. Lucius. ff. ad munici. l. 2. & s. de off. dele. gratum. & ca. cum olim. in fi. à contrio sensu. ff. de inof. testamen. l. si propo nas. §. 1. & l. nihil. & l. vl. & ff. de public. l. si ego. §. 1. & ff. de mino. l. si filius. & C. de iure do. impe. l. 2. Ar. contra ff. de decurio. l. Herennius. §. vlti. & s. de præben. dilecto. Ioã. Præterea licet renunciatio sit tacita, valet etiam citra auctoritatẽ superioris, licet expressa nõ valeat sine auctoritate superioris. s. de renũciat. admonet. sicut plus valet tacita prohibitio quam expressa, cũ scilicet litem contestatur. ff. de solutioni. l. si quis stipulatus fuerit x. in melle. ff. eo. titu. vero procuratori. §. vlt. Laurẽ. Sed quid si alius ageret contra illam præpositum, & cassaretur illius electio, nunquid iste qui exhibuit reuerentiam, potest agere pro præpositura? Non: quia filius exhæredatus si approbauit testamentum patris, non põt postea impugnare. C. de inoff. testamen. parentibus. & si alius impugnaret testamentum, ipse tamen non potest petere vltra quã sibi est relictum. ff. de legatis præstã dis. l. 3. §. is qui. Vincẽ. Item argumentum quod actio semel extincta non reuiuiscit. ff. de solutio. l. qui res. §. aream. & de consec. dist. 4. quæris. Item argumentum, quod licet res deueniat ad eũ casum à quo potuit habere principium, non valet. Ber.

c Per appellationem.] sic s. de elec. cum inter R. quia eius non intererat appellare post reuerentiam præstitam. 2. q. 6. non solent. appellatio enim non impedit ne id fiat quod perpetuo edicto decernitur. ff. de appellatio. recipit. vel non. l. vlt. Laurẽ.

† In codice Barbatię lita q dẽt pposito exhibeñ.

† Vide l. tale §. j. ff. de pac. & l. si exhæredatus. ff. de inoff. test.

† Cap. vnico eo. tit. in 4. compil.

Et vid. q. d. p hoc ca. dixit Calderinus cõsi. 6. tit. de his q fiũt à præla. refert Felinus i ca. cũ dilecta. s. de rescrip.

stitus fuisset, inuestitura eius per prædecessorem nostrum certa fuit ratione[a] cassata: quæ nec etiã si cassata fuisset, per hoc quòd dicto H. reuerentiã exhibuit, quæ † debetur præposito, iuri suo renũciasse[b] videtur: † Nos attendẽtes sibi de iure nõ potuisse cõpetere, vt per appellationẽ[c] ob id interpositam, cõem ordinationẽ ecclesiæ impediret: intelligentes etiam te à maiori parte, tam dignitate, quàm numero eorum, quos eligẽdi ius cõstabat habere, electũ fuisse canonicè in præpositum: electionem tuã auctoritate Apostolica confirmamus: prefato B. super præpositura silentiũ imponentes.

¶ Idem.

¶ *Prælatus cum maiori parte capituli contradicente minori statuere potest, quod ad necessariam reparationẽ fabricæ quilibet canonicus conferre teneatur.*

CAP. IIII.

Ex † parte tua nobis fuit frater archiepiscope intimatũ, quod ad restaurãdã fabricam[d] Rothomageñ. ecclesiæ, tractatum cõiter habuistis, te postulante, vt quilibet canonicorum tecum pariter aliquam suorũ redditũum portionẽ operi tam pio & necessario deputaret: & inf. ¶ Statuimus, vt † vt si quis vestrum tuis, frater archiepiscope, & maioris & sanioris partis capituli statutis super hoc duxerit † resistẽdum, obtineat sentententia plurimorum.[e] †

EX parte tua nobis fuit frater.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Statuimus. Abbas. Sicu.

CASVS. Archieps Rothomagensis cum fabrica ecclesiæ suæ restauratione indigeret, habuit tractatum cum fratribus suis, vt quilibet eorum cũ ipso archiepo, aliquam portionem redditũum suorum tam pio & necessaria operi deputaret: & hoc ipsi facere noluerũt: vñ ipse significauit hoc dño Papæ. super hoc statuit Papa, vt si aliqui contradixerint statutis sui archiepi, & maiores partis capituli & sanioris, obtineat sententia plurimorũ. Nota, quod sententia maioris & sanioris partis capituli præualet. Item in casu isto non tenentur, nisi maior & sanior pars consentiret.

d Fabricam.] licet enim ille solus teneatur ad restaurationẽ fabricæ, qui partem deputatã fabricæ recepit, vt 10. q. 3. vnio. & q. j. decernimus. tamen ille conferre tenetur. 17. q. 1. si monachus. & de eccle. ædificandis. c. 1.

e Plurimorũ.] hic ergo valet sententia plurimorum: quia euidens est illos ratione iuuari. s. eo. ca. 1. sic 75. dist. c. 1. & 2. s. de tempo. ordi. nec episcopi. Ber.

ADDITIO. Glo. in verbo, ratione iuuari, &c. Dixit Vinceñ. hoc esse, quia Papa hoc approbat, alias nullus compelleretur dare de proprio nisi vellet: quia tenentur vt singuli. vnde potior est causa prohibentis: & quia si tenẽtur vt collegium, cõmunis mensa habet hoc sustinere, non priuata stipẽdia. Dicit Inno. hoc verum si non essent res ecclesiæ, sed propriè canonicorũ: de rebus verò ecclesiæ, licet sigulariter & specialiter ad singulos canonicos pertinentibus, poterit episcopus cum maiori parte capituli pro vtilitate ecclesiæ talia statuere. Item Innocen. & Abbas. vide quod dixi supra de constitutionib. cum omnes. supra prima gloss. Ioan. And.

† al. vt si q.

† duxeritis

† Vide l. & suũ hrdẽ. §. si cũ l. seq. ff. de pact. & l. qd maior. ff. ad muni.

TITVLVS XII.

Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

¶ Innocentius tertius Mediolaneñ. archiepi copo.

¶ *Rubrum sufficit pro summario. vel summa sic secundum abbatem: Occulta collatio beneficij, licet sit suspecta, bene valet, dummodo aliàs legitimè facta probetur. hoc dicit. Et est casus notabilis, non tamen facit ad titulum, nec omnes indistinctè hoc tenent, sed maior pars concludit cum hoc summario.*

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA sine diminutione conferantur.

¶ Supra visum de collationibus beneficiorum faciendis tam à prælato cum consensu capituli, quàm ab ipso capitulo tantum: Veruntamen quia beneficia ipsa debent conferri sine diminutione, merito subijcitur ista rubrica. Abbas.

Vt quo.

VT nostrū.] Diuiditur ī quatuor partes. Primo assignatur Papalis responsionis causa & ratio. Secundo processus Papæ executio & ad obiecta responsio: ibi, Cum enim Tertio archiepiscopi inconuincibilis reprehensio: ibi, Omnib. Quarto cautę & necessarię istructionis ꝓuisio: ibi, Vñ credimus. & pone casū in terminis vt in gl. 1. Abbas,

CAP. I.



VT† nostrū[a] prodeat de vultu Dei iudiciū,[b] & infra. ¶ Præterea ꝓponebas, ꝙ cū nullus debeat sine accusatore[c] † damnari, nec aliquid circa negotium illud ſit actū i forma iudicij, depositiones testium non poterāt ibi præiudicium generare.

†Cap. vnico eo. ti. in 3. cōpila.

Alia pars huius ca. est ī. de appel. ca. ut nostrum.

a Vt nostrum.] vt plenie intelligas hāc decretalem sic pone casum: aliter nō bene intelligas. Intellexit dñs Papa quòd cancellaria Mediolaneñ. ecclesiæ vacauerat vltra annum, & sic potestas conferendi illam deuoluta fuerat ad Papam: vnde mandauit Papa Mediolaneñ archiepiscopo, vt ipsam conferret cuidam H. subdiacono domini Papæ: & si post receptionem litterarum aliquid faceret in contrarium, illud cassaret. Archiepiscopus receptis litteris rñdit, 2 ꝙ illi cancellariam non contulerat: quia propter grauamina debitorum retinebat fructus ipsius: de qua rñsione factum fuit publicum instrumentum: visis litteris die sequenti rñdit contrarium, ꝙ mandatum dñi Papæ adimplere non poterat: quia reseruatis sibi prouentibus iam decem mensibus elapsis contulerat eam cuidam H. noīe: & de hac rñsione fuit factum aliud instrumentum. Ista relata fuerūt dño Papæ, & instrumenta ostensa: Papa verò intelligens varietatem huius rñsionis, statim mandauit archiepō, vt ad præsentiam suam mitteret procuratorem idoneum, & ostenderet, ꝙ ipse cancellariam contulisset personæ idoneæ, & modo canonico, & tempore competenti, & idem H. veniret si vellet defendere ius suum: accessit procurator archiepī, & ille H. 3 & produxerūt duos testes in pñtia Papæ, qui iurati dixerunt, quòd parū post mortem cancellarij, archiepūs contulit cancellariam dicto H reseruatis sibi prouentibus, & illum inuestiuit per librum, præcipiendo ꝙ illud esset secretum, & vnus testis adiecit quòd post mandatum dñi Papæ eo vidēte tradidit ei sigillum, alter dixit se hoc audiuisse, & procurator hoc idem fuit confessus: quod audiens Papa mādauit quibusdam, 4 ꝙ si post secundum mandatum, ꝑ quod totum negotium reuocabatur ad curiam, ei tradidit sigillum, talem traditionem decernerent nullā esse, & inhiberent illi H. ne sigillo vlterius vteretur, quod totum factū est, & prohibitus fuit vti sigillo. Per hoc intellige illā decretalem. ī. de appel. vt nostrum. quæ est pars istius, & illam debes hic legere in principio: quia præcedit istam, vt patet, in antiqua compilatione. Propter hoc archiepiscopꝰ misit nuncios ad dñm Papam post multas allegationes & excusationes ipsius archiepiscopi, vltimo proponebat dictus archiepiscopus, ꝙ cū nullus dēat sine accusatore dānari, nec aliquid sit actum in prædicto negotio in forma iudicii, testes contra eum recepti non poterant sibi præiudicare: quia hæc allegatio videbatur tangere personā domini Papæ, apertius vult exprimere in hac decretali causam quare mandauit inquiri de prædictis, ne quis crederet, quòd in facto isto perperam processisset. Et prosequaris postea vt sequit in littera: hoc intellecto, quod præmissum est satis patet intellectus capituli, & sine hac suppletione non bene intelligere. Et hæc omnia & alia continentur in integra. Bernar.

1 Hic casus Ber. est & in antiqs exemplarib. reperitur.

a Innocētius dicit ꝙ archiepūs hoc priꝰ viua voce dixerat Papæ. Io. An.

3 Facit ad qōnē q̄ disputa ui ī ver. sig. c. 2. respō. 2. lib. 6. Io. An.

4 Ideo q a ille H. nō fuerat i iudicio, nec eius procurator, ſm Host. vel dic si vis tenere, ꝙ ille fuerat ꝓcurator illius H. ꝙ ipse ꝓcurator cōfessꝰ ē, ꝙ post primū mādatū & Papa mādat inquiri de facto: vel ille H. q ibi erat ꝓ se, nō cōfitebat, licet id cōfiteret procurator Archiepī Io. And.

ADDITIO. Causa verò inquisitionis est. Cum enim donatio fuisset occulta, ꝓpter qđ non carebat suspicione, & elapso anno nullus cancellarius apparere: merito credebatur quod ad papam esset donatio deuoluta secundum Lateraneñ. concilium: & ideo illam poterat sine culpa conferre: quia Papa de occultis diuinare non potest: & præsumptio erat pro Papa, cum ipse prima uice rñderet, ꝙ cancellariam non contulit: vnde nō fuit grauamen, sed gratia ꝙ ei concessit facultatem probandi pro se. Item quod de nouo vel de modo canonico fidem sibi fieri mādauit, ipse archiepiscopus dedit causam illi mandato: quia mandauit per litteras, & ꝓbaui: per testes, ꝙ retentis sibi prouentibus, officium illud concessit: vnde Papa contra talem concessionem fuit merito suspicatus, & ideo Papa ex officio suo illā inquisitionem commisit faciēdam, cum ad ipsum pertineat de subditorum excessibus inquirere veritatem: omnibus prædictis diligenter examinatis Papa inuenit archiepiscopum culpabilem in tribus, circa contrarietatem rñsi, cum nulli debuerit ex certa scientia contraria respondere: circa carnalitatem animi, quia non debuit cum affectu carnali committere: & illud officium circa inhonestatem facti: quia ex pacto, vel aliqua conuentione committere non debuit nundum officium, & retinere prouentus, cū hoc in Lateraneñ. concilio sit prohibitum & in alio canone reperitur, quòd ecclesiastica beneficia sine diminutione sunt conferenda: Vnde circa hoc est distinguendum, vtrū ille, qui dat beneficium spirituale, percipiat prouentus añ donationē: si enim non percipit prouentus ante donationem, sed alius, & ex donatione consequitur vt fructus percipiat, simonia committitur: si vero ante donationem percipit ipse ꝓuentus, hoc distinguendum est, vtrum constituat ante donationem, vt ex cā necessaria retineat prouentus, & istud licitum ē: an conueniat cum eo qui accepit beneficium, vel cum alio mediatore retineat prouentus, & concedat beneficiū: istud quidem non licet, ne aperiatur via illis qui prauitatem suam student palliare. Ex hac decretali no. ꝙ nullus debet sine accusatore damnari. Item cum aliqua præsumptio apparet ꝯ aliquem, debet se excusare, & reddere rationem super hoc, vt fecit hic dñs Papa. Item actore non probāte, reus quamuis nihil ꝓbet, debet absolui. Item quando præsumptio est ꝯtra reum, onus probandi transfertur in eum, vt hic erat ꝯ archiepiscopum. & ideo Papa imposuit ei onus probandi super tribus articulis prædictis. Item tria sunt consideranda in collatione beneficij personæ idoneitas, modus canonicus, & tempus competens. Item occulta donatio non caret suspicione, quare non debet valere. Item nemo diuinare tenetur. Item superior ex officio suo debet inquirere de inferiorum excessibus. Item contraria proponens, non est audiendus. Item carnalitas non debet attendi in beneficijs conferendis. Item in spiritualibus omnis pactio & conuentio illicita debet cessare, Item beneficia integra concedi debent. Item si ecclesia est onerata debito, vel propter aliam iustam cām & honestam præest episcopus ad tempus, prouentus tamen alicuius dignitatis vel præbendæ, licet illam conferat, potest retinere. Item nemini aperienda est via malignandi.

† accusatore

b De vultu Dei iudiciū.] qui enim iudicat, æquitatē ꝑ oculis semper dēt habere. ff. de eo quod certo loco, quod si Ephesi. §. in summa. & 4. q. 4. capi. 1.

[Gloss. seq. ponit vndecim casus exceptos à regula. quod sine accusatori &c.]

c Sine accusatore.] hoc est generale, vt 2. q. 1. de manifesta. 22. q. 4. quisqs potestatē. Excipiunt qdā casus. Primo. Si suspecta scriptura in iudicio ꝓferat C. de probationibꝰ, iubemus. Si ꝓcax testis fuerit, & vacillanetti ī iure. C. de testibus. nullum. & infra de pœnis. sup his. Si tutor suspectus est. ff. de suspectis tutoribus. l. tertia. §. ꝑterea videndum. Si maritus accusauerit vxorē de adulterio, & ipsa replicat de lenocinio. ff. de adulterijs. l. j. §. si pu-

§. si publico. Si iudex reperiat accusatorem calumniari. ff. ad Turpilianũ. l. 1. §. 1. & 2. q. 3. capitulo, si quem §. notandum. & j. de calum. c. 1. & 2. Si in modo inquisitionis cognouerat de crimine. infra de accusationib⁹, qualiter & qñ: & capitulo, inquisitionis Si infamat⁹ deficit in purgatione. j. de simonia. ꝺ hoc cũ suis concordantijs. Si crimen est notoriũ. 2. q. 1. de manifesta. & j. de accusationibus, euidentia. Si corrumpit testes aduersarij. 3. q. 7. cap. infames. versi. si quis autem. Io.

ADDITIO. Nota ex hac glossa regulam & plures casus exceptos & vide quasi cõsimilem glossã in canone, de manifesta. 2. q. 1. Alios ponit Specul. in titulo, de inqsitio. §. qñ autẽ. in prin. & de ista materia per Bar. in l. 2 §. si publico. ff. de adulterijs, vbi satis elegãter tractatur, an & qñ iudex possit ꝓcedere ex officio sine accusatore. Panor. dixit plenã rã respectu iuris ciui. q̃ canonici ĩ c. qualiter & qñ. 2. de accu. j. vbi plenı⁹ de hac materia vide per eundem Panormitanum.

a Commissæ.] quapropter mãdauit fieri inquisitionẽ ꝯ archiepiscopum, ꝗn tradiderit illi H. sigillum post secundum mandatum, vt dixi in casu. & ꝙ probaret illa tria quæ sequuntur.

[Glo. seq. ponit 13. casus exceptos à regula, ꝙ accusatore non ꝓbante, &c.]

Quia verò hæc allegatio personam nostrã tangere videbatur, dignũ duximus causam cõmissæ[a] inquisitionis & ordinẽ plenius explicare, ne qs quomodolibet suspicetẽ, quod nos ĩ hoc negotio perperã processerimus: præsertim cum ratio assignãda debeat esse posteris profutura. ¶ Cũ enim iuris sit explorati quod actore non probãte, [b] is qui conuenitur, etiam si nihil præstiterit, debet † absolui: videri poterat, quod nos tibi, qui conueniebaris à nobis, maliciosè vel indiscretè onus probationis, super trib. prẽmissis articulis impo suimus: videlicet vt ostẽderes, quod prædictam Cancellariã personæ idoneæ, modo canonico, & tempore competenti donasses. ¶ Porrò [c] cum donatio fuisset occulta, [d] & ideo suspicione non careat, & elapso iã anno, nullus omnino Cancellarius appareret, nõ immerito credebamus, ꝙ secundum: Lateraneñ. † concilij [e] statuta, ad nos esset ipsius Cancellariæ donatio deuoluta: & ideò potuissemus ipsam sine culpa conferre: quoniã etsi locũ Dei teneam⁹ in terris, non tamẽ ꝺ occultis potuimus † diuinare. [f] Quia † ergo contra illud, quod prima facie iustè præsumebatur ꝓ nobis, præsertim cum responderis prima vice, quod Cãcellariam alicui non contuleras, facultatem tibi pro te probãdi cõcessimus, non fuit grauamẽ, [g] sed gratia: [h] nec ex malitia, sed ex benignitate ꝓcessit. Quod ẽt[i] de modo canonico fidẽ nobis fieri mandauim⁹, tu causam præstitisti mãdato, qui sæpè nobis per litteras tuas intimasti, & tandem probasti per testes, [k] quod retentis tibi prouentibus, officiũ concesseras memoratum: ex quo nõ immeritò cõtra talem cõcessionẽ fuimus suspicati. Et ideò nos, [l] qui nõ tam ex plenitudi

fert onus probandi in ipsum: quia à probata solutione si eam negauit, tenebitur probare se debitũ recepisse: vt in l. prædicta, cũ de indebito. circa prin. & j. de solutio. is qui. Item negatiua, quæ habet in se affirmatiuam implicitiam, probari debet à reo. s. de renũciatio. super hoc. & j. ꝺ suc. ab intest. c. cum dilectus arg. ff. de proba. tio. ab ea parte. §. si quis. & l. si fili⁹. & 3. q. 9 indicas. Tanc.

c Porrò.] hic incipit assignare causam commissæ inquisitionis, quare sibi fidẽ fieri mãdauit super tribus articulis: & primò ostẽdit de tertio: postea de secundo circa prin. §.

d Occulta:] not. ꝙ præsumitur cõtra occulte dãtes vel facientes vel iudicãtes, s. de off. deleg. cõiuiuiũ. & 19. dist. Anastasi⁹. & ff. de iure fis. ita fidei in prin. ff. de admin. tu. non existimo. & & 18. q. 3. perniciosam 2. & tenebræ aptæ sunt ad fabricandũ falsum. ff. de ven. inspiciendo. l. 1. §. de inspiciendo. tamen si ille cui datum est occulte, sit capax: occulta donatio non vitiat donationẽ. C. de dilatio. l. 1. lib. 10. & electiones clãdestinæ nõ ualẽt s. de elect. quia propter, in fin. Tanc.

e Lateraneñ. concilij.] s. de conces. præben. nulla.

f Diuinare.] sicut & Paulus, licet esset spiritu Dei plen⁹, nõ tamẽ potuit secreta diuini consilij agnoscere 22. q. 2. beatus. nec tenetur quis diuinare. ff. mãda. si fideiussor. §. si cum debitor. & ff ad leg. Aqui. si putator.

b Actor. non probante.] simile 6. q. vlti. actor. Hæc regula fallit: nam ratione præsumptionis aliqñ transfertur probatio ad reum, vt hic. & s. de procuratori. ex insinuatione. & sup. de iureiuran. c. vlti. ff. de dona. inter virum & vxorem. Quintus. Mutius 1. Item fallit cum actor fundauit intentionem suam iure communi 100. dist. contra morem. & 16. q. 7. omnes basilicæ. & C. de probat. siue possidetis. Item cũ reus spõte assumit onus probandi. ff. de probatio. circa. Item in cõibus iudicijs vtriusq; probatio audit sup. de probatio. ex litteris. Itẽ cũ vterque dicit se possidere sup. de ꝓb. licet. & ff. de iudi. in tribus. Item in crimine falsi vtriusque testes audiuntur. C. de fal. vbi. Item in crimine læsæ maiestatis, in sacramentis desertis, in proditione patriæ, & in crimine peculatus, vtriusque testes audiuntur. C. de aboli. fallaciter. in fi. Peculatus dicitur furtũ de re publica 23. q. 4. quid ergo. ff. ad leg. Iul. pec. l. 1. Io. Item priuilegium actoris transfert onus probandi in reum, puta si pupillus vel mulier repetat solutum tanquam indebitum, reus tenetur probare debitum. ff. de probat. cum de indebito. §. sin autem. Item delictũ ipsius rei à trans

g Grauamen.] immo de iure fuit. C. de proba. siue.

h Sed gratia.] cum tamen primæ confessioni ipsius esset standum. s. de probatio. per tuas. & s. de præsumptio. litteras 4 nisi probaret se errasse. j. de censi. olim C. de erro. aduo. l. vlti. & s. de appell. cũ causam. & s. de confes. c. vlti. sed in hoc non videtur quod posset errare: quia de facto suo certus esse debet. s. de rescrip. ab excommunicato. ex varietate ergo responsi præsumitur contra ipsum archiepiscopum 4. q. 3. c. si testes. §. item qui falsò. vel varie. j. de pœ. super his. ff. de quæstionibus, de minore. §. tormenta, in fi. & l. ex libero. in prin. Ioan.

i Quod etiam.] hic respondet secundæ obiectioni archiepiscopi.

K Per testes.] productos in præsentia Papæ: vt dixi in eo casu.

l Et ideo nos.] hic respondet ad id quo dixit, quod nullus debet sine accusatore damnari, ostendendo causam quare commisit inquisitionem.

† debeat

† Laterañ. sub Alexan. iij. c. 8.

† possumus

† Quod ergo.

3 ibi de mulierculis sub specie religionis in priuatis receptaculis habitantibus: Idẽ ꝺ occulte prædicantibus. de hære. dũ ex iniuncto. cõuenticulas faciẽtibus. C. de epi. & cl r. conuenticulam occulte mulieribus cohabitantibus. de præsum. c. 4. ẽm Hostiẽ. Ioan. And.

1 Diuidebat Hostiẽ. hic aliũ casum, scilicet pp vitationem suspicionis turpis qst⁹: ad. sit casũ sauere ecclesiæ vt cũ petit bona quæ rector possedit tpe mortis, & remittit, de pecu. cleri. c. 1. Io. And.

2 Scilicet à quo repetitũ indebitum. Ioan.

4 Concor. l. generaliter. C. ꝺ non nu. pec. & l. cum de indebito. ff. de proba.

1 Hęc glossula non est in vetustis libris.

† Qualiter differant cā & occasio, ui de hic præ alijs Panormitanum.

†Dictio, ex, deest in quibusdam.

† Concor c.constitutis 2. s. de appellat. & vide ibi citatos.

† Et ius tibi, &c.

† Lateran. sub Alexan. iij.c.7.§.prohibemus.

2 Adde quod conditio interdū dicit modus pendens ex futuro l. cum ad præsens. & l.seq.ff.de condi.apoo.

3 Titio Stichum lego, vt eū manumittat: cauers dem manumittendo statim illū petit, idē n legato ad monumentū. Io. And.

a Inquisitionem. 1] scilicet vtrum sigillum dedisset archieps illi H.post secundum mandatum, propter qđ reuocauit ad se inquisitionem, inquirendo & discutiendo negotium, & iniungendo vt probet super tribus articulis, videlicet si cōtulisset personæ idoneæ, modo canonico, & tempore competenti.

b Cōtrarietatem.] qm̄ q allegat ɔ̄ria, non debet audiri. C. de liber.cau.cum pre cum.& s.đ appel. sollicitudinē.& 74.dist. gesta.23.q.7.qđ autem.Lau.

[Glo. seq. ponit opinionem Lau.]

c Carnalitatem.] ĩ hoc casu dicit Lau. epm simoniam committere, vbi pp cōsāguinitatem cōcedit alicui beneficium, aliàs nō cōcessur⁹: qa si quis iniusto sordis amore, vel sordidis p̄cibus sacerdotalē dignitatē receperit, & c.1.q.1.si qs neque. Arg.j.de sim.veniēs. & c. nemo. & c. tua. Nā ex quo fauor tertij nimiū fauoris inducit, multò magis fauor illius qui ordinat.1.q.1. sunt nonnulli.Lau.& sic consanguinitas inducit suspicionē, ꝙ donatio sit vitiosa.10.q.2. eps.89.dist.decenter. Nam in clandestinis & domesticis donationibus facile q.đ cōfingitur pro negotij qualitat.C.đ dona. donatio.§.1. Sicut aliàs cōsāguinitas elidit suspicionem.s.đ cohabi.cleri.& mul. à nobis.& cap.tua.& par affectionis causa omnem elidit suspicionem. ff. de ritu nupt.non solum.§. đ vno.Io.

d Sub modo.] no. ꝙ sicut cōditio inducit simoniam.1.q.2. quam pie.& s d pactis, pactiones. ita & modus: quia modus æquipollet conditioni 2 j.de cōditio. ꝑ posi.c.2.& 3. 28.q.2. si ifidelis C. de ijs q sub modo leg.vel fideicom.relinque.l.1. Immo magis ē obligat⁹ sub modo, quā sub conditione: nam cui aliquid relinquitur sub modo, etiam statim potest illud petere si caueat de eo modo adimplendo. ff. d fidecom.lib.cum in testamento 3. & ff. de conditio. & demonstratio.qbus diebus.§.vlt.Si verò sub conditione aliquid relinquitur, nō potest peti nisi cōditione extante ff de condi & demonstrat.qui hæredi.§.vlt. Ioa.

e Partem.] j.de censi.prohibemus.

f Diminutione.] 1.q.3.si quis præbendas.s. de preb. maioribus, & c. vacante. & c. cum causam.

g Consequatur.]ex pactione in eo apposita.Vinc.

h Vt ipse.] donator, vel alius qui percipiebat ante. Vinc.

i Constituat.] cum capitulo suo, non cū eo, qui habiturus est beneficiū: & hoc publicè faciat, vt vitet suspicio sicut potest intelligi,s. de preb. significasti. Et sic patet, ꝙ episcopus potest ad tempus ex iusta causa retinere fructus vacantis beneficij, si fortè grauatur debitis.ar.j. đ verb. sig.c. penult.

ne potestatis, quā ex officij debito possumus & debemus, de subditorū excessibus ad correctionē inquirere veritatem, te maximè causam † & occasionem præstāte, inquisitionem [a] commisimus faciendam. ¶ Omnius ergo diligenter auditis, te in tribus compe rimus fuisse culpabilē: Circa contrarietatem [b] responsi, quia non solū nobis, sed nec cuiquam debuisses ex certa sciētia contraria respōdere: Circa carnalitatem [c] animi, quia non ex † affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticū officium & beneficiū in persona magis † idonea dispēsare: Et circa inhonestatem facti, quia non licuit ex pactione, uel cōuentione quacūque, sub modo [d] vel tenore præscripto concedere nudū officium, & † tibi retinere prouentus: cum in Lateranen. † cōcilio prohibitum sit: ne quis conferendo ecclesiasticū beneficium, partem [e] prouētuum suis vsibus retinere præsumat: & alibi cautum reperiatur in canone: quod ecclesiastica beneficia ne diminutione [f] debent conferri. ¶ Vnde credimus distinguendum, vtrū qui dat spirituale beneficiū, prouentus ipsius ante donationem percipiat: Nā in prouētus ante donationem non: perceperit † ipse, sed alius, & ex donatione consequatur, [g] vt ipse [h] prouentus percipiat: † non est dubium (circa † hæc) intercedere simoniacam prauitatē. Si vero aute donationē perceperit ipse prouentus, credimus distinguēdum, vtrum ante donationem constituat, [i] vt ipsi prouentus, retineātur ad tēpus pro causa iusta & necessaria: an conueniat cum eo, qui accepit beneficium, seu cum mediatore quocunq; vt officio illo concesso retineat ipse sibi prouētus. Primum enim mēbrū credimus esse licitū: Secundum autem dicim⁹ non licere: ne viam aperiamus his, qui prauitatē suam satagūt palliare.

† percepit

† consequitur.

† recipiat

† Hæc duo uerba: circa hæc, desunt in antiquis.

TITVLVS XIII.

De rebus ecclesiæ alienandis † vel non.

DE REBVS ECclesiæ alienandis vel non.

Supra visum est đ collatione p̄bēdarū & beneficiorū: sed quia p̄lædati & beneficiati interdū alienant bona præbendarum.& beneficiorū, ideo subijcit hæc rubrica. Abb. Siculus. De hac materia tractatur 10.q.2. & 17. q.4.c.id cōstituim⁹. §. occasione. vsq; ad §.sed notandum. per totum.& 16.q 6. per totum.4

4De iure ciuili tractat hęc materia auth.eod.ti.

† al.ita: alienandis uel nō alienandis.

¶ Ex concilio Lugdunen.iiij.†

† Lugdun.

¶ *Nō potest prelatus res vnius ecclesię alteri dare, nec inuicem illas res cōmutare sine ambarum consensu.*

CAP. I.

NOn † licet episcopo vel abbati, terrā vnius ecclesiæ verte

NOn licet.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod episcopus vel abbas, qui præest pluribus ecclesijs, nō debet terras vnius ecclesiæ vertere ad aliam: & si fuerint mutandæ ex causa iusta, cum uoluntate ambarum partium fiat. Nota quod [a] Albas vel episcopus nō potest rem unius ecclesiæ applicare alij, quamuis ambæ sint suæ, sine iusta causa. Item si episcopus vel abbas uoluerit res unius ecclesiæ permutare cum rebus alterius ecclesiæ, permutatio debet fieri de consensu ambarum partium,

† Burchardus li.3. decre.c.24.Iuo par.3 ca.29. & c.1.eo. ti. in 1. compi. & uide Calderinū cons.4. hoc ti.

a Ad

a Ad aliam.]passim & sine causa:ex causa tñ posset. argu.12.q.2.bonæ rei.ĩ.de eccle.ædi.ad audiẽtiã. & 16. q.1.præcipimus.§.sicut duo.& ĩ.de exces.prælat. sicut vnire.Quidam tamen hoc concedunt, vt Ala. Dic de hoc vt ĩ.de reli.do.constitutus.

b Commutare.] 10.q.2.hoc ius.§.sed & permutare.

re ad aliã,[a] quamuis ambæ in eius sint potestate: tamen si cõmutare[b] voluerit terras earum,cum cõsensu ambarum, (partium†)faciat.

Qui res]hoc cap. non diuiditur. Abbas.

CASVS. Olim quidam petebant à regibus res ecclesiæ, & obtinebãt aliq̃n: q2 istud iniquũ erat,statuit cõciliũ Lugdun. q̃ illa quæ sic tradũtur, irrita & vacua habeantur,& illi excludãt a cõione ecclesiæ,qui taliter accipiunt bona ipsius. Not.quod hic ñ excusat auctoritas maioris.Itẽ nõ ualet cõcessio laici facta de re ecclesiastica. quia pro nõ dato habetur: &c.Item p̃textu laicę donationis vel cõcessionis vsurpans sibi rem ecclesiæ, ex communicãdus est.

c Regibus]16.qu.1.in canonibus.

d Egentiũ.] 16.q.1.quoniam quicq.

e Irrita.]12.q.2.q cunque militum & c.de rebus argu. contra.C.de quadr.p̃scr.bene a Zenone. Sol. lex ista non obtinet secundũ canones. V.

f Excludant.] vt sic puniantur in quo deliquerũt.sic ĩ de tẽpo ord.litteras.& ĩ. de iure pat. pastoralis.& 17.q.4. frater. & cap.seq. ĩ. de immu.eccle.c. vlt. Ber.

† Vox, partium, deest, in antiquis.

†al.Idẽ.Burchardus lib.15.ca.36. & Iuo par. 16. c.37.habent d sumptum hoc ex concilio Lugdunẽ c.1.sed in to tis cõciliorum reperit in concilio Aruernensi c.4. & c.2.eo. ti.in 2.compi.

¶ Ex eodem.†

¶Principes sæculares res ecclesiæ donare non possunt & qui ab eis recipiunt excõmunicantur: & perdunt omnia quæ ab ecclesia alias legitime obtinebant. hoc dicit secundum vnum intellectũ, qui satis placet.

CAP. II.

Qvi res ecclesiæ petũt à regibus,[c] & horrendæ cupiditatis impulsu egentium[d] substantiam rapiunt,irrita[e] habeantur quæ obtinẽt: & a communione ecclesiæ(cuius facultatem auferre cupiunt) excludantur.[f]

¶ Ex concilio Toletañ.†

¶Rector ecclesiæ,qui dat ecclesiæ rem duplæ æstimationis seruos ecclesiæ manumittere potest:ipse tamen manumissus, & eius posteri erunt sub patrocinio ecclesiæ. ita communiter summatur, tamen non placet Panor. id q̃ dicitur de æstimatione.

†Conci. Toleta.4.c.68. Burchardus lib.3.decr.c.177.Iuo pa.3.c.238.& c.3.eo. tit in 1.compil.

Consensus] Primò ponit dictũ. Secũdo adducit vnã limitationem: ibi, Ita. Abbas Sic.

CASVS.Statuit concilium Toletañ.q̃ sacerdotes, qui bona sua relinquunt ecclesijs,aut aliqua p̃dia ecclesiæ suæ acquirunt;possint aliquos de seruis ecclesiæ tradere libertati secundum quantitatem bonorum, quæ contulerunt ecclesiæ,sm quod canones dicunt ita tamen vt cum peculio & posteritate sua maneant in seruitio ecclesiæ vtilitatem ecclesiæ secundum q̃ potuerint, prosequentes. No.hic duos casus, in quibus sacerdos potest manumittere seruum ecclesiæ,scilicet,cum bona sua relinquit ecclesiæ,aut aliqua prædia ecclesiæ acquirit, q̃ duplum valeãt q̃ seruus. Item posteritas manumissi, licet sit ingenua,debet esse obnoxia ecclesię,& præstare operas impositas,tempore manumissionis.

[Glo.seq.recitetur per obiectionem.]

g De familia.] non benemeritos: nam benemeritos posset manumittere,licet ecclesiæ nihil contulisset.12 q.2.si quos de seruis.Ala. & hoc de consensu episcopi. 12.q.2.placuit.

h Modum.]id est,quantitatem,vel æstimationẽ in duplum,ut res quam dedit,valeat duplum quam mancipiũ,vt canones dicunt.12.q.2.episcopus,qui mancipiũ, de quibus hic fit mẽtio Tanc.

[Glos.seq. recitet per obiec.& duplicẽ solutionẽ, & subdit tertiam, quam non approbat.]

CAP. III.

Consensus totius cõcilij diffiniuit,vt sacerdotes, qui aut aliquid ecclesiæ suæ relinquunt, aut nihil habẽtes,aliqua prædia vel familias ecclesijs suis acq̃rũt, liceat illis aliquos de familia[g] eiusdem ecclesiæ manumittere,iuxta rei collatę modum,[h] quem antiqui canones decreuerũt: Ita vt cum peculio & posteritate sua sub patrocinio[i] ecclesiæ maneant,vtilitates[k] iniunctas sibi, iuxta quod poterunt,prosequentes.

i Posteritate.] cũ parẽtibus manumissa: quia post manumissionẽ proles a libero suscepta,nulli patrocinio est obnoxia.C.de ope.li.l.antepen.Vel est speciale in prole liberti ecclesiæ,vt semp̃ sit ecclẽ obnoxia,vt hic, & 12.q.2.liberti 1. & c. longinquitate. idẽ est in alijs,vt q.dã legistæ dicunt, dum viuit patronus & pater libertinę cõditionis.C.de lib.& eorũ lib.l.vlt. sed illam legem quidam intelligunt de filiis manumissis cũ patre: vñ videtur melius quod speciale sit hoc in ecclesia.

K Vtilitates.] id est operas tpe manumissionis impositas ipsi liberto a dño. ff.de ope. liber.l.3. & 4 & 5.quę tñ imponi non debent venientj ad clericatum 54.dist. quicunque.

¶Vbi & hoc & plenius ĩ c. de liberis. ea.q.Ioann. And.

¶ Ex eodem.†

¶Si prælatus nil de suo dans ecclesiæ,seruum ecclesię manumittit,non tenet manumissio.

†Ex eodem scilicet concilio Toletano 4.ca.66. Burchardus lib.3.decre. cap.189.Iuo par.3.c.249. & c.5.eo.ti. in 1.compi.

CAP. IV.

Episcopi,[l] qui nihil ex pprio ecclesiæ Christi conferũt[m] libertos ex famulis ecclesiæ ad condemnationem suã facere non præsumãt. Impiũ est enim,vt qui res suas ecclesiæ nõ attulerit,dãnum inferat.[n] Tales igitur libertos,† successor[o] episcopus absque aliqua oppositione,ad ius ecclesiæ reuocabit.

† libertos, duo vetusti codices.

Episcopi] Primò ponitur prohibitio.Secundo rõ.Tertiò reuocatio. Secũda ibi,Impium.Tertia.ibi.Tales.Abb.

CASVS.In capitulo isto dr̃ cõtrium eius quod dicitur in p̃cedenti videlicet q̃ episcopi, q. nihil de suo conferunt ecclesiæ,libertatem seruis ecclesiæ dare non possunt, q2 iniquum est,vt qui res suas ecclesiæ non contulit,damnum inferat eccl.siæ:& success. illius, qui hoc fecerit,illos ad ius ecclesiæ reuocabit. No.q̃ prælatus q. nihil de suo dedit ecclesiæ vel acq̃siuit, seruis ecclesiæ libertatem dare non potest. Item successor reuocare potest,& debet quod antecessor malè alienauit.

l Episcopi.]hoc cap. est pars illius.12.q.2.& si illi.

m Conferunt.]ergo a contrario sensu,si de suis cõferunt,aliquos manumittere possunt.c.prox. 12.q.3.episcopus qui.Tanc.

[Gl.seq.signat contrarium,& dupliciter soluit.]

n Inferat.]argum.contra.12.q.2.si quos.Sol.ibi de consensu capituli hic nõ 2.Vel ibi de benemerito: hic de male merito.

2 Vel ibi manumisit retento iure p̃onat,hic non Io. An.

o Successor.]infra de precar.c.2.35.q.9.quod quis.

NVlli.] Primò ponitur alienationis prohibitio. Secundo quid sit alienatio. Tertio pęnæ impositio. Secunda ibi, Alienationis. Tertia: ibi, Vnde. Abbas.

c Cathedraticum.] si ita generaliter dat eps ecclesiā: tunc etiā dedisse intelligitur ius instituendi. 12. q. 2. visis sed quantumcunq; generaliter eximat ecclesiā à se, semper intelligitur sibi correctionem retinuisse, vt in c. visis & procurationem, & visitationem. j. de censibus. cum venerabilis. & cathedraticum, vt hic. nec obstat, j. de relig. domi. constitutus vbi dicitur, q episcopus in totum possit eximere ecclesiā: quia illa donatio fuit confirmata ex certa scientia per dñm Papam; sicut vides q quantumcunq; generaliter patronus remittit ius patronatus, iura quædam tñ retinet in liberto. C. de bonis liber. l. vlt. & mirum videtur, q eps plus intelligitur dedisse quando minus habet. [2] sed hoc ideo est quia donationem interpretari debemus, vt potius valeat q̄ vt pereat. j. de priuileg. in his. & j. de verb. signi. abbate. & ff. de reb. dub. quoties. & s. de fide instrum. inter dilectos. Io.

2 Sim. de priuile. si Papa. lib. 6. Sæpe expetimur: hoc q scholares & cliētuli min9 habētes meli9 puidēt plus habentibus. Ioann. And.

d Capituli.] aliter non valeret. s. de his quæ fiunt à prælat. cū nos. & ca. tua. & c. pastoralis. Bern.

INter.] Potest legi hoc cap. intelligēdo. q istud erat hospitale priuatū. Et quatuor sūt partes. In prima actorū petitio. In secūda: ibi. Procurator eorū respōsio. In tertia: ibi, Attēdētes. causę diffinitio. In quarta: ibi, Ita q protestatio, & ipsius respōsio. Abb. Siculus.

CASVS. Inter hospitalarios sancti Sepulchri, & fratres hospitalis sācti Allucij vertebat quęstio super hoc hospitali, cū hospitalarij sup possessorio semel & iterum quæstionem intentassent, ipsi cōtrā sniam reportarūt: tādem ad petitoriū recurrūt, & proponētes in psentia papæ, q G. rector & fratres & patroni hospitalis sancti Allucij, habito cōi tractatu deliberauerūt ipsū hospitale supponere hospitalarijs supradictis cōmittētes in hoc trib9 pcuratorib. vices suas, vt qđ super hoc per eos fieret, approbarent; illi pcuratores cum hospitalarijs taliter statuerūt, vt aliqui mitterentur ad ipsum hospitale. qui eorum nomine reciperent assignationem ipsius: duo missi ad ipsum hospitale fuerunt, qui receperunt donationem & assignationem hospitalis à magistro & procuratoribus, & alijs fratribus hospitalis. Ex aduerso respondebatur, quod prædicta donatio non valebat: quia donatio illa facta fuerat à prædicto rectore: & fratribus paucioribus periuris & excommunicatis, multis ex alijs fratribus inconsultis, & in fraudem plebani de Piscia, qui super ipso hospitali contra eos mouerat quæstionem: dominus Papa his & alijs intellectis, considerans quod fratres, & patroni sancti Allucij pro se, imò potius contra se suam turpitudinem allegabant, excōmunicationem scilicet periurium, & fraudem ab ipsis commissam, & intelligens donationem, ab ipsis factā, puram & simplicem extitisse. quia deceptis, & non decipientibus iura subueniunt, & per ea quæ proposita sunt, contra proprium factum defendere se non possunt: adiudicauit hospitale prædictum cum omnibus pertinentijs suis hospitalarijs sancti Sepulchri; ita tamen quòd per hanc sententiam nullum præiudicium generetur diœcesano episcopo & plebano de Piscia: cum res inter alios acta, alijs obesse non debeat. Nota, quod licet quis succūbat in possessorio, nihilominus potest intentare petitorium. Item allegans turpitudinem suam non est audiendus. Item deceptis & non decipientibus iura subueniunt. Item res inter alios acta, alijs non præiudicat.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. cōp. Hoc faciunt q̄ tradit Bar. in l. fin. ff. de actio. empt. & Oldra. cōsilio 264. an vna ciuitas possit alteri subijci.

a Dissimilibus.] quod licitè fieri potest, vt nunc agatur de adipiscenda possessione, quam nunq̃ habuerunt, & postea de recuperanda. sic ff. de acq. possess. naturaliter. §. nihil. & eadem res diuersis causis peti potest. s. de iudiciis. examinata, & s. de causa possessionis. c. vlt. & C. đ petitione hæreditatis. hæreditas. 1 ff. de exceptio. rei iudicatæ. cũ quærit. & l. an eadẽ. Ioã.

b Ad petitorium.] s. de causa possessionis, pastoralis. & s. đ testib. significauerũt. sed ibi conuerso modo.

c Eorũ nomine.] talia enim possũt fieri per procuratorem s. de præb. accedens. & s. de præscrip. si diligenti. Ioan.

d Quæstionem.] & ita rẽ religiosam trãstulerunt in aliũ; vnde non valuit trãslatio. C. de litig. l. 2. 2 & C. cõi diuidũ. l. 1. in fi. & s. vt lit. pẽd. ecclesia, & 12. q. 1. §. res litigiosa. vnde re seruatur ius suũ plebano de Piscia super hac quæstione. in fi.

[Gl. seq. ponit bro car. ad primã partẽ negatiuã, alleg. 7. iura, ad contrariã quin que. & soluit. Ioan.]

e Turpitudinẽ allegabant.] arg. ꝙ allegãs turpitudinem suã non est audiendus. 3 C. đ seruo. pig. da. ma. si creditorib. C. đ reuo. don. cum profitearis. C. de trãsac. transactione fini ta. ff. đ lega. 1. l. si ser uus plurium. §. 1. 15. q. 3. nemini. & s. de concess. præben. cum sup quæstione. & s. de testi. sicut. Argu. s. C. de lib. cau. l. 1. & l. interrogatã. Et 35. q. 3. extraordinaria. & s. de re iudi. lator. & c. consanguinei. 4 Solu. generale est illud, ꝙ allegãs turpitudinẽ suã non audi tur. ff. đ ꝯdi. ob turp. cau. l. 2. & 14. q. 5. nõ sane. 5 Argu. nisi vbi vertit periculũ animæ, vt i c lator. & c. consaguinei. vel nisi propter fauorẽ ecclesię. 35. q. 9. qđ qs commisit. vel fauore libertatis, vt in l. interrogatam.

f Deceptoribus.] s. de rerum perm. cum vniuersorum & C. si minor se ma. dixe. l. 2. ff. ad Velleianum. l. 2. §. 1.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

1 Hæreditatẽ ex vna cã petitã, ex alia petere possum. Io. And.

† contractu

2 Actiones vel res lite pendẽ. in cõsanguineos, vel extraneos donatione, emptione, vel alio titulo transferẽdæ nõ sunt. Io. And.

† reciperent

3 Vide Alex. in l. iusiurandũ. §. procurator. & ibidẽ Iasonẽ. ff. de iureiurand.

4 Et s. de ꝓ scrip. tertio. vbi etiã de hoc. Io. An.

5 Vide de hac materia Bar. ĩ l. si cõfessus. ff. de custo. reo.

iterum, ex causis tamen dissimilib.[a] intentarũt, contrariam sententiã reportassent: deniq; ad petitoriũ [b] recurrẽtes, proponere curauerũt, quod cum G. quõdam rector, & fratres, ac patroni eiusdẽ hospitalis, habito cõi tractatu † deliberassent, hospitale ipsum hospitalarijs supponere supradictis: commiserunt in hoc tribus procuratoribus vices suas; cõiter statuentes, vt quod per ipsos fieret, acceptarẽt: qui cum eisdem taliter statuerunt, vt ad ipsum hospitale aliqui mitterentur, qui eorum [c] nomine, acciperent † assignationem ipsius. cum autem duos illuc de suis fratribus transmisissent, ipsi donationem, & assignationem hospitalis, tã a magistro, quàm a supradictis procuratoribus, et alijs eiusdẽ domus fratribus receperunt: & infra. ¶ Procurator autem partis alterius ex aduerso respondit, quòd prædicta donatio debebat nõ immeritò retractari: quoniam multis ex fratribus inconsultis, a prædicto rectore, ac paucioribus fratribus excommunicatis & periuris, de re litigiosa in fraudẽ plebani de Piscia, qui super eodem hospitali mouerat quæstionem, [d] fuerat celebrata: & infra ¶ Attendentes igitur, qđ fratres, & patroni sancti Allucij pro se, immo potius contra se turpitudinem [e] allegabant, videlicet, periurium, excommunicationem, & fraudem, non vtique contra ipsos, sed ab ipsis commissam: & intelligentes donationem ab eis hospitalarijs factam, puram ac simplicẽ extitisse: quia non deceptoribus, [f] sed deceptis iura subueniunt: vnde per ea, quæ superius proposita sunt, se contra factũ proprium legitimè defendere nõ valebant: hospitalarijs sancti Sepulchri adiudicare [g] curauimus: Ita quod per hanc sententiam diœcesano episcopo, & plebano de Piscia, nullum præiudicium [h] generetur; cum res inter [i] alios acta, non debeat alijs præiudiciũ generare. †

¶ Idem episcopo S. Andreę.

¶ *Donatio quinquagesimę vel centesimę quã facit episcopus cũ graui ecclesia sua detrimento, potest legitimè reuocari: nec etiã potest vltra quinquagesimã vel centesimam conferre, etiam cessante lęsione ecclesię sine auctoritate superioris.*

CAP. IX.

Apostolicę † sedis oraculo: & inf. ¶ Inquisitioni tuę taliter re-

g Adiudicare.] sed qualiter poterant isti se supponere, cũ talia ad epm spectẽt. s. de exces. ꝓl. sicut vnire & arg. s. de cõsue. cum dilectus. nec enim aliquis põt eximere se à iurisdictione sui prælati. s. de foro compet. si diligẽti. & c. significasti. Rñdeo, licet isti nõ potuerint se subijcere, tñ per talẽ subiectionẽ sibi poterat fieri ꝑiudiciũ, sic s. đ renũ. qđ ĩ dubijs. & 7. q. 1. si qs ꝑsbyter sub cõditione, tñ põt se subijcere, vt s. de rest. spo. olim. Itẽ ꝑsonas suas possent subijcere. s. qđ metus causa. cum dilectus. so.

h Præiudiciũ.] & sic s. đ capellis monachorũ. c. 2. & s. de re iudicata. suborta.

i Inter alios.] de fide iustru. inter dilectos. & s. de re iud. c. penul. vbi ponit hæc regula, & ibi de hoc.

Apostolicæ.] Primo ponitur consultatio. Secundo rñsio: ibi, Inquisitioni. Et ibi primo repetit ius antiquum. Secundo illud declarãs soluit propositam quæstionẽ: ibi, Hoc. Abbas.

CASVS. Epi sue cessiuẽ locis religiosis de redditib⁹ ecclesiarũ suarũ conferũt vltra qnquagesimã portionẽ, qnq; vsq; ad tertiam vel quartam partem: quærebatur vtrũ successores possent reuocare quod vltra quinquagesimam datum ẽ? Ad hoc rñdet Papa, licet sit diffinitum ĩ canone, vt si aliquis epõrum in parochia sua voluerit cõstruere monasterium, & ipsũ dotare de reb⁹ ecclesiæ suę, non amplius cõferat q̃ quinquagesimam portionẽ cẽsus ipsius ecclesiæ. si vero ecclesiã secularẽ vellet facere monasteriũ, vel eã ampliare ꝓ suis sepulturis, nõ amplius ei cõferat q̃ cẽtesimã partẽ cẽsus ecclesię, cui ꝑest; hac æq̃tate seruata, vt cui tribuit, ꝯpetẽs subsidiũ cõferat: & cui tollit, dãna grauia non infligat; ita tñ ꝙ vnã de ꝑdictis remunerationibus, quã voluerit, tm̃ assumat: & hoc seruandum est, ꝙ vnus eps, vel alius non debet vltra quinquagesimam, vel centesimam portionem conferre; sed nec tam-

† Vide l. trãsactionẽ. C. de pact. & l. si petitor. ff. đ iud. & l. si vn⁹. §. pacta. ff. de pact.

† Cap. 6. edi tit in 3. cõpi.

nec tm, vel etiam minus cū graui detrimento ecclesiæ suæ, siue simul & semel id facere velit, siue pluries successiuè eidem ecclesiæ uel diuersis: vndè quicquid cum graui detrimento, siue de possessionib. siue de prouentibus ad ecclesiā cathedralē, uel mensam epi pertinentibus constiterit esse collatū, poterit legitimè reuocari, nisi pscriptione, vel alia legitima exceptione hmôi actio excludatur. Tādē rñdet quasi tacitæ qōni: diceret aliquis: non videtur quod collatio quinquagesimæ, uel cētesimæ partis possit graue damnū inferre: & ipse rñdet, siue semel tm id fiat, siue pluries, ex varijs circūstantijs potest deprehēdi esse ualdè damnosum, & hoc potius potest cognosci ipso facto q̄ p aliquod statutum: & ita nec quinquagesima, nec cētesima debet cū graui damno concedi, semel aut sæpe. Si verò intantū abundet eps, vt sine dāno ecclesiæ suæ amplius q̄. quinquagesimā, vel centesimam possit cōferre necessitati alterius ecclesię licet per se nō debeant excedere summam à canone cōstitutā, tñ de superioris auctoritate pôt etiām in maiori summa necessitati alterius ecclesiæ subuenire. Not. q̄ æquitas est seruanda non solum in iudicijs, sed etiam in donationibus. Item donationē potest eps facere non tm de rebus episcopatus, sed etiam canonicorum. Item: non solum de prouentibus, sed etiam de possessionibus. Item successor potest reuocare donationem factam a prædecessore, si vergat in damnum ecclesiæ. Item in donationibus valet præscriptio. Item hic probatur, quod episcopus potest conferre quinquagesimam, vel centesimam portionem. Item licet aliquid præsumatur prima facie non esse dannosum: tñ probatio admittitur in contrariū. Itē quædā melius sciūtur ipso facto, quā iuris expressione: Itē sūmam taxatam à canone potest prælatus in donatione excedere. non tñ propria auctoritate sed superioris.

† Hunc canonē habes in concilio Toletano nono, cap. 5. refert Gratianus 12. q. 2. cap. 73. incip. bonæ rei. eius canonis uerba hic inserit Innocentius vsque ad uersi. Hoc semper.

† vt per hoc temperamē ta, &c.

spōdemus,[a] quod licet sit in canone[b] † diffinitum, vt si quis episcoporū in parochia sua monasteriū cōstruere voluerit, & de rebus ecclesiæ cui præsidet ipsum dotare, non amplius ibidem, quam quinquagesimam, ecclesiæ[c] uerò quam monasticis regulis informare, vel pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partē census ecclesiæ, cui præest, debeat elargiri:[d] Quia tamē in eodem canone cōsequēter adiungitur, vt † hæc tēperamēti æquitas obseruetur, quod cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, dāna grauia non infligat: ea quidem cautela seruata, vt vnam tātummodo, quæ placuerit ex his duab. remunerationem assumat. Hoc semper est obseruādum, quod vnus episcopus uel alius non solum non debet amplius, sed nec tantum nec minus cū graui ecclesiæ suæ detrimento conferre: siue simul & semel id facere velit, siue pluries successiuè, eisdem † vel diuersis ecclesijs cōferēdo. undè cum graue detrimētum siue de possessionibus, siue de prouentibus ad episcopalē mēsam, vel cathedralem ecclesiam pertinentibus, in quātalibet portione cōstiterit esse collatum, poterit legitimè reuocari:[e] nisi præscriptione,[f] vel alia exceptione[g] legitima, actio huiusmodi excludat̃. Nā etsi[h] prima facie psumat̃, q̄ collatio quinquagesimę vel cētesimæ partis, graue non īferat detrimētum: quia tamen non solum si sępe

li. sufficit enim à iure semel concessū fuisse. ff. de condi. institu. quæ sub conditione, §. vlti. & s. de his quæ fiunt a præla. sine consensu capituli, pastoralis. vbi de hoc, quæ uidentur determinare hanc dubitationem. & s. e. c. vbi dicit: p se nō debet excedere, &c. ergo per se illā pôt ɔcedere:[1] quia quod de vno negatur, de alio conceditur. 25. dist. qualis, & s. de præsumpt. nonne. & s. de his quæ fi. à præla. sine consi. capituli, cum Apostoli ca. in fin.[2] Et in alio nationib. semper dr̃ q̄ consensus capituli requiratur. s. eod. pastoralis. 12. q. 2. sine exceptione. & sup. de his quę fi. a pla. sine cōsensu capituli, cū nos. Quidā dicūt ut Lau. & T. & Io. super illo c. bonę rei. q̄ hāc donatiōē facere dēt de ɔsēsu capituli, argumēto illi⁹ cap. 12. q. 2. si eps. Hug. dicit q̄ hoc pôt fieri de cōsēsu clericorū, & tūc post mortē epi nō reuocatur: uel sine consensu clericorum, & tūc reuocat̃ post mortem epi per successorem. Et ista quinquagesima, uel cētesime intelligenda est quo ad fructus tm; & hoc patet ex uerbo illo, quinquagesimā, uel cētesimā ptē census, ita itelligit Hug. sup c. bonæ. & de fructib⁹ formata fuit qō. Sed ɔdicere vr̃ inferior lr̃a, vbi dicit: siue de possessionibus, &c. Io. intelligit[3] q̄ etiā de possessionib. ppetuò possit donare cētesimā, vr̃ quinquagesimā. & hoc satis pt cōcedi. Et est argumētū vbi dicit, nisi legitima pscriptione, &c. ita tamē hoc facere pôt, siue de redditibus, siue de possessionibus, q̄ ecclesia nō lædatur. B.

1 Imò nec p se suā facere potest sine capitulo, cū non sit ibi totus, cum mēbra deficiant. de his q̄ fiūt à pla. nouit. & ca. quāto. secundum Hostie. Ioan. And.

2 Concord. text. in l. si maritus. i si. cum vulg. ff. de procu.

† eidem.

3 Secundum Goff. & Innocentiū. & hoc teneas. nam expedientius est ecclesiæ dare ex nunc quinquagesimam possessionū, q̄ singulis annis dare quinquagesimā redditū. Dicit tñ Aegi. quod putat hoc esse de mente iuris, quod ecclesia cathedralis teneat directum dñiū vnde hoc fu mit, non uideo. Io. And.

[Glo. seq. inchoat casum.]

a Respōdemus.] quæstio fuit de hoc: qñq; epi successiue locis religiosis de redditibus ecclesiarum suarū conferunt vltra quinquagesimam portionē qñque vsque ad tertiam, vel quartam partē. quę rebatur vtrum successor possit reuocare quod vltra quinquagesimam datum est? Ad hoc respondet Papa prout sequitur.

b In canone.] 12. q. 2. bonæ rei.

c Ecclesię.] sęculari iam constitutę.

[Gl. seq. recit. per q. an sine consensu capituli, &c. tenet q̄ sic ponit opinio: contrariam, & opinio. Hug. mediam. Secūda pars recitetur per quæstionem, an de fructibus, vel etiam de possessionibus, ponit duas opiniones, & secundam approbat.]

d Elargiri.] hoc potest facere sine consensu capitu-

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

e Reuocari.] hic rñdet quæstioni, q̄ reuocabitur tantum ultima, si plures fuerint factæ alienationes. ff. de iure patro. si libertus. §. 1. si vna tātū fuit & enormis, de ipsa detrahetur quod plus est 12. q. 2. si quos de seruis.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

f Præscriptione.] sed videtur q̄ hoc stare non possit, quia dicit lex. Qui ɔ leges mercat̃, malę fidei possessor dicitur: & ideò non præscribit. G. de agri. & censi. quemadmodum. lib. 11. & nulla temporis longitudo. iuuat malę fidei possessorem. s. de præscriptio. vigilanti. & cap. si diligenti. & capit. quoniam omne. & iuris ignorantia non prodest in vsucapione. ff. de iur. & fact. igno. iuris ignorantia. ff. de vsuca. nunquam. Respōdeo, hæc est ignorantia facti, & non iuris. facti. n. quæstio est, utrū, lædatur ecclesia grauiter, & ideò ecclesia quæ recipit, cum habeat titulum & bonā fidē, præscribere potest, secundum quod dicit T. quia hæc donatio permissa est per canonem illum bonæ rei. sed in alijs exceptionibus loquuntur prædicta iura. Bern.

g Exceptione.] puta, rei iudicatæ. s. de re iudi. cum inter vos. & ff. de excep. l. 2.

h Nam etsi.] responsio tacitæ quæstionis.

a Ex ostensione.] ut si ostendatur ecclesia ære alieno grauata, uel graues imminere expensas in proximo, vel quia defecit ecclesia in expensis consuetis propter talem donationem, quam si non fecisset, leuiter subiret expensas sine grauamine.

b Quam expressione.] quædam enim sunt, quæ melius possunt intellectu percipi quam elocutione exprimi. ff. de sol. ratum. & ff. rem ratam haberi. quo enim tutore. §. Iulianus.

c Non debeat.] ex eo quod dicit, per se, non debet excedere summam à canone præfixā, ergo per se illam facere potest. vt dixi.

d Canone.] prædicto, bonæ rei.

Propter.] primo ponit dictū, quod exemplificando specificat ibi, Si forte. Secundo moderatur: ibi, Quod tamen. Abbas.

CASUS. Aliquis (pone Titius) aliquā liberalitatē siue donationem contulit in aliquem: quæritur, vtrum talis liberalites seu donatio aliquo casu posset reuocari? Rndet, quod de iuris rigore donatio in casib. pōt reuocari, si fortè donatarius impias manus in suū donatorem iniecit, vel si atroces iniurias sibi intulit, seu graue damnum rerum suarum, vel periculum vitæ datori suo inferre præsumpsit: sed si donator in uita sua de his nihil dixit: successores illius hanc liberalitatem, seu donationem reuocare non poterunt. Not. hic quattuor casus in quibus propter ingratitudinem donatio reuocatur, s. si donatarius impias manus in suū donatorem iniecit: uel si atroces iniurias sibi intulit, seu graue damnum rerum suarum, uel periculū vitæ sibi inferre præsumpsit. Item nota, quod si donator de his in vita sua tacuerit, successores liberalitatem seu donationem reuocare non possunt.

† Vox, pontificis, deest in vetustioribus codicibus.

sed etiam si semel id fiat, ex varijs circumstantijs deprehendi potest interdum valdè damnosum: quod quidem magis potest ex ostensione [a] facti, quam expressione [b] alicuius statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel, aut successiue debet cum graui ecclesiæ damno cōferri. Si verò in tantum, abundet episcopus, vt sine dāno ecclesiæ suæ, possit amplius etiā quā per quinquagesimam, vel centesimam partem necessitati alterius ecclesiæ subueniri, quamuis per se nō debeat [c] summam excedere à canone [d] præfiniā, per quam incautè largiri volentib. est occursum: de superioris tamē auctoritate (pontificis †) potest etiam in maiori summa inopiæ alterius prouideri.

Gregorius nonus.

Donatio potest per donatorem non per hæredem eius, qui tacuit ob ingratitudinē donatarij reuocari in casibus hic expressis.

CAP. X.

Propter [e] † eius ingratitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore iuris, eam potuit reuocare. [f] Si fortè in ipsum impias manus iniecerit: † aut [1] hi atroces [g] iniurias: seu graue rerum suarum damnum: vel vitæ periculum inferre præsumpserit: Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores: [h]

patrono. C. de reuoc. dona. si vnquam. si. 17. q. vlt. c. vlt. Sed illud iure poli, non iure fori, aliàs autem totā non reuocat. C. de in officio. don. si totas. Si autem in extraneū collata sit donatio, reuocatur ex ingratitudine: cuius quattuor causæ hic notantur. Puta si donatarius impias manus in donatorem iniecerit, ipsum vulnerando: uel atrocem iniuriam ei intulerit, vt ipsum vulnerādo, vel fustibus cædendo: Si graue damnum rerum suarum vel periculū vitæ inferre præsumpserit. Itē ad quintam quæ hic non ponitur: Si conditionē appositam non adimplenit. argu. ī. eo. cū dilecti. & hoc totum habes. C. de reuoc. do. l. vlti. & ī. de cond. ap. verum. si vero mater donationē filio faciat, & postea transit ad secundas nuptias. ex tribus tantum causis eam donationem poterit reuocare: puta, si vitæ eius insidiatus est: Si atroces manus intulerit in eam: Si totius substantiæ ipsius molitus est iacturā. C. de reuo. don. Authe. hac quoque: in Authen. de nup. coll. 4. §. mater. aliter nō fit reuocatio. Instit. de don. §. aliæ.

† De materia huius decretalis vide late per R. pā in repetitio. l. fin. C. de reuocan. donat. Aretinum, & alios, in §. aliæ autem. Instit. de donat.

† ingerit.

ADDITIO. Istas quinque causas reuocandæ donationis habes in his versibus.

Quinque modis perdo, mihi quæ donata fuere.
Infero si damnum grauiter donantis in ære.
Huic per me si sit atrox iniuria facta.
Si sit persona manuali vulnere tacta;
Quando suę vitę crudeliter insidiabor.
Ingratus domino, re donata spoliabor.
Ingratum factum dicme cum fregero pactum.

[Glo. seq. dicit unde sumpta fuit, & dat regulam. secundo distinguit.]

e Propter.] hæc decr. sumpta fuit ex lege C. de reuo. dona. l. ulti. Nota ergo, quod donatio semel perfecta non reuocatur etiam prætextu imperialis rescrip. C. de reuoc. dona. si donationem. & 22. q. 2. non enim. nec ex sola pœnitentia reuocatur. C. e. possessionem. nec recipit conditionem postea perfecta donatio. C. de dona. quæ sub mo. perfecta [1] in casibus tamen reuocatur propter ingratitudinem: Vnde distingue, aut donat quis liberto, aut extraneo. si liberto, reuocatur donatio, sola ratione obsequij non præstiti. & est mirabile: quia reuocatur res empta ex pecunia donata. C. de reuo do. l. 1. sed lib. ..tas non reuocatur solo obsequio non præstito C. de lib. cap. solo. sed propter easdem causas quibus donatio reuocatur, libertus ecclesiæ in seruitutem reuocatur. 12. q. 2. octaua discussio & in Auth. ut liberti de cætero aureo annulo non egeant, §. illud. coll. 6. Reuocatur etiam donatio tota propter liberos susceptos à

1 Siue sit perfecta stipulatione uel pacto: siue sit impleta per traditionē, ut notatur. & quo tribus modis diuerso respectu perficitur ... not. C. de peric. & com. mo. rei. vē. l. 1. in 1. gl. Ioan. And.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

f Reuocare.] reuocatur ergo donatio vtili rei uendicatione, uel condictione ex lege. C. de reuo. dona. his solis & C. de contrahen. emp. cum res. ff. de don. causa mortis l. si mortis causa. Ber.

g Atroces.] quæ considerantur ex tribus causis. scilicet ex facto, loco, & persona. Insti. de iniu. §. atrox. ut si quis vulneratus fuerit, uel fustibus cæsus. [2]

2 Adde quæ dicat atrox iniuria: per l. prætor. §. posse. ff. de iniur.

[Glossa sequens in fin. arg. ad quæstionem inducens duas leges.]


h Successores.] hoc ius reuocandi personale est, quia non competit primordium huius causæ hæredibus donatoris, vel contra hæredes, uel successores donatarij, qui hoc in uita sua tacuit, ut hic dicit. & C. de reuo. do. l. vlt. ad fin. & l. 1. in fi. quia per taciturnitatem remissum uidetur. Et sic est arg. quod feudum non est auferendum filio propter feloniam patris, si patri quæstio mota non fuit [3] sic C. de inoffic. testa. omnimodo. argu. ff. ad Syllani. l. 1. §. ult. Bern.

3 Immo quandoque non auffertur etiam si patri quæstio mota fuit, vt dixi. ī. de feu. c. 2. sup gl. fi. Io. An.

DE PE-

DE PECVLIO CLERICORVM.
¶ Supra visum est de donationib. sed q̄a dubitari poterat nunquid clerici possent donationes facere de eorum peculio, meritò sub icit hanc rubricam Abbas Sicul.

De hac materia tractatur 12.q.1.& q.3.& q.4.per totū.& q.2.de laicis. & capitulo sequen.



Inuestigandū.] CASVS. Statuit concilium Arelaten. quòd si presbyter nihil habens promotus fuerit ad regimen alicui⁹ ecclesiæ, & postea emerit prædia, illius ecclesiæ dēant esse ad q̄ nihil habens promot⁹ est. Nota hic arg. oia q̄ p̄latus possidet. præsumi de bonis ecclesiæ acquisita fuisse.
a Inuestigandum.] a iudicibus, q. de hoc cognoscunt.
b Ad q̄.] sim. 12.q.3.placuit.& q. 4.quicunque.& qu.5.nulli.& c.fixum.
c Dēnt.] quia præsumuntur de bonis ecclesiæ empta. 12.q.3.c.1.& C. de donationib.inter virū & vxorem, etiam.& ff.eod. Quintus Mutius. Sed contra hanc præsumptionem admittur p̄batio.12.q.1. sint manifestę & q.4.c.1.& 2.

PResbyter.] CASVS. Dr̄ in hoc capitulo, quòd si presbyter, qui tenet parochiam aliqua emerit ad nomen ecclesię cō ficiat instrm̄ : & qui contra fecerit, ab eius ordinatione remoueatur. Nota quòd cum presbyter aliq̄d emit, debet facere instrumētum in quo contineatur illud esse ecclesię: quod verum est, cum emit de reb. ecclesiæ: secus est si de patrimonio suo emit.
d Presbyter.] hoc cap. habetur 12.q.4.c.vlt.
e Super emerit.] de reb.eccl siæ.q̄m si de suis & ecclesiæ reb. emisset, pro rata pretii res diuideretur inter ecclesiā & hēdes presbyteri, si de hoc constaret.12.q.4.c.1. Et ita pro ea parte faciat instr̄n. pro se: quia tutius est quòd non faciat instrumentum commune, sed separatim, T. aut non datur ei optio, sed comminatio est. Ber.


VT vnusquisq;.] Iste text⁹ potest intelligi de episcopo, & tunc verbū, consecratione, stat proprie, & verbum presbyter. debet exponi, idest, episcopus per ea quę dixi in c.præcedenti. Scdo potest intelligi in quolibet rectore ecclesiæ, & tunc verbum, presbyter, stat p̄prie: & verbū consecrationis, dēt exponi, i. ordinationis seu promotionis: quia proprie ep scopus cōsecratur, & presbyter ordinatur, vt in c.1.de sac.vnct. Abbas Siculus.

TITVLVS XXV.

De peculio clericorum.

¶ Ex concilio Arelatensi. †
¶ *Quæsitum à rectore ecclesię tempore promotionis nihil habente, presumitur de bonis ecclesiæ quęsitum.*

CAP. I.



Inuestigandum ᵃ est, si nihil patrimonij habēs p̄sbyter, qn̄ promotus † est ad ecclesiasticū ordinē, postea † emerit prædia, cuius iuris sint: qm̄ ecclesiæ, ad quam ᵇ nihil habens promotus est, esse debent ᶜ iuxta canonicam auctoritatem.

Ex eodem. †
¶ *De emptis per prælatum de bonis ecclesiæ, debet instrumentum confici nomine ecclesię. aliàs debet prælatus ab administratione remoueri.*

CAP. II.

PResbyter ᵈ cū diœcēsim tenet, de eis † q̄s superemerit ᵉ ad ipsius ecclesiæ nomen, scripturā faciat: aut ab eius ordinatione discedat.

¶ Ex epistola Pij Papæ. †
¶ *Quæsita per episcopum post consecrationem suam, ecclesiæ relinquenda sunt.*

CAP. III.

VT vnusquisq; ᶠ presbyter, res quas post dies consecrationis acquisierit, ᵍ propriæ ecclesiæ relinquat.

¶ Ex concilio Remen̄. †
¶ *Empta per prælatum ex emolumentis, ecclesiæ, efficiuntur ecclesię, licet prælatus emerit nomine alieno.*

CAP. IIII.

INquirendū ʰ est, si † qs presbyterorū redditib. ecclesiæ, vel oblationib. vel votis fideliū, alieno nomine res cōparauit ⁱ † qa sicut nec suo, ita nec alieno ᵏ noīe presbyter fraudē facere de facultatib. ecclesiasticis † debet: qm̄ hoc sacrilegiū ˡ † est, & par crimini Iudæ furis, q sacras oblationes asportabat ᵐ & furabat.

¶ Ex concilio Toletano. †
¶ *Meliorationes factæ per p̄latum in rebus ecclesię, sunt sua in vita, etiam si dimittat beneficium: sed de his testari non potest. h. d. secundum intellectum satis notabilem.*

CAP. V.

SI quis sane clericorū agella vel vineolas,

CASVS. Dr̄ in hoc capitulo, quòd quicquid presbyter acquisiuit a tpe p̄motionis suæ, post mortem eius remaneat ecclesię. Nota q̄ q̄cquid p̄latus acqrit post institutionem suā de rel. ecclesiæ vel eius occasione, eccl'æ est.
f Vt vnusquisque.] supple, statuimus.
Gl. seq. arg. allegat quatuor iura.]
g Acquisierit.] occasione ecclesiæ. ī. ti. p̄xi. quia nos, & c. requisisti. & est argu quod tenetur tibi restituere quod occasione rei tuæ ad me peruenit. arg. ī. de iureiur. ad nostrā. & ff. māda. ex mādato. & l. idemq; §. 1. & 2. & ff. de procur. q. proprio §. procurator. ver. vt in cæteris.

INquirendum est.] CASVS. Statuit cōciliū Remen̄. q̄ si aliquis presbyterorū de redditib. ecclesiæ, vel oblationib. ecclesiæ vel votis fidelium res aliquas cōparauerit, non noie ecclesiæ, sed alieno, ecclesia poterit res illas petere, si cōstiterit quòd de bonis ecclesię fuerit cōparatæ: & ipse qui hoc fecit, dēt puniri: quia sicut non suo nomine, ita nec alieno de suis facultatibus ecclesiæ fraudem facere debet hoc enim sacrilegiū est, & par crimini Iudæ, qui sacras oblationes furabantur. Nota quòd de reb. ecclesiæ non potest prælat⁹ aliquid alicui acquirere vel emere, nisi ecclesiæ. Item qui de rebus ecclesiæ fraudem facit sacrilegium committit, & furtum.
h Inquirendum.] sc̄. à prælatis ecclesię. Ber.
i Comparauit.] supple, si hoc fecerit, puniēdus est, & ecclesia poterit eas vēdicare, ³ licet suæ non sint, & est speciale in ecclesia. sic & miles. C. de rei vend. si vt proponis. sic & pupillus. C. arbitrium tute. l. 3. in alijs vero secus est de iure communi. C. de rei vendic. si ex ea C. de dona. inter vir. & vxor. & si de tua. C. communia vtriusque iudi. si patruus.
K Alieno nomine.] simile 46. dist. sicut non suo.
l Sacrilegiū.] largè sūpto vocabulo sacrilegii. 7.q.2. prædia. & egloria epi. & ī. de foro comp. conquestus.
m Asportabat.] sic. e.23.q.4. quid ergo. 17.q.4. si forte. B.

SI quis. Varij intellectus possunt colligi ex hoc ca. vt dicit Panor.
CASVS. Statuit concilium Toletanum, quòd si aliquis clericus pro sua sustentatione in terra ecclesiæ vineolas, aut agella fecerit, meliorando terram ecclesię possideat ea vsque ad mortem ı. & tunc ecclesiæ restituat; nec iure testamenti, aut iure successionis alicui relinquat.

† In cōciliis editis nondū inueni. est Burchardus lib. 3. decre. c. 118. & Iuo p. 3. c. 94. cōcilio Remē si tribuūt Et c. 1. eo. tit. in 1. comp. tribuitur cōcilio Lateranensi.
† prouectus
† si postea
1 Ob vitandā suspicionem turpis quæst⁹ dicitā viro vel his qui in ipsius potestate sunt p̄uenisse quod acquisiuit. vxor. Io. An.
† Desumptū ex cōcilio Agathē. & 54. vt recte ait Iuo p. 3. ca. 95. refertur à Burchardo li. 3. decre. c. 119. & in 1. comp. eo. ti. cap. 2. vbi ex aliis conciliis desumptum dicit, sed minus bene.
† de his
† Videt̄ sumptum ex cōcilio Carthaginensi. 3. ca. 49. refert Burchardus lib. 3. decret. ca. 121. Iuo par. 3. c. 96. Gratian⁹ 12. q. 3. c. 1. & c. 3. eo. ti. in 1. compilat.

2 Et maxime in subsidium. argu. ff. de eo per quem fac. e. l. fi. Ioā. An.
† In cōcilio impresso nōdum iuueni tamen tribuunt Burchardus lib. 3. decre. cap. 123. & Iuo pa. 3. c. 96. & hēntur in c. 6. eo. ti. in 1. compila.
† si aliquis presbyter
† comparauerit
† ecclesiæ
† sacrilegū
† Cōcilium Toletanū 2. c. 4. & c. 7. e. tit. in 1. compi. Et de materia textus & glossarū, plene p Couarruuiā in c. 1. & in ca. cum in officiis de testamen.
3 Vide hic Host. & Io. An. & doctores in l. minime. ff. de legibus ad. de Ioannem An. in c. 1. ī de voto. & ī. de offi. deleg. gati. c. 2.

i Inquantum forsan episcopus velit eam assignare alicui ad tempus pro seruitijs ecclesiæ præstitis. Nota q nec prælatus nec clericus bona ecclesiæ potest alicui post mortem suam relinquere. Item episcopus potest cōferre alicui terram ecclesiæ pro seruitio ecclesiæ præstito.

Q 16.quæst.1.c.commoue.t.& cap.seq.13.q.8 §.quamuis.
Vorundam.] Primò ponitur factum. Secundo decisio: ibi, Hortamur. Abbas Siculus.

in terra [a] ecclesiæ sibi fecisse probabitur, sustentandæ vitæ causa, vsque ad diem obitus [b] sui possideat: verum post suum decessum ecclesiæ restituat, nec testamentario, aut successorio iure cuiq̃ heredum prohæredumve [c] relinquat: nisi forsan cui episcopus pro seruitiis, ac præstatione [d] ecclesiæ largiri voluerit.

TITVLVS XXVI.

De testamentis † & vltimis voluntatibus.

¶ Gregorius nonus † Antonio subdiacono.

Episcopus de rebus patrimonialibus testari potest, de rebus verò ecclesiæ seu intuitu ecclesiæ quæsitis testari non valet.

CAP. I.



Vorundam ad nos relatione peruenit, q̃ I. Attellanæ ciuitatis episcopus, conditio testaméto, in octo vnciis [e] substantiæ suæ nurum hæredem instituit, ecclesiam suam in residuis quatuor. ¶ Hortamur [f] ergo, vt solicite hoc [g] discutias: & quicquid ipsum habuisse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris: [h] nisi † hoc solū quod eum ante [i] episcopatus ordinem propriū habuisse [k] constiterit. Quicquid verò ecclesiæ ante ipsius consecrationem fuisse cognoueris, vel in episcopatus ordine prædictum episcopū acquisiuisse, [l] † in eiusdē ecclesię dominio conseruetur.

¶ Idem.

¶ Abbatissa testari non potest, etiam si nunquam induisset habitum monachalem.

CAP. II.

QVia ingredientib. & infra ¶ Gabina † Abbatissa cōquesta † est, S. quondam abbatissam monasterii sui, postquā regendi suscepit officiū, tunc ratum habere quod fecit, pro ea parte pro qua est hæres. 12.q.2. episcopus qui filios. ff. de reg. iur. ex qua p sona. C. de rebus alienis non alienan. venditrici nisi fecerit ecclesia inuentarium tunc enim non tenetur nisi in quantum vires hæreditatis se extendunt C. de iure deliberandi. l. sancimus. §. sin autem locis.

a In terra.] quæ sterilis erat. prius enim æquum est illis relinqui, quorum labore ad fertilitatem redacta est, vt supra de rebus eccl. alie. vel non ad aures. & C. de alluuio. l. vlt. vel loquitur de terra prius culta & clerico pro beneficio assignata. 16.q.1. possessiones. & qu.3. clerici. Tancr.

b Obitus.] arg quòd beneficiati ab ecclesijs vsufructuariis cōparantur: nā & morte finitur vsusfructus. Inst. de vsu fru. §. finitur. Similiter morte clerici, vt hic & supra de pigno. c. vlt. sed nō per omnia comparantur clerici vsufructuario, quia de terra aratoria potest hic facere vineam, quod illi non licet. & ff. de vsufruc. quamuis. & l. vsufructuarius. Item vsufructuarius percipiendo fructus facit suos, & inde potest testari: quod non potest clericus. infra titu. proxi. quia nos. 12. qu. 5. quia Ioannes nisi cū quodam moderamine, quod habetur infra titul. prox. ad hoc & c. relatum. §. licet. immo potius clerici possunt comparari vsuarijs, quibus tātū ad vsum quotidianū vtilicet. Instit. de vsu & habita. §. 1. R.

c Prohæredumve.] prohæres est qui putat se hæredem esse, cum non sit. ff. de peti. hære. prohærede, & Inst. de interdict. §. adipiscendæ, vel potest appellari hic pro quolibet decedenti post primum hæredem siue pro quolibet decedente, cui relinquitur aliquid.

d Pro seruitiis ac præstatione.] idest, pro seruitiis præstitis ecclesiæ. infra tit. proxi. de latum. 2. §. licet r quia forte poterit possessionem illam assignare alicui clerico pro beneficio, vsque ad tempus vitæ suæ 16.q.1. possessiones, & q.3. clerici. Ber.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLUNTATIBUS.

¶ Supra visum est de dispositione inter viuos. restabat videre de vltimis voluntatibus. Vel sic, supra visum est de peculio clericorum, sed quia dubitari potest nūquid de omni peculio valeant clerici condere testamenta, ideo subiicit hanc rubricam. Abbas. Siculus.

De hac materia tractatur 12.q.5.& q.3.& 18.q.4. per totum. & 19.q.vl.c.quia, vsque ad fi. & 13.q.2.§. si aliud. & capit. sequenti. 12.q.2. de laicis. 4.q.3. ver. ob causam.

CASVS. Ioannes Attellanæ ciuitatis episcopus fecit testamentum, & nurū suam in octo vnciis substantiæ suæ sibi hæredem instituit, & ecclesiam suam in residuis quatuor. Mādat Papa Antonio subdiacono, vt hoc diligenter inquirat, & quicquid de bonis ecclesiæ ipsum constiterit habuisse ad ius ecclesiæ a quali bet persona debeat reuocare, nisi illud solum quod ante suā promotionem nosci tur habuisse: & quicquid acquisiuit post suam consecrationē, in dominio ecclesiæ conseruetur. Nota q prælatus de bonis ecclesiæ testari nō potest. Item quicquid acqrit prælatus post suam cōsecrationem remanere debet ecclesiæ.

e Octo vnciis.] idest, in duabus partibus hæreditatis, quæ dicitur as, & in 12. vncias diuiditur. Instit. de hæred. instit. §. hæreditas. T.

f Hortamur.] idest præcipimus.

g Ho..] idest, testamentum suum. Tan.

h Patiaris.] hoc non habebit locum in rebus ab episcopo alienatis: si ecclesia agnoscat hæreditatem illius, tenetur

i Ante.] simile 28. distinct. de Syracusanæ. 12.q.5. nulli. C. de epis. & cleri. Authen. licentiam. & Authen. prohibitum.

K Habuisse.] hoc ideo dicit: qa renunciauit propriis: vel quicquid postea habuit, totum fuit contemplatione ecclesiæ, & non personæ acquisitum. Alanus.

l Acquisiuisse.] intuitu ecclesiæ, vel de rebus eius: secus est de aliis. 12 quæst. 3. cap. 2. & q.5. fixum. & infra eo. quia nos. Ber.

QVia ingredientibus.] Primo ponit quæstionem. Secundo solutionem: ibi. Necessarium. Abbas.

CASVS. Quædam abbatissa cuiusdam monasterii S. nomine, fecit testamentum in quo plura quibusdam legauit:

† In hūc titulū eruditos scripsit Couarruuias cōmentarios.

† In vetustiori sib. ita: Gregori⁹ A. sub diacono al's Gregori⁹ iij &c. Contius in margine addit: ita immo primus lib.7. indict. 2. epist. 52. Et hēc c. r. e. ti. in 1. cōpi.

† Et 3 tit. 1. per tuas. Io. And.

† Vide B Thomā 2.2 q.185. art.6. & 7. & ibidē Caietanū. & concil. Trid. sessio 25. de reformatione. c.1.

† acquisisse, in antiquis.

† Idē ſ. Gregori⁹ Ianuario Carabitano epistola 7. eiusdē lib. 7. registri. refert Anselmus Lucen. lib.7.c.182. Gratianus 19.q.3.ca.7. Et c.3. eo. ti. in 1. compil.

† Sabina

† quæsta

2 Vt glossā & textum intelligas, vide libellum Volusii Metiani de assis distributione, & Vigliū Zuichemū i §. hēditas. Insti de hære. instituend.

legauit, quæ vsque ad mortem non induit habitum monachalem, sed stetit in vestibus, quibus presbyteri illius loci vtuntur, sicut & illa, & quæ ipsam precesserat, dicēs hoc sibi licere ex consuetudine: Gabina abbatissa eiusdem monasterij, quæ successit, conquesta est domino Papæ, quod illa taliter legata relinqueret. Rñdet Papa. Postquam illa abbatissa ordinata est, & in monasterio morata, ad culpam episcopi pertinuit, qui illam in secularibus vestibus stare permisit; non tamen propter hoc monasterio præiudicare potuit, sed postquam monasterium intrauit, se, & sua ei monasterio dedicauit. Nota, quod delictum subditorũ ad culpā prælatorum pertinet. Item delictum personæ in dānum ecclesiæ redundare non debet. Item intrādo monasteriũ, se & sua intelligitur quis contulisse, nec amplius potest, inde testari.

condito testamento[a] legata[b] quibusdam reliquisse, dicens eam vsque in diem obitus sui, non induisse habitum monachalem, sed in vestibus quibus vtuntur loci illius † presbyteri permāsisse, sicut & illa, quę ante ipsam fuerat abbatissa: & hoc pene † ex consuetudine[c] licuisse. & infra. ¶Necessariũ ergo visum est, postquam abbatissa ordinata[d] est, & in monasterio per annos plurimos vsque ad obitum præfuit, vestis qualitatem ad culpam fortè[e] episcopi pertinere, qui eā sic esse permisit: non tamē potuisse præiudiciũ[f] monasterio irrogare, sed res ipsius eidem loco, ex quo illic ingressa, & Abbatissa constituta est, de iure competere.[g]

¶ Idem. †

¶Si infra annũ a die monitionis non fit executio testamenti per debentem exequi, deuoluitur executio ad episcopum.

CAP. III.

Nos quidē: & infra.

a Testamēto.] testamentum est testatio mētis, qua disponitur, quid de rebus suis aliquis velit fieri post suum decessum. 13. q. 2. cap. placuit. §. sed aliud. ī. de celebrat. missa. cum Marthæ. Instit. de testamen. ordi. in prin. Tan.

b Legata.] legatũ est donatio quædam à testatore relicta ab hærede præstāda. Instit. de leg. §. 1.

c Ex cōsuetudine.] hic consuetudo non prodest, quia nō quid fiat, sed quid fieri debeat, considerandum est. 12. q. 2. gloria episcopi, & ī. de elect. cum causam. & ff. de offic. præsi. sed licet, & factum vsurpatum, præscriptionem non inducit. 93. dist. illud 16. q. 3. licet & in talibus nullus numerus defendit annorum. 33. q. 5. quod Deo.

d Ordinata.] idest, benedicta vel consecrata: quia abbatissa, vel monialis non recipit ordinem propter vilitatem sexus. arg. ī. de pęn. & remissio noua.

e Fortè.] non est nota dubitationis, sed assertionis 13. q. vlt. habentur forsitan illi & in Euāgelio: Si cognouissetis me, forsitan & patrem meũ, &c. ff. de rei ven. item si. §. 1. 2 & ff. de arbit. si duo. & ff. de procu. si filius familias. de pœniten. distin. 1. quamobrem 33. q. 2. admonere: ī. de procurato. tuæ. Vincen.

f Præiudicium.] votum enim præscriptione non tollitur. vt 33. q. 5. quod Deo pari.

g Competere.] ipso enim ingressu se & sua dedicauit Deo 19. q. vlt. quia ingredientibus, & est pars huius. 3 & Auth. Si qua mulier. & C. de sacrosan. eccl. Auth. ingressi. 12. q. 1. nolo. & cap. non dicatis. Ber.

Nos] Propter negligentiam hęredis ep̄s exequitur pias voluntates defuncti. h. d. Primo ponitur narratio. In secunda prouisio: ibi, Quamobrem, vbi primo monere mandat, secundo suppleri, ibi, Quod si. Tertio reddit rationem, ibi, Sic. Abbas.

¶Peruenit ad nos S. de hac luce migrāte supremæ voluntatis elogio[h] † monasterium præcepisse fundari: cuius desiderium à T. religiosa fęmina eius hærede protrahitur.[i] ¶ Quamobrem te hortamur, vt eam commoneas, † quatenus infra annũ,[k] monasteriũ quod iussum est, debeat ordinare: & cuncta secũdum voluntatem defuncti sine altercatione construere. ¶ Quod si infra p̄dictum tempus, siue in loco,[l] quo constitutum fuerat, seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari, tecũ implere neglexerit: tunc per te ædificetur, & omnia per te loco ipsi sine diminutione qualibet assignentur. Sic enim secundum pijssimas leges,[m] dilatas defunctorum pias voluntates, episcopali decens est studio adimpleri.

¶ Idem †. Petro Subdiacono.

¶Debetur legatum, quamuis nudis verbis a testatore sit relictum.

CASVS. Quidam S. nomine fecit testamētum, & T. mulierem sibi hæredē instituit, pręcipiens monasterium de bonis suis debere fundari: cuius desideriũ ab illa muliere ipsius hr̄de protrahitur: puenit hoc ad dñm Papam: unde mandat ep̄o loci, qđ mulierem illam moneat, vt infra annum monasterium qđ testator fieri p̄cepit, debeat construere in loco vbi fuit cōstitutũ: quod si hęc non fecerit, episcopus illud faciat fieri, & oīa per episcopum designētur illi loco sine aliqua diminutione: quia etiam s̄m leges volũtates defunctorũ per episcopos adimpleri debent. No. quod volũtas defuncti ad pias causa adimpleri debet ab hærede infra annum. Item si hęres negligens est, episcopus loci hoc faciat: quia secundum leges volũtates defunctorũ per episcopos adimpleri debent.

h Elogio.] i. testamento. C. de testa. l. iubemus.

i Protrahitur.] idest, differtur.

K Infra annũ.] infra annũ dēt mādari executioni voluntas testatoris C. de fidei. Auth. amplius. & hic. & in Auth. de eccle. tit. §. si quis ędificatione colla. 9.

[Gl. seq. reci. per q. scilicet, qui si locus non fuit designatus. ponit dictum Lau. & secundum opi. Tan.]

l In loco.] demōstrato vel comprehēso a defuncto, si enim de loco incertus sit non videtur obligatus ad faciendum: sicut in promissore liquidum est. ff. de eo qđ cer. lo. l. 3. §. si quis insulam. & ff. de ver. obli. qui insulam nisi aliud quid dicatur, tum causa religionis, tum extremę voluntatis fauore. Io. & Lau. Alij dicunt, quod si incertus est locus vbi debuit ædificari, ad hanc causam relictum, fieret caducum. C. de ca. tol. l. vnica. §. si verò. ff. de dona. l. 2. §. vlt. Et ideo dicitur hic, in loco quo constitutum fuerat T. dicit ꝙ non erat caducum: quia testamenta sunt interpretanda largissime. ī. de do. cum dilecti, in fin. & res ad pias causas relictæ, liberæ sunt a lucratiuorum inscriptionibus, 23. quęst. 8. c. tributum, §. quamuis. & in l. sancimus.

m Leges.] C. de epi. & cle. nulli. ibi habes, quod episcopus debet illud facere.

† supplicio.

† Hic ī vulgaris legitur plene: sed in manuscriptis, & registro B. Gregorij pene, lego in de est restitutū ium in vno vetustissimo exēplari habetur ita: & hoc penè ex loci consuetudine licuisse.

† Scilicet Gregor⁹ Ianuario episcopo Caralitano lib. 3. epistola 10. registri. Et ca. 12. co. tit. in 1. compilat. Et vide præ alijs Couarruuiā in hāc decretalem.

1 Concord. tex. in §. legati. & §. facto, Insti. de leg.

2 Si quis res necessitate distraxit, fortassis huic officio iudicis succurretur, dum tamen pretium restituat. Ioā. And.

3 Et ibi habetur pars. de prin. decisa. Ioan. And.

† seu elogio.

† Huc spectat qđ nouissime constituit concilũ Trident. sessio. 22. de reformat. ca. 8. & sessio 25. in decreto de purgatorio.

† Scilicet Gregori⁹ in registro. lib. 12. epist. 30. & ca. 13. e. tit. in 1. comp.

Indi-

INdicante.] Primò narrat factum. Secundò prouidet. ibi, in quibus. Abbas.

CASVS. Mulier quædam vxor Redempti moriens, concham argenti iussit venundari, & dari libertis suis, & quandam scutellam argenteam reliquit cuidam monasterio; mandat Papa, quod voluntas illius per omnia debet adimpleri. No. quod vxor potest testari viuente marito. Item voluntas testatoris per omnia adimpleri debet.

[Gl. seq. arg. allegat tria iura.]

a Nudis verbis.] talle legatum etiã valet secundum leges. C. de fideicom. l. vlt. & est arg. quod per nuda verba quis obligatur. arg. 13. q. 2. quicunque 22. q. 5. quacunque. c. iuramenti. & C. de suf. l. vnica.

[Glo. seq. quærit & soluit. Secundò quærit, arg. pro legatario soluit pro hærede, respondens ad contraria. Tertio quærit argu. contra legat. & eius soluit contra hæredem.]

b Monasterio.] pone & reliquit monasterio sanctæ Mariæ. sed nõ determinauit cui, cũ sint plura monasteria sãctæ Mariæ dabitur pauperiori in Auth. de eccl. ti. §. si quis in homine. coll. 9. Item pone quod plures habeat scutellas, sed vna est melior alijs: cuius erit optio? põt dici, quod legatarij. ff. de legat. 1. si domus & melius. l. qui duos. Sed cõtra ff. eo. tit. l. si quis à filio. §. si quis. & quod l hæredis est electio. & C. de condi. indebi. si quis seruum. ff. de l g. 1. legato. & ff. de seru. rusti. prædi. l. si via. quibus statur. Contraria loquuntur quando hæres in mora est. 2 Item pone quod legauit seruum in fuga constitutum cuius expensis quæritur? videtur, quod legatarij, qa ad ipsum spectat emolumentum: ergo & onus. C. de cadu. tollen. l. 1. §. pro secundo in fine immo hæredis. ff. de legat. 1. cum seruus. & l. seq. Laurent.

ADDITIO. si seruus legatus est in fuga tempore testamenti: quæret eum hæres sua impensa, ff. de leg. 1. ser uo legato. § fi. Sed post testamentũ, & ante mortẽ quæret eum hæres sumptu legat. rij. ff. eo. tit. si seruus legatus. Si post aditã hæreditatem, si culpa hæredis soluat æstimationem, alias non cauebit. ff. eo. l. cum res. §. itaq;

CAP. IV.

INdicante; & inf. ¶ Cognouimus R. referẽte quod moriens vxor Redempti, †concham argenteam nudis [a] verbis iussit venundari, & suis dari libertis; & scutellã argenteam cuidã monasterio [b] reliquisse: †In quib. volũtatem eius, per omnia volumus adimpleri.

¶ Idem † T. episcopo.

¶ *Non debetur legatum cum testator rem non suam, sed ecclesiæ legauit hoc dicit simpliciter inhærendo litteræ.*

CAP. V.

FIlius [c] † noster F. cõquestus est, quod quondã P. pater suus aliqua ecclesiæ vestræ, sepulturæ suæ gratia iuris alieni [d] reliquit. Et quidem leges sęculi hoc habent, vt hæres ad soluẽdũ cogatur, si actor eius rem legauerit alienam: [e] sed quia lege Dei, non autẽ lege huius sæculi viuimus, † valde mihi videtur iniustum, vt res tibi legatæ, quæ cuiusdam ecclesiæ, esse perhibentur, a te teneantur, qui aliena restituere [f] debuisti.

FIlius noster.] hoc cap. habet multos intellectus, vt dicit Panor. Primo ponitur conquestio. Secundo prouisio: ibi, Et quidem. Abb.

CASVS. Quidam P. nomine, fecit testamentum, & in testamento illo quædam, quæ ad ipsum non pertinebant, causa suæ sepulturæ reliquit cuidã episcopo filius eius petebat bona illa, ut ea restitueret illi cuius fuerat sed episcopus hoc facere nolebat: vnde conquestus est dño Papæ: scribit Papa illi episcopo dicens, quod leges sæculi habẽt, vt hæres soluere cõpellatur, si testator rẽ legauerit alienã: sed quia episcopus viuere debet lege Dei non aũt lege sæcularium, iniustum est, vt res quę dicuntur esse cuiusdam ecclesiæ, teneantur ab ipso, qui aliena restituere debuit. No. quod si testator scienter rem alienam legauerit, quod hæres tenetur rem legatam dare legatario, vel æstimationem eius: sed secundum legẽ Dei non compellitur.

[Gl. seq. quærit opponendo, & soluit.]

c Filius noster.] sed quid ad eum; cũ res essent alienæ? Forte intererat ipsius, quia res ipsæ depositæ fuerunt penes patrem suũ vel pignori obligatę. Alanus.

[Gl. seq. distinguit an scienter vel ignoranter legetur alienũ.]

d Alieni] cum quis scienter legat alienũ, tũc hæres tenetur res redimere, vel legatario pretium dare, si res sit talis quæ vẽdi possit, alias non Inst. de lega. §. non solu. & §. quod autem Si ignoranter legat rẽ alienam nõ valet legatum nisi cum legatur coniunctæ personæ 3 C. de leg. cum alienã. & legatarius debet probare scientiam, vt in §. quod autem. & ff. de probat. verius. Tan.

e Alienã.] scienter.

f Restituere.] de benignitate canonica. sic 17. q. 4. quicunque de iure stricto non tenebantur reddere iuxta prĕmissam distinctionẽ. T. immo reddere tenebatur, sed poterat agere contra hæredẽ si scienter res illa legasset. Bet.

¶ Ex concilio Maguntino. †

¶ *Hæredi non adimplenti iussa testatoris, ab episcopo interdicitur res a testatore relicta hoc dicit in hærendo litera.*

CAP. VI.

SI hæredes iussa testatoris non adimpleuerint: [g] Ab episcopo [h] loci illius omnis res, quæ eis relicta est, canonicè interdicatur [i] cum fructibus. & cęteris emolumẽtis: Vt vota defuncti adimpleantur. †

¶ Ex concilio Laterañ. †

¶ *De bonis per ecclesiam acquisitis clerici testari non possunt.*

SI hęredes.] Vario modo põt intelligi, vt dicit Pan. primò ponitur casus. Secundo prouisio: ibi, Ab episcopo. Tertio ratio: ibi, Vt nota. Abb.

CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod si hęredes non impleuerint iussa testatoris, per episcopum loci interdicantur illis oĩa relicta cum fructibus inde perceptis, vt vota defuncti impleantur. No. quod hęres tenetur adimplere voluntatem testatoris. Itẽ episcopus põt cõpellere hęredẽ, & ei interdicere res sibi relictas cum fructib. a testatore, donec fecerit, qđ sibi iussum est a testatore.

g Adimpleuerint.] infra annum. C. de fideicõ. Auth. hoc amplius. ĩ. eo. nos quidem.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

h Ab episcopo.] C. de testa. consulta. diualia 4 Sol. publicatio testamenti non pertinet ad episcopũ, vt ibi dr pertinet tamen ad eum testamenti defensio siue executio testamenti vt voluntas defuncti seruet. ff. de petitio hæredi. l. hęredi l hęreditas. §. si defuncto. arg. ĩ. eo. nos quidem, & ĩ eod. Ioannes. & hoc præcipue in his quę ad pias causas relinquuntur. ĩ. eod. tua.

[Gl. seq. recitat, per quęstionẽ, an filius nõ adimplẽs &c. & ponit concorda. iuris canonici & ciuilis.]

i Interdicatur.] secundum legem antiquam hęres qui non adimplebat voluntatem defuncti priuat omni successione. C. de fideic. l. [illegible] & 11. q. 1. Sylucster. Hodie autem tenet hoc in extrañ o hæredẽ sed filius institutus hæres non adimplens voluntatem defuncti. priuatur

†Recepti puto autẽ esse proprium viri nomen.

†al. reliquisset, sed reliquisse, in nostris antiqs.

† Idem scilicet Gregorius Dono episco. Messaneñ. lib. 7. registri. in dict. epistola 4. & c. 44. eod. tit. in 1. compilatio.

† De intellectu pręter Couaruuiã hic, vide Ferdinãdũ Vasquium lib. 3. de successi. creatio. §. 21. Rom. num i rep titio Auth. similiter. C. ad l. Falcidiã. & Buetardum in loco a libertate ad piam causam.

† De articulo huius glossę videto hic pręaliis Couaruuiã ad de notata in l. hæredes, §. si incerto: & ibi glossã ff. fami. erci. scundæ.

2 In antiquis exemplarib. ita reperio h: ç glossam, vt impressa est, & definit ibi, Laurent. ideo cetera additamenta putaui.

†viuimus

† In vulgatis [illegible] concilijs non reperio. habet post conciliũ Lateran. sub Alexand iij. par. 43. ca. 5. & c. 11. eod. tit. in 1. cõp. vide Synodum Mogũtinã celebratam multis seculis, post Raymundũ ann. 1549. c. 97. & Lapũ allegat. 87.

† Impleant.

† Sub Alex. iij. c. 15. & c. 4 eod. tit. in 1. comp.

3 Puta, vxori, vel alteri cui de iure tantum reliquisset Io. And.

4 Hodie episcopi executores sunt piarum voluntatum tamquã sedis Apostolicæ delegati. cõcilium Trident. sess. 22. c. 8. refor[illegible].

uatur.ſucceſſione,relicta tantum ſibi legitima, C.de ſi deicõ. Auth. hoc amplius.& præualet lex in hoc caſu canoni. in hoc tñ vr̃ In. concordare p̄dicto canoni, Syluester.& huic decre. j̃.de voto.licet.i ſi.vbi de hoc. Sed illud ideo contingit,quia regnum diuidi non poteſt,ſicut nec aliæ dignitates ſ̃.de præbẽ. maioribus.& in conſti. Friderici de feudis.§.prætérea.Bern. Et hic nõ dicitur expreſſe, ꝙ priuentur hæredes,ſed interdicat eis q̃ ſicquid relictum e,vt ſic indirecte compellant ad implere volũtatem defuncti. vel reducitur ad auctoritatem, vt ſal em reſeruetur hæredibus legitima, vt in Authen.de hære.& Fal. §. primũ. & §. ſi quis non implens.coll.1.alia Authen.vr̃ dicere,ꝙ hæres q̃ relicta ad pias cauſas cõferre diſtulerit, totũ amittere debet.in Auth.de eccle.tit.§.ſi quis autẽ ꝓ redemptione.ver. ſi autem qui. coll.9. Et i iſto caſu poteſt intelligi hæc decr.& hoc ĩtellige in extraneo hærede.B.

CVm in officijs.] Primo ponit̃ exceſſus.Secũdo prouiſio; ibi,Hoc igitur. Abbas.

CASVS. Inter alia opera charitatis primo loco id ſeruãdũ eſt,vt illis teneamur obnoxij,à quibus beneficia recepim⁹:ſed quidam clerici contrarium faciũt: cum enim multa bñficia p̄cipiãt ab eccleſijs, ipſi bona illa per eccleſiam acquiſita in alios transferre præſumũt: ſed quia hoc inhibitum eſt per canoné,ſtatuit concilium Laterañ. ꝙ clerici ſiue teſtati ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alij conferre voluerint, bona illa penes eccleſias debeant remanere. No. ꝙ qui ab alio beneficium percepit,obligatus eſt ei. Item clerici de rebus eccleſiæ teſtari non poſſunt.

a Teneamur.]donatarius enim donatori naturaliter eſt obligat⁹ ad antidora. ff.de pe.hæ.ſed & ſi lege.§. cõſuluit.8.q.1.illud.Ala.

b Acquiſita.]quod enim acquirit ſacerdos, vel quilibet alius clericus intuitu eccleſiæ,ad eccleſiam p̄tinet. ſ̃.eo.quorundam.& j̃.eo. ad hæc. & c. quia nos. & ff. de caſtren.pecu.l.caſtrenſe.& 12.q.3.c.1.& 2. de quib. canonibus hic loquitur.Tan.

c Canonibus.12.q.2.placuit.& cap.quicunque.& q.5. obitum.& quaſi per totum.

d Penes eccleſias.]ſic j̃.cap.ſequen.

AD hæc p̄ſentibus.] Diſtinguit,& ſecundum membrum: ibi, Viuentes.Abb.Sicul.

CASVS. Clerici de bonis eccleſiæ teſtari non pñt, tñ viuentes & ſui compotes,poſſunt aliqua de bonis ipſis intuitu eleemoſynæ erogare in ægritudine conſtituti.Nota ꝙ de rebus mobilibus per eccleſiã acq̃ſitis nõ põt cleric⁹ teſtari, ꝑt tñ ĩtuitu eleemoſynæ aliqua de bonis eccleſiæ erogare.

e De mobilibus.] multo fortius nec d̃ immobilibus.Ala.

f Non poſſunt.]in morte tñ poſſũt largiri i tam cõſanguineis q̃ alijs extraneis intuitu ſeruitij recepti,d̃ mobilib⁹. j̃.eod.relatũ.§.licet. & 12.q.2.eccleſiaſticis.Tanc.

[Gl.ſeq.arg.alleg. 2.iura,& tria in contrariũ, & remittit.]

g Erogare.] argu. ꝙ admittit̃ q̃s vna via,q̃ui alia repellatur.1.q.2.cap.1.ff.d̃ inoffi.teſta.Papinianus.§.ſi q̃s.Arg ſ̃.ſ̃. de procu.tuæ.vbi de hoc. & ff. de admi. tuto.ſcire.& ff.d̃ bo. lib. quæritur.

QVia nos.]i prima ponit̃ deciſa quæſtio.Ii. ſecunda diſtinguẽs rñſio' ibi, Conſultationi Abbas Sic.

CASVS.Dicit̃ in hoc capitulo,ꝙ licet clerici de his quæ paterna cognatione,vl̃ ſucceſſione,vel artificio,vt dono amicorũ ſũt adepti, nõ habito reſpectu ad eccleſiã,poſſint cõdere teſtamẽtũ: de his tñ quę cõſideratione eccleſiæ perceperũt,de iure teſtari non poſſent. Nota ꝙ clerici de bonis paternis, vel de his quæ intuitu perſonæ acquiſierunt,poſſunt libere teſtari.Item de bonis ratione eccleſiæ acquiſitis teſtari non poſſunt.Ber.

h Diſponere.]12.q.3.c.1.& 2.& j̃.eo.relatum.§.cæterum & c.requiſiſti.§ illud.Ber.

i Teſtamentum.]clerici enim de rebus eccleſiæ nullum,poſſunt facere teſtamentum: cum eorum proprietas non ſit ſua,cũ ſolũ vſum habeant:ſed tñ victu & veſtitu contenti eſſe debent.12.q.1.clericus,qui.& c.duo. & 10.q.2.c p̄s.& totum ſuperfluum erogandum eſt pauperibus.12.q.1.c.vlt.moderatam tñ donationem cauſa ſeruitij recepti facere poſſunt j̃.eod.relatum.§.licet cũ quaſi filiuſfamiliâs comparetur, qui non poteſt facere teſtamentum,niſi de caſtrenſi peculio.C.de aſſeſ.l.vl. & C.de aduo.diuer.iud.l.fori.Ber.

CVm eſſes.]Hoc ca.legitur varijs modis. Communis diuiſio.Primo narrat factum.Secũdo prouidet:ibi, Quia verò.Abbas,

†Præter Couarruuiã hic vide B.Thomam 2.2.q. 185.ar.6.& 7. & Dñicũ Sotũ lib.10. d̃ iuſt.& iu. q.4.art.3.ad de q̃ dixi li. 3.ſuper Directorio inquiſitorum Schol.154.

† alij

†poſt conci. Lateran. ſub Alex.iij.par. 29.c. 8. & c. 5.eod.tit.i 1. compilatio. Et de ĩtellectu vide Couarruuiã in c. cum in officijs. de teſtamen.

CAP. VII.

CVm † i officijs charitatis primo loco illis teneamur [a] obnoxij,à q̃bus beneficiũ nos cognouimus recepiſſe:ècõtra quidã clerici cum ab eccleſijs ſuis multa beneficia perceperint,bona p eas acquiſita,[b] ĩ alios trãsferre p̄ſumunt. Hoc igitur q̃a antiquis canonibus [c] conſtat inhibitũ, nos indemnitati eccleſiarum prouidere volẽtes, ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alijs † cõferre voluerĩt,penes eccleſias [d] eadẽ bona p̄cipimus remanere.

¶ Alexander tertius.

¶ *Moderatam eleemoſynam de bonis per eccleſiam acquiſitis clerici facere poſſunt. etiã in ægritudine conſtituti.*

CAP. VIII.

AD † hęc præſentib⁹ innoteſcat,quòd clerici de mobilibus, [e] quæ per eccleſiã ſunt adepti, de iure teſtari non poſſunt:[f] Viuentes tamẽ,& ſui compotes, moderatè valent aliqua de bonis ipſis,non ratione teſtamẽti,ſed eleemoſiynę ĩtuitu erogare, [g] in ægritudine conſtituti.

¶ Idem Vigilenſi † epiſcopo.

De bonis proprijs, vel acquiſitis intuitu perſonæ, clerici teſtari poſſunt, de acquiſitis intuitu eccleſiæ non.

CAP. IX.

QVia † nos & infra. ¶ Cõſultationi tuę taliter reſpondemus, ꝙ licet clerici de his, quæ paternę ſucceſſionis, vel † cognationis ĩtuitu,aut d̃ artificio ſunt adepti, ſeu dono cõſãguineorũ, aut amicorũ, non habito reſpectu ad eccleſiam,peruenerunt ad ipſos,liberè diſponere [h] valeãt: d̃ his tamen quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum de iure poſſunt facere teſtamentum.[i]

Idem Hoſtieñ.epiſcopo.

Valet teſtamentum quod parochianus facit coram presbytero parochiali, & duobus teſtibus: nec valet cõtraria conſuetudo.hoc dicit inhærendo verbis literę

CAP. X.

CVm † eſſes ĩ noſtra præſentia cõſtitut⁹, propoſuiſti talem in tuo

† Vigilſeñ. habent antiqui.

† Poſt cõcil. Lateran. ſub Alex.iij.par 29.c.5.& ca. 6.eo.tit.in 1. compilatio. Et de intellectu vide Ferdinãdũ Vaſquium lib. 1. de ſucceſ. reſolut.§.9.

† &,pro,vel, in antiquis.

i Vnde dixit Vincẽ.ꝙ etſi tradere p̄ſ ſit, non põt dimittere poſt mortẽ tradẽdũ. 12. q. 2. bonæ. ſed poſt mortẽ erogãdũ diſponere nõ põt.12. q.5.q̃a Ioannes. vbi de hoc. dixit ẽt ꝙ nõ credit ꝙ gñalis cõſuetudo excuſet clericos dãtes in morte oĩa mobilia parẽtib⁹.Ioan. And.

† Poſt concilium Lateran. ſub Alex.iij. par.50.c.20. & c. 9. eod. tit.i 1.cõpil. Et multa q̃ requirunt̃ vt diſpõ huius cap.hẽat locap.hẽat locum, tradit Guido Papæ deciſiõe 543 adde Alexã. conſi.41.vo. 1.& conſi. 47.volum.2

CASVS,

CASVS. In ep̄atu Hostien. talis erat consuetudo, quòd testamēta, q̄ non habebant subscriptionem septem testium, s̄m q̄ leges statuunt, rescindebant. Hostien. eps hoc proposuit in presentia Papæ: quia talis consuetudo aliena est à diuina lege, & patrium sanctorum institutionibus, & à generali consuetudine ecclesiæ, cum scriptum sit: In ore duorū uel triū testiū, stet omne verbū: Papa præscriptam consuetudinē reprobauit, & testamenta, quæ parochiani fecerunt corā presbytero suo, & tribus vel duabus idoneis personis ī extrema voluntate, firma decreuit p̄manere: & p̄cepit sub pœna excōicationis, ne aliqs rescindere audeat huiusmodi testamenta; & idē dr̄ in sequenti capitulo, in quo scribit Papa iudicibus Velletrensibus. & intelligunt ista duo capitula, super relictis ecclesiæ, vel ad pias causas. vt ibi sufficiāt duo vel tres testes. No. q̄ vbi ius legale ɔ̄dicit iuri canonico, p̄ualet ius canonicū. Itē generalis consuetudo ecclesiæ pro lege habēda est. Itē in ore duorum vel triū testiū stat oē verbū. Item secūdum canones duorum testimonium suffi. it in testamento.

Deut. 17.

episcopatu cōsuetudinē obtinere, q̄ testamenta, quę fiunt in vltima volūtate, penitus rescinduntur, nisi cum subscriptione septē, vel quinque testium fiant, secūdū q̄ leges[a] humanę decernūt. ¶ Quia verò a diuina lege, & sanctorum patrū institutis, & a generali ecclesię cōsuetudine, id esse noscitur alienū, cū scriptū[b] sit: In ore duorū vel trium testium stet oē verbum: præscriptam consuetudinem improbamus: & testamenta, quæ parochiani coram presbytero suo, & tribus vel duabus alijs p̄sonis idoneis, in extrema fecerint voluntate, firma decernimus p̄manere, sub interminatione[d] anathematis prohibentes, ne quis huiusmodi audeat rescindere testamenta.

† Vellenc. a Leges.] C. de testa. si vnus. l. vlt. & l. hac consultissima. B. b Scriptum.] in lege Mosaica, & ī Euāgelio. 2. q. 4. cap. 1. 1 ꝰ. de testa. licet vniuersi. Ber.

1 Nec obstat. q. præsul. & c. nulli. vt in §. ibi 2q. 10. Aud.

¶ Idem iudicibus Velletren.†

¶ *Valet vltima voluntas ad pias causas coram duobus testibus, & est casus singularis.*

[Glo. seq. reci. per q. an etiam circa non pias causas valeat testamentum non habens debitum numerū testium, ponit opi. q̄ non: & hanc approbat, ponit opin. contrariam quòd valeat, quam reprobat, demum sub dir duas opiniones.]

c Improbamus.] super relictis ecclesiæ. Decretalis ista intelligitur p̄ sequētem, quia de eodem facto & eiusdē loci loquunt. nā in his q̄ pietatis cā relinquunt̄, min⁹ solemnis volūtas sufficit, sicut & inter liberos. C. de testa. hac ɔsultissima. §. ex imperfecto. C. fami. ercisc. l. vlt. & C. de fideicom. l. vlt. in his enim cessat Falcidia. C. ad l. Fal. Auth. similiter. & ī Auth. de eccl. rū. §. sinaūt. coll. 9. in his canonica portio non deducitur. ꝰ. eo. tit. cap. vlt. Quidam tamen dicunt, q̄ per hoc ca. quod generaliter loquit̄, derogat omnibus legibus, q̄ dn̄t minus solemnē voluntatem non valere, quod non credo: quia non est verisimile, q̄ dn̄s Papa voluerit vno verbo legibus derogare. arg. C. de inofficio. testa. l. si q̄n. & ꝰ. de elec. ecclesia vestra. nec forte posset tollere leges quantum ad eos qui non sunt de sua temporali iurisdictione. 2 arg. ꝰ. de appella. si duobus. & ꝰ. de iudic. no-

2 De hoc lo. di. t. cōstitutiones. & ꝰ. de re iu. i 2. reg. lib. 6. lo. And.

uit. quæ leges ne quid falsitatis in testamento cōmitteretur fuerunt, quòd certus numerus testium adhiberetur. C. de fideicom. l. vlti. Ita etiam credo q̄ istud locū habeat super relictis ecclesię, sine ad pias causas fauore religionis. ꝰ. ca. proxi. sic non derogabitur legibus. Vel dic, q̄ Papa statuit hoc tm̄ in his obseruādum, in quibus habet tēporalē iurisdictionem, quia quārum ad illos potuit legib. derogare. Ciuitas ista Velletrēsis pertinet ad Papā quo ad vtranque iurisdictionem. Sed verius videt, quod primo dixi. Alij volunt dicere, q̄ si agatur in foro sæculari, seruanda est legalis solēnitas. si ī ecclesiastico, stabit̄ istis decre. sed prius dictum magis placet.

CAP. XI.

RElatum † est; quòd cum ad vestrū examē super relictis[e] ecclesiæ, causa deducitur, vos nisi septē vel quinq; idonei testes interuenerint, id e postponitis iudicare: & inf. ¶ Mādamus, quatenus cum aliqua cā talis ad vestrū fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secūdum decretorum[f] statuta, tractetis, tribus aut duobus legitimis testib. requisitis: Quoniam scriptum est. In ore duorum vel trium testium stat omne verbum.

† Cap. 10. eod. tit. in 1. compila. & post concil. Lat. sañ. sub Alex. iij. par. 50. cap. 8.

Vide Antoniū, in ca. quod cleri cis. ꝰ. de for. compe. & Salicetū in Authen. Cassa. C. de sacr. sau. eccle.

[Glo. seq. argum ē tatur, signat contrarium, & soluit.]

d Sub interminatione.] & ita videtur, q̄ qui ɔ̄ faciat, sit excōmunicatus. ꝰ. de locato. c. 1. quam decr. tenem⁹ canonem latæ sententiæ, & sunt ibi quasi eadem verba, q̄ & ī ca. 63. dist. Salonitanæ. Arg ɔ̄ ꝰ. de iur. patro. relatū. ī fi. vbi de hoc. 3 Nō credo q̄ sit canon latæ sententiæ, sed ferendæ, per. ca. relatū. Ber.

Deut. 17. Matth. 18.

¶ Idem electo & Capitulo Castellan.

¶ *De proprijs potest testari clericus: in acquisitis per ecclesiam etiā si sint mobilia, succedit ecclesia, vel successor, potest tamē aliqua, seruitoribus vel pauperibus elargiri: si autē defunctus habet plures ecclesias vel beneficia, fiet ęquè diuisio inter illa.*

3 Et ꝰ. de sagit. c. vnico. Ioann. And.

RElatū.] Primo ponitur factū reprehensibile: q̄ secundo corrigi mandat: ibi, Mandamus. & mandatum tertio probat: ibi, Quoniā. Abbas. Sic.

CAP. XII.

RElatum † est auribus nostris, quòd

† Cap. 2. e. ti. in 2. compi. & vide præ alijs hic Hostiensem, & Couarruuiā.

¶ Ex hac decreta. nota, q̄ cum de testamētis agitur, non secundum leges, sed secundum canones iudicandum est. Item causa testamentaria ad iudicem ecclesiasticum pertinet: quod verum est in relictis ecclesiæ, & ad pias causas. Item duorum testimoniū ualet in causa testamētaria. Item in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.

e Relictis ecclesiæ.] ad hunc casum restringe cap. pr. ꝰ. in quo fauore ecclæ sufficiunt duo vl̄ tres testes. T.

f Decretorum.] quæ dicunt, quòd in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum. 2 q. 4. §. 1. & ca. 1. & 48. dist. in. quoniam multa. Sic nota causas vltimæ voluntatis defunctorum ad ecclesiasticum iudicem pertinere, quod verum est relictis ecclesiæ, & pauperib. 13. c. 2. clerici: & c. qui oblationem, C. de epis. & cle. l. nulli licere. 4 per quæ c. confirmatur quod dixi ꝰ. in prox. ca. quod tantum de relictis ad pias causas intelligendum est: quod hic & ibi dicitur. Ber.

4 Legarū pro redēptione captiuorū non designata p̄sona q̄ distribuat, distribuet eps originis vel habitationis; si origo est incerta.

ii RElatum est.] Quinque sunt partes: secunda ibi, Nominatim. tertia ibi, Licet. quarta ibi, Cæterum, quinta ibi, Quia verò. Et venit hoc ad declarationem cap. cum in officijs. ꝰ. eo. Abbas Sic.

CASVS.

CASVS. In capitulo. ī.co. cum in officijs, dr: Bona per ecclesiā acquisita ad eam deuoluantur in obitu clericorū:quæsitum est à Papa,vtrum de immobilib.tm̄, vel de mobilib.sit intelligēdum? Rn̄detur generaliter bona quęlibet per ecclesias acquisita eis debent iuxtà Lateranen. conciliū post acquirentis obitū remanere: sed per hoc vocabulū, ecclesia,nō intelligit episcopus, vel successor clerici morientis in ecclesia collegiata,sed ipsum collegiū intelligitur. Vbi aūt in locū defuncti vnus tm̄ est ordinandus, ille bona illius, & alia bona ipsius ecclesiæ debet habere. Et licet dicatur, mobilia per ecclesiā acquisita in alios transferri non possunt: consuetudo tn̄ non est improbanda,vt de mobilib. illis clerici possint aliqua cōferre pauperibus,& alijs locis religiosis,& illis qui clericis seruierant, siue sint cōsanguinei,siue alij,secundum seruitij meritum: si verò clerici de hæreditate vel aliter intuitu personæ suæ aliqua acquisiuerint, de illis disponant pro arbitrio suo. In fine dicit:clerici qui plura habēt beneficia in pluribus ecclesijs,bona illorū debēt diuidi inter ecclesias pro rata secundum congruā distributionem. No.q̄ nomine bonorum tam mobilia,q̄ immobilia dicuntur. Itē nota casum vbi nomine ecclesiæ non episcopus,sed capitulum tantum intelligitur. Item clericus de rebus ecclesiæ acquisitis potest dare pauperibus, locis religiosis,& seruientibus in eis. Item clericus de rebus intuitu personæ suæ acquisitis potest test. ri. Item bona clericorum plura beneficia habentium debent diuidi inter ecclesias,in quibus habent beneficia.

¶ Cap. 15.

† Vide Ariū Pinellum in Rubr. C. de bon. mater. in 1. parte.

† Codex Barbatiæ ita: ei debeant,&c. cōuenit. antiqua cōpil.

† cum Dei, &c.

† possunt

1 De hoc articulo, vide latè per Conarru. lib. 1. varia. resol. cap. 13.

2 Et reuocata sunt contraria priuilegia,consuetudines, & statuta. ī. de elec. quæ sæpe. lib. 6. & Clemen. eo. titu. statutū. Ioan.

quia statuimus in Lateranen. cōcilio, [a] † vt bona per ecclesiā acquisita, ad eam in clericorū obitu deuoluantur: dubitatis, an hoc sit de immobilibus tātum,vel de mobilibus sentiendum:& inf. ¶ Respondemus, q̄ generaliter bona [b] † quælibet per ecclesiam acqsita,eis† debent iuxtà Lateranen. concilium post acquirentis obitū remanere. [c] ¶ Nomine autē ecclesiæ non episcop⁹, [d] vel successor clerici morientis,vbi est collegiū, clericorū , sed cōmunis cōgregatio [e] intelligitur, quę rerum illarū debet canonicā distributionē, & curā habere. Vbi autem in loco defuncti tātū vnus est [f] ordinādus, is ea bona (sicut & alia ipsius ecclesiæ) in † Dei timore dispenset. ¶ Licet autem mobilia per ecclesiam acquisita, de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non possint: † consuetudinis tamen est nō improbādæ vt de his pauperib.& religiosis locis,& illis, qui viuēti seruierant, siue cōsāguinei sint, siue alij, aliqua iuxta seruitij meritū conferantur. [g] Cæterum quæ ex hęreditate, vel artificio, aut doctrina, proueniunt, distribuātur pro arbitrio [h] decedētis. Quia verò nōnulli in diuersis ecclesijs beneficia possident, diuidantur quæ habuerāt per æstimationē cōgruam [i] inter ipsos. †

¶ Innocentius tertius [Altissiodoreñ. † episcopo.]

¶ Tenet testamentum, si quis extremam volūtatem suam alterius dispositioni committit, & dicitur testatus ad pias causas. h.d. secundum intellectum notabiliorem.

CAP. XIII.

CVm † tibi de benignitate: & infra. ¶ In secunda [k] quęstione dicimus, q̄ qui extremā voluntatem in alterius dispositionem [l] † committit, non videtur decedere intestatus.

est idem in bonis archidiaconi? Dicunt quidā, q̄ non sed collegio ecclesiæ deuoluuntur. Alij dicunt, & melius si bona archidiaconatus distincta sunt, & diuisa à rebus canonicorum, tunc successori seruari debent arg ī. de rescrip. edoceri. si verò communia sunt omnia bona archidiaconi, & canonicorum, tunc ad capitulū deuoluūtur arg. 12. q. 2. quia cognouimus. & ī. de dec. cum in tua. & 8. dist. quæ contra mores. Tancr.

g Conferantur.] sic s. eod. ad hoc non ita amare istud prohibitū est: sicut dicit lex de donatione inter uirum & vxorem. ff. de don. inter vir. & uxo. si id quod. §. si quis serui operas. Laur.

h Pro arbitrio.] s. eo. quia nos.

i Congruam.] ut ei plus dēt, à qua plus percepit. 3 videtur tamen attendēdum vtrum vni etiam plus seruierit quam alteri. arg. ī. de feud. c. 1. & arg. de præb. cum secundū Apostolum vbi dicit: Qui altario seruit, viuere debet de altari. ergo si non seruiuit, vel si parum seruiuit, plus ei tenetur restituere. Laur.

CVm tibi.] Vario modo legit. Primo pon[itur] decisa consultatio. Secundò responsio; ibi, In secunda. Et aduerte, quod iste tex. est multum allegabilis, & frequētatur tam per canonistas q̄ legistas, & est breuis decisio: sed aliquātulum obscura, ideo nota bene ipsum,& tene menti, quia quotidianus. Abb. Sic.

3 Vt si Bonon. & Parisien. can. dimisit iii. & x. habebat a Boñ. & xx. Parisieñ. Bonon. habebit vnū: & Parisieñ. habebit duo. Ioann. And.

† ipsas.

† Inclusa de sunt in antiquis.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cōpi. Et de materia uide plene per Antonium Gomezium & Palacium Rubium in 31. legem Taurinam.

† dispositione

CASVS. Aliquis commisit extremam voluntatem suam in dispositionem alicuius amici sui, & sic mortuus est. quæritur an ille dicatur decedere intestatus? Respondet: Papa, quod non videtur decedere intestatus. Nota, quod qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit: non videtur decedere intestatus.

a Lateranē concilio.] ī. eod. cum in officiis.

b Bona.] arg. indefinitè [et] dictum generaliter accipiendum. 19. dist. si Romanorum. ī. de priuil. quia circa. ī. de verb. sign. cum tibi, & c. quærenti. & ff. de contrahen. empt. l. 3. & ff de ser. vrb. præd. l. si seruitus.

c Remanere.] sic 12. q. 2. per totum.

d Non episcopus.] qui tamen est in ecclesia, & ecclesia in episcopo. 7. q. 1. scire.

e Congregatio.] hoc bene dicitur. 12. q. 2. de laicis. & C. de hære. decu. l. 1. & 2. Lauren.

[Glo. seq. quærit & soluit, iterum quærit, ponit opin. & distinguit.]

f Vnus est.] sed nunquid bona episcopi debent deuolui ad collegium maioris ecclesiæ moriente epō? Dicas quod non, immo reseruanda sunt successori. 12. q. 2. hæc huius placiti. & c. de laicis. & c. illud. 2 Nunquid

K In secunda.] primam habes infra de verb. signif. cum tibi.

[Glos seq. recitetur per quæstionem, an iste vere sit testatus, & soluit, & distinctionem ponit.

l Dispositionem.] licet de benignitate canonica videatur testm̄ fecisse, re vera non est testatus, quia nullum est testamentum ubi nomen hæredis non exprimitur. C. de testa. l. iubemus, §. quod si non fuerit obseruatum, circa fi. & ff. de his quæ in testa. delen. l. proxime. & institutio hęredis, totius testamenti est fundamentum, vt instit. de leg. § ante hæredis. sed sicut nunc possunt aliqua relinqui. C. de fideicom. & in epistola. ff. de leg. 3. nutu. & sicut nutu deprehendit voluntas obmutescentis 26. q. 6. qui recedunt. sic nutu de æquitate canonica

canonica sic testm̄, sicut & sufficit ad locutionem alterius, quod quis annuat testibus præsentibus, & dr̄ decedere testatus, 1 tale testm̄ dr̄ nuncupatiuum. C. qui testa.fac.poss.hac consultissima. Licitè ergo potest quis voluntati alterius committere factionē testamēti sui.i. an qs sit ei hæres. Distinguit tn̄: quia aut in voluntatem hæredis cōmitto factionē testamenti, aut in voluntatē alterius. si in voluntatem hęredis, licitè possum, licet expressè eius voluntati cōmittam. ff. de cōd.instit.verba hęc. sed si confero in expressam voluntatem alterius, non valet, vt si dicam; instituo hæredē, quem Titius voluerit. ff.de hæred. inst.illa institutio.& l.si quis Semproniū. & l.captatorias. immo captatoria, idest, adulatoria appellatur talis institutio. C. de remitit. captatorias. secus si tacitè. ff. de hær.instit.l.illæ autē institutiones. 2 vt si dicam: instituo te hęredē, si Titius ascēderit Capitolium, ut ff.de hæred.instit.l.si quis Sempronium & ff.de cond.& demō.l.non nunquam. Sed legatum potest cōmitti arbitrio alterius tacitè. ff.de legat.2.l 1. sed alterius arbitrio expressè non potest committi. ff.de leg.i. l.captatoriæ & l.prædic. & incertæ personæ benè possunt institui hæredes, vt instituo pauperes hęredes. C.de epis.& cler. si quis ad declinandam.& l.nulli. Ioan.

1 Hanc glossam dicit Baldus esse singularem in l.1. C.de sacrosanct. eccl.

† Cap.2.eo. tit. in 3.cōp. prima pars infra de pœn. officij, secūda hic, tertia infra de sent.excō. officij. vbi declarantur reliquæ qōnes & de varijs portionib. ubi de Couarr. hic. adde Fedricum de Senis, consi. 154. incipiē. Ioannes sernus.

2 Quando in pteritum, nō in futurū institutio est collata, non est captatoria, vt si dicatur: qua parte Titius me hæredem instituit, meus hæres esto. Ioan. And.

Officij.] Cōs.linisio. Secunda pars: ibi, Cōsultationi. Abbas Siculus.

¶ Idem C. tituli sancti Laurentij in Lucina presbytero Cardinali.

¶ De relictis ecclesiæ petit episcopus partem suam, licet aliquid fuerit sibi à testatore relictum: nisi eo modo, & non in fraudem fuerit relictum à testatore, quod maneret ea parte contentus, & legatum agnouerit.

CAP. XIIII.

Officij: † & infra. ¶ Secūdo quæsiuisti, cum quis in testamēto relinquit episcopo propriam portionē, & alia multa monasteriis vel ecclesijs, vtrū episcopus ex illis legitimam [a] possit petere portionem; & infra. ¶ Cōsultationi tuæ taliter respōdemus, quod si portionem illam, cū conditione [b] legauit episcopo, vt esset ea sola cōtētus, & episcopus acceptauit, quia per hoc alijs renunciasse [c] videtur, de cæteris nō poterit exigere portionem. Quod si eam ipsi absolutè [d] reliquit, portionē sibi debitam poterit nihilominus de cæteris vēdicare. [e] Si verò cōstiterit [f] quod in fraudem modicū constituit mortuariū, vt in cæteris episcopus portione debita fraudaretur [g] (qa fraus & dolus alicui patrocinari non debēt†) episcopus portionē ex illis poterit exigere a canone constitutā, [h] saluis indulgentijs [i] Romani† Pontificis, quæ quibusdā regularibus sunt concessę.

CASVS. Aliquis in testamento suo reliquit epō propriam portionem, & alia multa monasterijs, vel ecclesijs: quæritur vtrū eps de illis possit petere legitimam portionem? Rñdet Papa, quod si portionem illam legauit epō sub cōditione, vt ea esset contentus, & eps conditionē acceptauit, de alijs nihil poterit petere, quia per hoc alijs renunciare vr̄: sed si portionem illam absolutè reliquit, de alijs nihilominus legitimam portionem poterit vendicare. Si verò constiterit, quod fraudulenter modicam portionem reliquit, cum conditione, vt in cęteris episcopus portione debita fraudaretur: quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, eps de illis portionem exigere poterit à canone cōstitutam, saluis indulgentijs Rom. Pōt. quæ quibusdam regularibus sunt concessæ. Capitulum istud & sequens loquuntur sm̄ consuetudinem quorundam locorum. No. quod electione vnius quis renunciat alteri. Item fraus & dolus nemini debent patrocinari. 1

a Legitimam.] quæ sm̄ variam locorum consuetudinem varia est & diuersa. infra de sepul. certificari. Vinc.

b Conditione.] conditio 3 quid sit & modus, tractatur infra de condi.app. in cap. verum.

c Renunciasse.] ff. de inoff.testa.si pars. §.vlt.& l.seq. & l.vl. & C.eod.tit.l. parentibus. Bern.

d Absolutè.] cum enim absolutè relinquit, potest episcopus vtrāque consequi. infra cap. proxi. & vr̄ hoc notare, quia si eps dedit simpliciter aliquod beneficiū ei, qui prius habebat aliud: non videtur ei prius ademisse. ff.ad munici. l.municeps Lau.

[Glo.seq.arg.alle. tria iura, & duo in contrarium.]

e Vendicare.] arg. quod recipiendo vnum, non intelligit alij renunciasse, nisi hoc sit dictū. ff.de act.& obl. l quoties. sic vxor recipiens legatum, nō intelligit renunciasse doti. C.de rei vxo. act.l. vnica. §. sciendum. arg. C. de pact. conuent.l. si mulier. arg. cōtra. ff.de inoff. testam.l.vlt.& ff. ad leg Falc.l.si debitor.

f Constiterit.] etiā apponendo conditionem, aut si ipsam acceptauerit, si postea de fraude cōstiterit, quia non potuit testator auferre illam partem epō, quæ ei ex constitutione debetur infra cap. prox.

g Fraudaretur.] videtur tn̄ quod agere debeat ad supplementū episcopus in hoc casu, si minus ei reliquit legitima portione. C.de inoff.test l.si quando. §. generaliter. & l.omnimodo. quia non admittit grauamen ista portio, sicut nec quarta debita de iure naturæ. arg. ff.de adopt.si arrogator. §.sed an impuberi. Laur.

h Canone.] loquitur de illis canonibus. 10. q. 1. decernimus. & c.de his.

i Indulgētijs.] infra de sepul.in præsentia & infra e.c.ul.B.

3 Hāc glossā non inuenio in aliquis libris nec puto esse Bernardi.

† Vide l.hæres meus. ff. de condit. & demonstra. l.in fraudē. ff.de iu.fisci.

† Romanorum Pontificum.

¶ Idem.

¶ Relictum episcopo contemplatione personæ, non diuiditur cum ecclesia cathedrali: secus si contemplatione ecclesiæ, siue nihil relinquatur ecclesiæ, siue aliquid siue coniunctim, siue separatim. Si autem soli ecclesiæ est factū relictum, episcopus habebit portionem canonicam. Præsumitur autem relictum contemplatione ecclesiæ factum, quando fit ab extraneo habēte administrationem: secus si fiat ab administrationem non habente. Cū ecclesiis verò inferioribus episcopus non diuidit sibi relictum, quia non est sibi tanta communio cum ecclesiis inferioribus, sicut cum cathedrali.

CAP. XV.

Requisisti † de his, q̄ testator pro anima sua legat in vltima volū

Requisisti.] Diuiditur. Nā primo ponitur quæstio. Secundo generalis solutio: ibi, Et quidem. Tertio specialis: ibi, Sed considerandum. & ibi distinguit quatuor membra, quæ patent in textu. Abbas.

CASVS. Aliquis fecit testm̄, & multa pro anima sua legauit: quæsitum fuit à Papa qualiter illa diuidenda sunt inter episcopum & ecclesiam? Respondet, quod regulariter obtinet, quod eps sm̄ diuersas consuetudines locorum debet habere tertiam uel quartam portionem: sed uidendū est, utrum testator dicat, relinquo illud episc.

† Cap.3. eo. ti. in 3. cōpil. Et de materia uide latè post Barto. p Bartholomæum Socinum in l.ciuibus. ff. de reb. dub. & Petrū de Perusio tracta. de quarta canonica, adde Alexand. cons.196. incip. uiso testamento, in 2. vol.

tate, qualiter sint inter episcopū & ecclesiā diuidenda. Et quidē regulariter verū est, quod episcopus debet de his secūdum diuersas consuetudines tertiā [a] vel quartā [b] portionē habere.

¶ Sed considerandū est diligenter, vtrū testator leget hoc modo; relinquo † istud episcopo: an relinquo istud ecclesiæ vel relinquo illud episcopo & ecclesiæ: [c] an relinquo istud episcopo, & illud [d] ecclesiæ. In primo casu distinguēdū est, vtrū reliquatur episcopo ab extraneo, an à propinquo. ab extraneo generaliter verū est, ꝙ psumitur [e] relictū intuitu ecclesiæ, non personæ: vñ cathedralis ecclesia de illo potest canonicam petere portionē: queadmodū episcopo cōpetit sua portio si aliqd ecclesiæ [f] relinquatur. & hoc verū est, nisi testator exprimat, quod velit illud tātū esse episcopi, [g] nō ecclesiæ. in quo casu seruāda est dispositio testatoris, secus aūt si exprimat, [h] ꝙ velit esse illud tm̄ ecclesię, nō episcopi, quia priuata dispositio testatoris, nō pōt generalem constitutionē canonis [i] immutare. Nec est [k]

† In codice Barbatię: ita relinquo istud epo; aut reliquo istud ecclesiæ. aut relinquo istud ecclesię & episcopo: aut relinquo istud ecclesię, & illud episcopo.

epo, an relinquo istud ecclesiæ: vel. sic, relinquo istud epo, & ecclesiæ; an sic, relinquo istud episcopo, & illud ecclesiæ: in primo casu cum dicit, relinquo isto episcopo, distinguendum est, vtrum relinquatur epo ab extraneo, an à propinquo: si ab extraneo præsumitur relictū intuitu ecclesiæ, & nō personę: vnde ecclesia cathedralis debet habere suam partem, sicut in secundo casu, si aliquid relinquitur ecclesię, episcopus debet habere suā partē: sed istud verū est, nisi testator exprimat, qđ velit istud esse tantū episcopi, & non ecclesiæ: in quo casu voluntas testatoris seruanda est: secus est si dicat, quod velit illud esse tm̄ ecclesiæ, & nō epi: quia priuata dispositio testatoris, nō pōt immutare generalem constitutionē canonis sed huic dicto canon obuiare vr: dicit em̄ canō: si aliquid legatur pontificio ab extraneis, aut cū ecclesia, aut sequestratim: quia ille qui hoc donat, pro remedio animæ suæ donat, non pro commodo sacerdotis: non proprium, sed quasi ecclesię dimissum computabunt: Rñdet Papa illi canoni dicens, quod dicitur in canone, verum est, qñ testator non exprimit, quod velit illud esse tantum episcopi, & non ecclesiæ: & sed hęc exprimit hic testator: & ita nō ꝯtradicit: si veró a propinquo legatur episcopo, præsumitur, quod intuitu personæ, & non ecclesię, nisi contrarium ostēdatur, & de isto ecclesia nihil habebit: si autem relinquatur episcopo & ecclesię coniunctim, canonica diuisio inter eos est facienda. si vero diuisim legauit istud episcopo, & illud ecclesiæ, siue ęqualia siue inęqualia sint relicta: reducenda sunt ad canonicam diuisionem, nisi vtraque pars velit esse contenta suo relicto. si veró testator dicat, lego hoc episcopo, & illa capellis, vel monasterijs: in casu isto, quod legatur episcopo, eius erit precipuum cum ecclesia: sicut si cuilibet alteri legaretur; & de alijs quæ legantur monasterijs, vel capellis, portionem canonicam obtinebit; in fine dicit, si aliqua legantur clericis prælationem vel administrationem aliquam non habētibus, & qui possunt proprium habere: siue relinquatur ab extraneo siue a propinquo; intuitu personæ præsumitur omne relictum, & de illo nec episcopus nec ecclesia aliquid habebit, nisi aliquid in contrarium ostendatur; quæ hic dicuntur, localia sunt, quia nō seruatur hoc generaliter. No quod relictum episcopo ab extraneo, regulariter & generaliter præsumitur intuitu ecclesiæ esse relictum; si autem a propinquo intuitu personæ tamē in vtroque casu probatio admittitur in contrarium. Itē quod obtentu alicuius, quare illi est restituendum, & valet vocari contra nuncios, procuratores, negotiorum gestores. Item voluntas testatoris semper debet obseruari, vbi ius vel aliquis non offenditur. Item soluitur quæstio, cui ab episcopo quæsita cedant. Item relictum priuatæ personæ siue habeat beneficium siue non, semper præsumitur esse relictum intuitu personæ.

a Tertiam.] 10. q. 1. decernimus. & c. de his. & ĵ. de sepul. c. 1. Ber.

b Quartam.] 12. q. 2. nobis concesso. & quattuor. & ĵ. de sepul. cum super. Quãque etiã medietas appellatur. ĵ. de sepul. c. 2. & 10. q. 1. antiquos. [1] In his enim locis consuetudo seruāda est. ĵ. de sepul. ca. certificari. Capitula tamen, quæ dicunt res ecclesiæ diuidendas in quattuor partes, de matricibus ecclesijs loquunt. Vinc.

[1] In quibusdā est locis nihil accipiō ſm Vinc. & Hostien. Io. And.

c Et ecclesię.] coniunctim.

d Illud ecclesię.] separatim.

e Præsumitur.] præsumptione iuris, non de iure. vnde probatio in contrarium admittitur, puta, si longa & magna fuit dilectio. 12. q. 3. c. 2. sed e conuerso si relinquitur a propinquo, præsumitur relictum intuitu personę. ĵ. eo. c. vertic. si vero ecclesię. & s̄. eo. quia nos. 12. q. 3. c. 1.

f Aliquid ecclesiæ.] hoc exemplificat ſm membrum distinctionis. Ber.

g Episcopi.] id est, proprium.

[Gloss. seq. quærit obijciendo, ponit solutionem Laurentij, sed aliter soluit.]

h Secus autem si exprimat.] sed quæ est ratio diuersitatis, qđ quando relinquitur aliquid ecclesiæ tantum, quod episcopus habet inde suam partem; & si relinquatur episcopo tantum, ecclesia nihil habet: cum episcopus sit in ecclesia, & ecclesia in episcopo. 7. q. 1. scire? Lauren. dixit hoc euenire propter iuris impossibilitatem: quoniā ius non offenditur si episcopo legetur tantum, sed si tātum legatur ecclesiæ, secluso episcopo, ex hoc offenditur ius [2] arg. ff. de lega. 1. nemo potest. Vel potest dici, quod nomine ecclesiæ intelligitur episcopus tanquā caput supra de his quæ fiunt a pręla. sine consensu capituli. cap nouit. & cum scribitur capitulo, scribitur decano, qui est caput capituli. supra de concess. prębend. post electionem. sicut qui pręest exercitui, de ipso exercitu intelligitur. ff. de his qui notantur infa. l. 2. ff. quis & a quo appell. l. 1. §. si præses. [3] & appellatione familiæ princeps continetur, ff. de verborum significatio. l. familiæ. Nomine veró episcopi quandoque non intelligitur ecclesia, vt in eo qui renunciauit episcopatui. supra de transla. inter corporalia. & supra de eo qui renunc. episco. c. 1. Et cum aliquid datur ecclesiæ, nullæ personæ determinatæ intelligitur dari. ergo episcopus inde habere debet partem, cum sit caput ecclesiæ: sed cum relinquitur tm̄ episcopo intuitu tm̄ personæ, ipsius relictū intelligitur: & ideo ecclesia nihil inde habebit, imó episcopus inde potest facere testamentum. s̄. eod. quia nos.

[2] Hoc est ꝙ quęrit, quare ius offendit in vno, & nō i alio. Ioan.

[3] al. est ver. sub §. solēt. vide de app. dilecti. vl. in fin. vlti. glo. Ioan. And.

i Constitutionem canonis.] 12. q. 3. pontifices. argum. 10. q. 1. sic quidā. & 16. q. 1. ad hoc. sic nemo facere pōt ꝙ in testamento suo leges locum habere non possint. ff. de leg. 1. l. nemo pōt. ff. de pact. inter debitorem. & l. ius publicum. ff. ad l. Fal. quod de bonis. 1. respon. C. de condi. inser. l. 2. s̄. de fo. compe. si diligenti. ĵ. de sent. ex com. contingit. & ĵ. eo. tua.

[Glo. seq. distinguit inter legata & donata, & allegat contrarium.]

K Nec est.] hic respondet tacitæ quæstioni, quæ posset fieri per canonem illum 12. quæst. 7. pontifices. cuius verba hic ponuntur; & hæc distinctio sumitur ab illo canone, & licet relinquatur episcopo sui pro-

R. valuit liiij. omnibus cōputatis, in quibus Clera mater ipsius habuit tertiam partem, scilicet xviij. quę tertia deducebatur iure Longobardorum. modo remanent xxxvj. in quibus Adelasia vxor ipsius R. habuit similiter tertiam partem, scilicet xij. quę tertia similiter deducebatur iure etiam Longobardorū: modo remanent xxiiij. sed in illis xviij. quę sunt tertia pars Cleræ, habuit Alterocha tertiam debitam iure naturæ, in qua grauari non potuit. quę tertia sunt tria, quæ ambæ neptes de iure cōi pro legitima habere debebāt tertiam partem de xviij. quæ sunt sex, & sic quælibet tria, & tātum habuit Alterocha in tertia Cleræ: modo remanent tutori pro adiecta xv. de tertia Cleræ tam iure naturę, quam ratione donationis. Itē in duodecim, quæ sunt tertia pars Adelasiæ, eodem modo habuit Alterocha tertiam debitam iure naturæ, s. duo: quia tertia pars de duodecim, sunt quatuor quorum medietas sunt duo, pro Alterocha, & reliqua duo pro sorore sua adiecta tutor habet decem, in ista tertia Adelasiæ, tam propter ius naturæ, quam propter venditionem residui: habuit ergo Alterocha in tertia Cleræ & Adelasiæ quinque, & ita sententia retractatur. tutor verò habuit in illis tertijs viginti quinque, quia quindecim habuit tertia Cleræ, & decem pro tertia Adelasiæ; quæ omnia sunt viginti quinque. Item in vigintiquatuor, quæ remanebant pro hæreditate R. quælibet soror habebat suam tertiam debitam iure naturæ. quæ est quatuor: modo Alterocha potest sibi computare pro domo, horto, & dote, illa quatuor pro sua legitima, si tantum ualuerint: & tutor pro adiecta tantum recipiet, scilicet quatuor: modo remanet hęreditas R. sexdecim, i. quæ restituenda sunt Alterochæ: tamen tutor extrahet inde quartam per Trebellianum, scilicet quatuor: & hoc verum est quando nihil est in fructibus; quia si aliquid est in fructibus, tutor extrahet Falcidiam tantum pro rata, fructibus computatis in ea: & residuum dabitur Alterochæ, & ita remanēt duodecim pro hæreditate R. extractis legitimis, & quarta per Trebellianū, & illa duodecim reddenda sunt alterochę: habuit ergo alterocha duodecim ex hæreditate R. quæ erant vigintiquatuor, extractis tertijs matris, & auiæ: & quatuor habuit pro sua legitima in illis vigintiquatuor, ecce xvj. & habuit ex tertij matris & auiæ, V. quæ omnia sunt xxvj. quæ xxvj. tantum habuit Alterocha: tutor verò habuit ex tertijs Cleræ, Adelasię vigintiquinque, & quatuor ex hæreditate R. pro legitima Adiectæ, quatuor per Trebellianum, quæ omnia trigintatria; modo adde vigintiunū, sunt quinquagintaquatuor, & hęc est tota hæreditas R. & sic est plana decretalis ista. No. quod tutori dato in testamento, potest testator præcipere, ut sic de reb. suis disponat. Item sic fit lis cum pupillo, tutor conuenitur. Item sententia fertur in personam tutoris. Item iudex appellationis potest in quibusdam sententiam confirmare, & in quibusdam infirmare. Itē a tempore litis contestatæ dicitur quis esse in mora, ut hic uidetur posse colligi. Item pater non potest priuare filium quarta legitima, vel etiam in ea grauare.

† cętera, habent vetusta exemplaria. in recentioribus certa, legitur, mēdose vt puto.

Cleram & vxorem nomine Adelasiam,[a] in extremis positus condidit testamētum: Alterochæ filiæ puberi vltra dotem quam ei dederat, domū & quendam hortum in eodem testamento relinquēs,[b] Adiecta verò impuberi reliquit cætera † bona sua adijciēs, vt Alterocha, & soboles, quā gestabat in vtero, eidem impuberi succederent, si absque liberis[c] moreretur. Mortuo itaque testatore, tutores impuberis eam cum omnibus bonis eidē relictis a patre, iure Lombardo † cuidā

† Ita in antiquis. sed in recentiorib. Lōgobardorū, legitur.

a Et vxorem nomine Adelasiam.] matrem puellarū de quibus sequitur. Hæreditas Raynutij valuit quinquagintaquattuor cōputatis dote, domo, & horto, in quibus Alterocha fuit instituta hæres.

[Glo. seq. recitat per tres quæst. an necesse fuerit relinqui filiæ puberi: & an iure institutionis, & an institutus in certa re, &c.]

b Relinquens.] si nihil sibi in testamento reliquisset, non valuisset testm̄. C. de inoffi. testam. omnimodo, & l. seq. & tam dotem q̄ legatum computabit in legitima. C. eo. tit. q̄m. & l. si q̄n. & l. generaliter, & si nō sufficeret, agere posset ad supplementum, ut in l. prædictis. & C. eo. tit l. quoniam nouella. & l. si quando. §. generaliter. Et quod dicit, relinquens, intellige quod instituit eam hæredem sibi in illis rebus: alias nō valuisset testamentum iure nouissimo: 1 Auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoque, & §. hoc autē, coll. 8. & in Auth. de triente, & semis. §. frequenter, coll. 3. concordant p̄dictis legib. veteribꝰ, sed stādū est illi Auth. ut cum de appel. cog. tanquam posteriori. C. de inoffi. testam. sunt illæ duæ authenticæ. 2 Et tales qui in certis reb. instituuntur, loco legatarij habentur, nec tenentur creditoribus. C. de hæred. insti. l. quoties.

1 De hoc plenius J. eo. ti. c. 1. lib. 6. in gl. nunquid Io. And.

2 Vna incipit, nouissima, & habetur C. de inoffi. testa. altera incipit, non licet. & est C. de liberis præter.

ADDITIO. Et si nō sufficeret, agere posset ad supplementum, ut in legibus prædictis.

[Glo. seq. habet duas partes. prima tractat distinctionem institutionum, &c. Secunda pars ponit tria, primū an remitti possit fideicommissum: an rogatus alienet: & quid de illo, qui se obtulit monasterio.]

c Si absque liberis.] ex 3 hoc vſ, quod hæc substitutio fuerit cōmpendiosa, s. quandocūque decederet sine liberis, ei succederet soror cum sobole. Vñ nota, quod est, q̄dam substitutio vulgaris, quædam pupillaris, quędam exemplaris, quædam compendiosa; & tales substitutiones dicuntur directæ. Item est & fideicommissaria. 4

Substitutio 5 vulgaris est: quæ ab omnibus vulgaribus fit, & fit sub hac forma: Instituo te hrd̄ē: & si tu n̄ eris hæres, ille sit hæres. Inst. de vulg. subst. in prin. & expirat adita hr̄ditate. C. de impub. & alijs subst. l. post aditā. Pupillaris est, q̄ fit talibus verbis: Filius meus mihi hæres esto, & si tu non eris hæres, vel si eris hæres, & infra tempus pubertatis decesseris, ille sit hæres. Insti. de pupil. subst. in prin. Hæc autem expirat adueniente pubertate. Inst. eo. §. masculo. & ff. de uulg. subst. in pupillari. Exemplaris, est quæ fit ad exemplum pupillaris, quæ fit furioso in his verbis: si filius meus decesserit priusquam peruenerit ad sanam mētem, ille sit hæres. C. de impub. & alijs subst. l. humanitatis. & Instit. de pup. subst. §. 1. hæc similiter expirat eo redeunte ad sanā mentem. Insti. de pupil. substit. §. qua ratione.

Compendiosa fit talib. verbis. Qñcunq; filius meus decesserit, ille sit hęres C. de impu. & alijs subst. precibus. Fideicommissaria dicitur quę fit sic: Instituo te hęredem & rogo te ut hrd̄itatem restituas Titio tali die, vel sub tali conditione, s. si decesseris sine filijs: & ita substitutio pōt fieri per uolo. mando, vel rogo. & hæc substitutio pōt fieri à quocunque, & cuicunque ante pubertatem, & post, Inst. de pupil. subst. §. vlt. ff. de vulg. subst. l. cohæredi. §. cū filiæ, talis fuit substitutio ista, & substitutio vulgaris expirat, q̄ cito adita est hr̄ditas. C. de impub. & alijs subst. post aditā pupillaris statim expirat post tempus pubertatis, Instit. de pupil. subst. in prin. & ff. de vulg. subst. in pupillari. hęc fuit fideicōmissaria substitutio, siue precaria in casu huius decretalis Ioan. Et hoc incertum conditionis potuit soror remittere sorori, licet sit contra voluntatem testatoris. C. de pact. l. 1. & l. cum proponas. & hoc propter remouendum uotum captandæ mortis. C. de transactio. de fideicommisso, nec potest alienare taliter grauatus. C. comm. de leg. l. vlt. §. sed quia nostra. & §. sed in omnibus. & in Authen. ibi posita, res quę. nisi in casibus in Auth. ibi positis. libertatem tamen præstare potest pre-

3 Hæc glossa deprauata est in vulgatis codicibus cū suos restituimus ex antiquis exēplarib. Idē p̄stitimus in ceteris.

4 Et hęc est indirecta, & alia reciproca vſ breuēloqua. C. de impub. & alijs subst. l. precibus.

5 De substitutione vulgari, & cæteris substitutionibus, & cur ita appellētur, & quo, ac quibus verbis fiant, tradit Accursius in §. qua ratione. verbo ad exēplū. Inst. de pupil. substitu. & ibi plenissime Doctores.

tio soluto.ff.ad Trebell.quidam.§.vlt.nec diceretur mori sine liberis,si monasterio dederit se & sua,§. de probat.in præsentia.vbi de hoc.Vinc.

ADDITIO Aduerte quod vltra illas species substitutionis,est vna,q̄ vocatur breuiloquia. quia breuib. verbis fit,&.sub verborum breuitate continet multas substitutiones : Aliqñ duas vulgares tm̄,vt si duobus hæredib. institutis dicat,uos inuicem substituo: Aliqñ duas pupillares tm̄, vt qñ fit duob.impuberibus exhæredatis : Aliqñ duas fideicōmissarias tm̄,vt qñ fit in codicillis,ut l.Scæuola.ff. ad Trebell.Aliqñ continet quattuor: duas vulgares, & duas pupillares, vt qñ fieret duobus impuberibus institutis, & in potestate cōstitutis,ut l.iā hoc iure. & l. Lucius. ff.de vulg.& pup.Aliqñ continet sex, ut si dico:filios meos impuberes instituo : & eos inuicē substituo si decesserint,in pupillari ætate, vel qñcunque: nam hæc continet duas uulgares, si non adeatur hæreditas,& duas pupillares si decesserint in pupillari ætate, & duas fideicōmissarias si decesserint postea. Aliquando cōtinet octo, vt si quis hr̄et duos filios impuberes mente captos, & eos institueret uel substitueret per hæc uerba,si decesserint in pupillari ætate,vel post dementiam, vel aliàs quandocunque,inuicem substituo : nam tunc continet duas uulgares,duas pupillares,duas exēplares, & duas fideicommissarias:& sic octo, meritò rectè dicitur breuiloquia.appellatur etiam reciproca quasi repetita. ff. de vulg.& pup l.iam hoc iure. Notandum tamen quod hæc substitutio non est propriè substitutio per se, sed est quædam adiectio substitutionis:nam sub se continet vulgares,pupillares,exemplares, & fideicommissarias, vt clare patet per supradicta. uerba sunt Bartoli in l. Lucius.ff.de vulgari & pupillari. De materia substitutionum est bona gloss.Insti.de pupill.substit.§. qua ratione.

¶al. ita : dicta bona cōdam Ranutii,&c.

ª Per hūc §. & §. seq. dicas idem si simul decessissent mater & filius: nec apparet quis prius : præsumit. n. filius præmortuus : & hoc uerū si erat impubes: secus cum pubes erat, ff. de reb. dub. qui duos, in fine.& l. cū pubere. & l. seq.Io. And.

tæ percepti a prædicto Petro & filijs eius.

ADDITIO. Hoc non est necessarium,quia nihilominus possunt conueniri hæredes lite non contestata.

e Suscitata.] ³ non dicit orta,sed suscitata:quia Petro viuente fuit orta:suscitare est ortum aliquid mortuum reuiuiscere.

³ Neq; hæc glossula habetur in antiquis codicib.

[Glo.seq.obijcit,& soluit.

f Vel substitutionis.] sed vr̄ quod istud petere non potuerunt : quia substitutio euanuit statim post tp̄s pubertatis,quia pupillaris videretur fuisse substitutio. Dico qd̄ non, quia substitutio facta talibus verbis q̄, docunque iste decesserit sine liberis, substituo Alterochā: in hoc casu etiā post tp̄s pubertatis tenet substitutio,q̄a illud verbū,substituo,trahitur ad fideicōmissariā substitutionem,ff.ad Trebe.l. Scæuola, si autē substitutio fuisset facta talib.verbis, si Adiecta non sit hæres, Alterocha sit hæres. Vel sic, qñcūq; Adiecta filia mea impubes decesserit, ei Alterocha sit hæres:tūc nisi Adiecta decederet infra pubertatē, Alterocha non succederet ei,nisi testator fuisset miles.ff.de vulg. substit. l. Centurio. & l. verbis.& C.de im pu. & alijs sub.l.p̄cibus, quia talis substitutio non potest fieri nisi a milite,vt in l.Centurio.vel dicas, vt dictum est in notula ex hoc q̄ hæc fuit fideicommissaria substitutio,ut innuit hæc littera tanquam ex causa fideicōmissi uel substituti.Io.

b Qui dari profitentib.] nota quòd est habitus 1 ꝓfessionis, qui votum hēt annexum, & eo ipso quòd q̄s talē habitū recipit, monachus efficit, & per talē habitum intrādo religionem sollemnizat votum, quare postea reclamare non potest ex quo cœpit cum alijs canere, & de tali habitu loquitur hic. & sic potest intelligi, s. eod. vidua. & 27 dist. quod interrogasti. & 27. q. 1. vidua. & 20. q. 1. quem progenitores, & talis habitus impedit & dirimit matrimonium, 27. q. 1. c. 1. Item est habitus probationis, qui differt ab habitu professorū, vt hic in fi. dr, & talis habitus nō obstat, quo minus possit redire ad seculum infra annum ante factam professionem, vt hic dicitur: & supra eod. consulti. nisi euidēter appareat, quòd voluit seculum mutare vt statim dicit. Sed pone: clericus est in probatione: nunquid expectabit episcopus vsque ad tempus probationis, vt conferat 2 beneficiū: cū ecclesia uacare nō debeat ultra sex menses. s. de conces. præb. nulla? Dicit Io. ꝙ si auctoritate episcopi recessit, videtur ei dedisse licentiam vsque ad tempus probationis: si verò sine licentia recessit, tunc poterit eum legitimo tēpore elapso, priuare. Vel dicas, ꝙ si euidēter appareat ꝙ voluit absolutè mutare seculū, statim pōt beneficiū illius eps cōferre: si verò non constet de hoc, tūc vr̄ ꝙ eps teneat ipsum expectare, vsque ad tēpus probationis: cum habeat illud tempus à iure ille conuertendus: supra eodem, ad Apostolicam, & dicit decretum, quod licentiam ab Apostolo datam nemini auferre possumus. 28. distin. de his. si iudex minus tempus dederit, quam sit statutū à lege, suppleretur a iure ff. de re iudica. l. 4. §. si quis, quia videtur iusta de causa abesse: vnde non debet priuari. supra de cleri. non resi. inter quattuor. & capit. vltimo. Verius tamen videtur, quod si episcopus non vult eum tantum expectare, & ecclesia propter huiusmodi absentiam damnum incurrat, debet eum citare, vt redeat, vel vt profiteatur: & si ad terminum non redierit, potest ordinare ecclesiam per iura proximè allegata: nec credo illam esse iustam causam expectandi, quia priuata vtilitas non debet præferri communi vtilitati. supra eo. licet, supra de postul. prælat. cap. 3. Idem credo seruandum, si alter sponsus intret religionem, & infra certum tempus profiteatur: alioquin compellitur redire ad sponsam: quia & ibi periculum imminet fornicationis: infra de conuer. coniug. ex publico. argumen. supra vt lit. non contesta. quoniam frequenter. §. satis posset dici, quod episcopus non posset illum priuare vsque ad tempus statutum, & interim faciat deseruiri in ecclesia per alium cui prouideat de bonis ecclesiæ. argum. supra de appella. peruenit. 2. & supra de cleri. non resi. cap. pen. secus in muliere cui consuli interim non potest. hoc æquius videtur fauore religionis. summa enim est ratio quæ pro religione facit. ff. de relig. & sumpt. fune. sunt personæ. Bern.

2 Hæc quæstio iā est hodie declarata per decisionē Pontificiā in c. beneficiū. de regularib. li. 6.

† al. ita: & in religione ꝑpetua.

† Vide l. si qs in cōscribendo. C. de pac. B. r in l. lecta. ff. de re iudi.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

c Nisi euidēter appareat.] & hoc vr̄, quòd q̄ simpliciter intrat religionem, dum tñ non faciat professionem, vel non recipiat vestes, quæ profitentibus cōceduntur, licet nullam faciat protestationē, quòd semꝑ possit redire ad pristinū statum infra annū, & sic præsumitur, quòd conditionaliter voluit experiri obseruātiā regularē,

nisi

nisi appareat euidenter, quòd seculum mutare voluerit. Sed qualiter apparet, quòd hoc voluit? Dico, quòd si renunciauerit seculo expresse, vel si aliud dicat vel faciat, per quod voluntas eius appareat; vel si statim recipiat vestes, quæ tantum dantur profitentibus. sed si nihil dicat, vel faciat, non apparet euidenter 1 quod voluerit mutare. infra. qui cle. vel vouē consuluit, optime facit; & sic pōt intelligi s̄ eo. cō sulti. & sic non præsumitur pro religione, si voluerit redire ad pristinū statū; quia non est veri simile, quod sit immemor suæ saluris. 1. q. 7. sancimus. & quod ei sit credendū. est arg. de rap. cū causa. & ita nō præsumitur pro religione vbi simpliciter intrauit, ex quo vult ante annū exire; imo præsumimus, quod cōditionaliter habitū assumpsit: sic ergo debet apparere, quod voluerit seculum mutare, quod patet ex eo, quod dicit, cum quilibet valeat renunciare ei, quod pro se, &c. & ex eo quod dicit s̄. eo. consulti. in fi. propositū suū in principio protestetur, scilicet quod vult seculū mutare, hoc expresse dicēdo: in contrariū tamen cōsueuit ibi dici, prout dixit ibi Io. & sic intelligimus hodie illam decretalem secundum istam.

a A professorum habitu discernatur.] & sic patet, quòd alius est habitus professionis: & alius habitus probationis, siue nouitiorum, vt dicitur supra, vt per hoc appareat, qui sint professi, & qui non. a Ber.

cantur vestes, quæ profitentibus conceduntur, vt nouitiorum habitus† à professorum habitu discernatur. a

¶ Idem.

¶ Religiosi fugitiui annuatim sunt requirendi, & cogendi, vt ad monasterium reuertantur.

CAP. XXIIII.

NE † religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrāt, & sanguis eorum de prælatorum manibus requiratur: b Statuimus, vt præsidentes capitulis celebrandis, secundum statutum Concilij generalis, c † seu patres Abbates, seu Priores, fugitiuos† suos † & eiectos de ordine suo, requirant sollicitè annuatim. Qui, d si in monasterijs suis recipi possunt, secundum ordinem regularē, Abbates seu Priores eorū, monitione præuia † per censuram ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salua ordinis disciplina. e Quod si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra prouideāt, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo f fieri poterit, † alioquin in alijs religiosis domibus eiusdem ordinis, ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitę necessaria ministrētur. g ¶ Si verò huiusmodi fugitiuos vel eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicēt; & tamdiu faciant ab ecclesiarum prælatis excommunicatos publicè nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur.

TITVLVS XXXII.

De conuersione coniugatorum.

¶ Alexander tertius Vbergen. † episcopo.

¶ Si vir de vxoris licentia profitetur, & vxor ipsa suspecta nec continentiam voueat; nec religionem ingreditur episcopus vxori virum restituet. hoc dicit iuxta literam.

NE religiosi.] Diuiditur. Primo constitutionis causa ponitur. Secundo constitutio submittitur, ibi, Statuimus, quæ duo facit: Primo prouidet, circa eiectos & fugitiuos. Secundo circa inobedientes: ibi, Si verò. Abbas.

CASVS. Cum prælati corrigere teneantur subditorum excessus, & oues vagabundas reducere ad ouile, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur: statuit Papa Gregorius, vt præsidentes capitulis celebrandis secundum statutum concilij generalis, siue Abbates aut Priores requirant fugitiuos suos & eiectos de ordine suo, solicite annuatim, reducēdo eos ad claustrum, ne vagabundi discurrant in animarum suarum periculum: & si in monasterijs suis recipi possunt, compellantur Abbates seu Priores eorum, vt eos recipiant salua ordinis disciplina. Si autem regularis ordo hoc non patitur prouideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, vitæ necessaria talibus ministrentur, si absque graui scandalu fieri potest; alioquin in alijs domibus eiusdem ordinis prouideatur eisdem: si autem ibi fugitiui inobedientes extiterint, excommunicentur, & tamdiu ab ecclesiarum prælatis excommunicati publicè nuncientur, donec ad mandatum suorum prælatorum humiliter reuertantur. No. quòd monachi vagabundi reducēdi sunt ad monasterium suum, ne dānabiliter euagentur.

b De prælatorum manibus requiratur.] & ita prælatus tenet de facto subditi, nisi eum correxerit. s. de offi. or. irrefragabili. & i de statu regula. cum ad monasteriū ad finem. & 43. dist. Ephesijs.

c Concilij generalis.] quod habes infra de statu monac. in singulis.

d Qui.] scilicet præsidentes, vel Abbates.

ADDITIO. Vel dic & melius: qui, scilicet, fugitiui, & eiecti.

e Salua ordinis disciplina.] hoc est dicere, imposita eis pœnitentia, secundum quod regula illius ordinis requirit & præcipit.

f Si absq; graui scādalo.] nihil omnino cum scandalo faciēdum est. supra de tēpor. ordi. ad aures. supra de præscrip. nihil prodest. & væ homini illi, per quem scandalum venit. infra de no. oper. nunciа. cum ex iniuncto. Ber.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

g Vitæ necessaria ministrentur.] & quis ministrabit ei necessaria? Abbas prioris monasterij, vel secundi? Credo, quòd Abbas prioris monasterij 3 vt si aliquid habeat de suo prouideat ei de illo. 16. q. 6. de lapsis. & etiam si non habuisset aliquid, prouidebit monacho suo tempore pœnitentiæ, alias monasterium illud secundum quare grauaretur?

DE CONVERSIONE CONIVgatorum.

¶ Supra visum est de regularibus in genere, sed quia coniugati quandoque intrant monasterium, & dubitari posset de eorum ingressu, ideo ad clariorem doctrinam auctor posuit speciale n rubricam.

De hac materia habetur 33. quæst. 5. & 27. quæst. 2. cap. sunt qui, cum duobus cap. seqq. & conuenit j. de rapt. cap. pen. Abbas.

† Dictio, habitus, deest hic in pluribus antiquis exēplarib.

1 Quæ sint euidentia signa, quibus appareat, quod seculū mutare voluerit, plenius prosequitur hic, Ioan. And.

† De materia præter doctores hic, vide Ancharanū in cap. cū in ecclesijs. de maior. & obed.

† Lateranē. sub Innoc. iij. c. 12.

† Quis dicatur fugitiuus vide ff. de ædil. edi. l. quis sit fugitiuus.

† Dictio, suos, deest in antiquis codicibus: & redundare docent sequentia, videlicet illa, de ordine suo.

† Præmissa.

a Aliàs difficile discernerentur, sicut difficile discernit liber à seruo ff. de contra. empt. quia difficile secundum Vinc. Io. Andr.

† Vide l. sq. si fimum. ff. de vsufr. & l. 1. h. oleum. cum notatis. ff. de dona.

† Vrbergen. Helien. Vercell.

3 Argumentum est pro hoc in l. si reus. C. de quæstioni.

PRaeterea.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Dicimus. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam laicus praesentibus sacerdotibus & monachis, ignorante epo, de licentia & permissione vxoris monasteriũ intrauit, & professionẽ fecit, vxore in seculo remanẽte, nec transeunte ad religionem, aut continentiã vouente: quęritur, vtrũ laicus ille possit ab epo suo ad torũ vxoris de monasterio reuocari; an illa debeat cõpelli ad continentiã obseruãdam? Respõdet Papa, quod vir põt & dẽt de monasterio reuocari, nisi vxor ad religionem transierit, aut castitatẽ perpetuo seruare promiserit: cũ sit illius aetatis, quod sine suspicione non possit in seculo remanere. No. quòd alter coniugum non potest ad religionẽ transire altero in seculo remanente, nisi castitatem seruare promiserit.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cõp. & post Cõcilũ Lateran. sub Alexan. iij. p. 5. c. 4. Et de materia vide Turrecrem. in c. quod Deo. 33. quęst. 5. & Dominicũ Sotũ lib. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 4.

CAP. I.

PRaeterea, a † vtrum laicus vxoratus, qui praesentibus sacerdotibus & monachis ignorante episcopo, de licentia & permissione vxoris, monasterium ingressus professionem fecit vxore in seculari habitu remanente, nec trãseunte ad religionẽ, aut perpetuam cõtinentiam vouente, ab episcopo suo possit ad torum reuocari vxoris, an illa compellenda sit continentiam obseruare: Dicimus, quòd nisi vxor ad religionem transierit, b aut perpetuo castitatem seruare promiserit: c vir, potest & debet de monasterio reuocari. d

¶ Idem Salernitano Archiepiscopo.

¶ Ante matrimoinum consummatum potest alter coniugum, etiam altero inuito religionem ingredi; sed remanens in seculo potest ad secunda vota transire.

a Praeterea.] supple quaesiuisti.

b Transierit.] cum non possit esse in seculo sine suspicione turpitudinis. 27. q. 2. scripsit. & ex sunt qui dicunt.

c Promiserit.] manendo in domo propria, si est senex. j. eod. cum sis. & c. ad Apostolicam.

[Gl. seq. alleg. tria iuta pro cõcor. & duo pro contrarijs, & sol. distinguendo. ponit opi. Iterum signat aliud contrarium, & soluit.]

d Reuocari.] sic patet. 1 quod non sufficit vxoris licentia, vt vir possit intrare monasterium. sic j. eo. ex parte 1. 33. q. 5. notificasti. & j. eo. coniugatus. Sed contra, 33. q. 5. qui vxorem. 27. q. 2. Agathosa. Solu. Dicas, quod si talis est vxor, quae non possit esse in seculo sine suspicione fornicationis, non sufficit sola licentia vxoris, nisi & ipsa similiter conuertatur: quo casu haec decretalis potest intelligi, & omnia similia. Si verò senex est, sufficit sola licentia interueniente auctoritate episcopi, & ipsa voueat, & remaneat in seculo. inf. eod. cum sis. & cap. ad Apostolicam. & cap. vxoratus. & in casu isto intellige illa iura, quae videntur dicere, quòd alter coniugum potest ad religionẽ transire de consensu vxoris, ea in seculo remanente. Alij volunt dicere quòd sufficit vxoris licentia infra eod. ex parte, & cap. consuluit, & in hoc cap. loquitur de licentia extorta, vel quia fuit iuris ignara sed tene primum. Tancred. Item signatur contra. j. eo. veniens. Sol. illa fuit fornicata, & ita obstabat ei exceptio fornicationis. sic 27. quaest. 2. Agathosa. Ber.

1 De materia huius glossae vide quos paulo ante citaui.

VErum.] Primo ponit dictum. Secundo ipsius rationem: ibi, Quia. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd si aliqui per consensum mutuum de praesenti matrimonium contraxerint, antequam sint carnaliter coniuncti, Potest alter religionẽ intrare altero inuito, sicut quidã sancti de nuptijs vocati fuerunt: & ille, qui remansit in seculo, poterit matrimoniũ contrahere, cum nõdum sint vna caro effecti. Nota, quòd ante carnalem copulam potest alter cõiugum altero inuito intrare religionem.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cõp. Et post concil. Lateran. par. 5. cap. 1. Decisionem huius decretalis, valide tenet Sotus ab impugnatione haereticorum. li. 4. sen. d. 27. q. 1. artic. 4. Adde Turrecrematam in c. feriatim. 32. dist.

CAP. II.

VErum † post consensum legitimũ de presenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante eligere monasteriũ, e (sicut f sancti quidam de nuptijs vocati fuerunt) dummodo carnalis cõmistio non interuenerit inter eos: & alteri remanenti (si commonitus continentiam seruare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Quia cum non fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deũ transire, & alter in seculo remanere. g

¶ Idem Pisano Archiepo.

¶ Qui inuita vxore professionem fecit & ei postea restituitur, non compellitur mortua vxore ad monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.

CAP. IIII.

QVidã † intrauit monasterium inuita vxore: qua ipsum repente coactus est ad eam redire; ea mortua, quaeris

[Gloss. seq. signat contrarium, & remittit.]

e Monasterium.] 27. quaest. 2. desponsatam. infra eod. ex publico. argument. contra infra de spon. commissum. ibi soluitur. Ber.

f Sicut sancti quidam.] sicut beatus Macharius & Alexius. 27. quaest. 2. cap. scripsit. §. ecce.

[Gl. seq. ponit opi. quam reprobat Io.

g Remanere.] & cũ alia contrahere. j. e. ex publico. Et dicũt quidam, quod nihilominus remanet vinculũ prioris matrimonij, sed prorsus inefficax propter ingressum: & sic habebit duas vxores, sed non obest tale vinculum. arg. de cõsec. dist. 4. c. 2. Sed contra eos facit 31. q. 1. quomodo virginibus. & j. de diuor. gaudemus. Vnde primi matrimonij vinculũ soluitur per ingressum religionis, vt in auth. de sanct. §. si vero constante adhuc matrimonio coll. 9.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cõp. Et post cõcilũ par. 5. c. 2. vide glos. in c. mulier. 33. qõ. 5. & ibi doctos.

QVidam.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Consultationi. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam intrauit monasterium vxore inuita, coactus est ad eam redire: tandem mortua est illa: quaeritur, vtrum debeat compelli ad monasterium reuerti, an possit aliam accipere vxorem? Respondet Papa, quòd votum non tenuit: vnde ratione voti ad monasterium non tenetur redire: tamen alterius non poterit vxorem accipere, quia promisit se non exigere debitum carnis: quod fuit in eius potestate, & quantum ad hoc tenuit votum: sed non reddere, non erat in potestate viri, sed vxoris; vnde dicit Apostolus: Vir non habet potestatem sui corporis: sed mulier, & econuerso. Nota, quòd alter coniugum altero inuito ad religionem transire non potest. Item votum ex parte tenet, & pro parte non tenet. Item votum meum obligat me, ad id quod in me est. Item mutuam seruitutem sibi debent vir & mulier, ex quo sunt vna caro effecti.

[Glo.

[Glo. seq. signat contrarium, & remittit.]

a Votum non tenuit.] plene, tenuit tñ quo ad ea q̃ erant in eius potestate, scilicet non exigere debitum carnis: quod in ipsius fuit potestate, sic ĩ. eo. placet. vnde compellitur continere, sed non compellitur ad monasteriũ redire, vt ĩ. eo. placet. Arg. ɔ. ĩ. e. ex parte. & c. consuluit. vbi compellitur ad monasterium redire. sed ibi soluitur.

b Non tenetur.] id est non debet ab ecclesia compelli, ipse tñ peccat si nõ ꝑficit qd vouit, ex quo impedimentum cessauit. arg. 17. q. 2. nos nouimus Ber.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Secundo quærit. ponit opin. Tan. cõtrariam, quam approbat, & alternatiuè reuertitur ad primã. Tertio quærit, soluit distinguendo, sol. opponit, & respondet.]

c Nõ exigere.] hic ĩ. eo. placet. Sed hæc ratio nõ videt bona: sic enim beata Maria 1 contrahere non debuit, cũ proposuerit se non exigere 27. q. 2. beata Maria. & tñ legitime ɔxit, vt ibi dr. Rñdeo immo bona est hæc rõ, quia post tale votum ɔhere non debuit, ꝑ ꝑ ꝑnitatem quam hẽt exigendi debitum. & qd dr̃ d̃ beata Maria hoc fecit ex reuelatione diuina. Sed pone quod ɔhat, quid erit? Tancredus dixit, ꝙ tenet matrimonium: quia votum non fuit sollemne. arg. ĩ. qui cleri. vel vo. rursus. Alij dicunt, ꝙ non tenet matrimonium, & debent separari. ĩ. eo. ex parte & c. consuluit, & hoc verius vr̃. quia quantum ad continentiam seruãdam, satis sollemnizauit ipsum votum per suã ꝓfessionẽ. Vel si uis dicere quòd matrimonium teneat, ipse tñ debitum ab vxore exigere non debet: quanquam reddere debet exactus: quia faceret ɔ conscientiam. ar. s̃. de restit. spol. litteras. & ĩ. de sen. excõ. inquisitioni. Itẽ quæritur vtrum mulier possit intrare monasterium in casu isto inuito. Hic põt distingui, an sit reconciliatus ei, & eductus de monasterio, & tunc non põt eo inuito intrare. ar. 33. q. 5. quod Deo pari. si verò non est reconciliatus ei, potest transire ad religionem eo inuito. 27. q. 2. Agathosa. & 33. q. 5. qui vxorem. Sed vr̃ ꝙ non obstante eo ꝙ est reconciliatus; ꝙ ipsa possit intrare religionem eo inuito: quia ipse iam non potest ab ea exigere debitum: & sicut ille ea inuita renunciauit exactioni debiti coniugalis, ita & ipsa eo inuito põt renunciare seruituti, quam habet in ipsum. Hoc uerum est quantum ad huiusmodi seruitutem: quia & ipse debet ad monasterium redire vbi fecit professionem. ĩ. e. placet. quo ad alia tamen quæ vir debet vxori, & econtrario, non vr̃ ꝙ viro inuito possit transire, postquam illa eduxit eum de monasterio, & ei est reconciliatus: quia non solum tenentur coniungati ad debitũ carnale reddendum, sed ad mutuum auxilium & obsequium: quia in quibusdam matrimonium est legis obsequium, 27. q. 1. nuptiarum. Ber.

1. Cor. 7.

1 De hoc articulo vide B. Augustinũ li. 24. ɔ Faustum Manichæũ c. 8. & 9. magistrũ li. 4. sen. dis. 30 §. pmissis aliqd addendũ. & ibi Sotũ q. 2. art. 1. & 2. vbi late d̃ mr̃monio B. Virginis.

† Cap. 4. eod. ti. in 1. com. Et post cõci. Lateranẽ. par. 5. c. 23.

Et de articulo huius c. vide Turrecrematã in ca. sunt q̃ dñt. 27. q. 2. i fin.

an ipse cogatur reuerti ad monasterium, an aliam possit ducere in vxorem? Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd votum a non tenuit: vnde ratione voti ad monasterium non tenetur b redire: vlterius verò non poterit vxorem accipere: promisit enim se non exigere c debitum, quod in eius potestate erat: & iõ quo ad hoc votum tenuit: non reddere autem, non erat in eius, sed mulieris potestate. vnde Apostolus: Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier.

¶ Idem. Exoneñ. episcopo.

Vxoratus religionem intrare non potest, nisi etiam vxor ingrediatur: vel nisi suspecta non sit, & continentiam promittat. hoc dicit. Et est vnum caput de principalioribus tituli.

CAP. IIII.

Cum † sis prædictus scientia literarum, ignorare non debes, sanctorum Patrum constitutioni d esse contrarium, vt vir vxore sua, aut vxor viro eius † non assumente religionis habitum, debeat ad religionem transire: & infra: ¶ Inde est quòd auctoritate Apostolica prohibemus, ne in episcopatu tuo, virũ vel vxorem (nisi vterque ad religionem migrauerit) transire permittas. Verum si ita vxor senex est & sterilis, e quòd sine suspiciõe f possit esse in seculo, dissimulare g poteris, vt ea in seculo remanẽte, & castitatem promittente, ad religionem transeat vir eiusdem.

¶ Idem Strigon. & Colon. † Archiepiscopis.

¶ Coniugatus nõ est ordinandus ad sacros ordines, nisi vxor continentiã promittat.

CAP. V.

Coniugatus: † & infra. Nullus cõiugatorum est ad sacros h ordines promouendus: Nisi

Cum sis.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Inde est. vbi ex genere præmisso infert speciem. Abb. Sicu.

CASVS. Præcipit † suo Papa epo Exoneñ. ne in epatu suo, permittat uirum vel vxorẽ ad religionem transire, nisi vterque ad religionẽ migrauerit: tñ si vxor est senex, q̃ sine suspicione possit in seculo remanere dissimulare potetit, vt in seculo remaneat castitate ꝓmissa, & vir poterit ad religionem transire. Nota, quod alter coniugum non debet ad religionem transire sine reliquo. Item si mulier sit senex, & castitatem promiserit, potest vir ad religionem transire. Item nota hic argumentũ pro senibus, quod sint continentes.

d Constitutioni.] 27. q. 2. sunt qui dicunt. & c. Agathosa. qa Agatho. & c. scripsit nobis. in istis cõstitutionibus dicitur: quod vir & vxor post quã copulatione coniugij vna caro effecti sunt, non potest alter ad religionem transire altero in seculo remanente.

e Sterilis.] ratione ætatis, & non naturæ: quoniam multę sunt steriles & iuuenes, quæ continere non possunt, 2 nec volunt.

f Sine suspicione.] sic ĩ. eo. vxoratus. & cap. ad Apostolicam.

g Dissimulare.] dissimulatione approbationis: quia talis transitus bene approbatur, si consentit mulier. ĩ. eo. vxoratus. & c. ad Apostolicam.

Coniugatus.] Diuiditur: quia primo ponitur dictum. Secundo exceptio: ibi, Nisi. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ nullus coniugatus ad sacros ordines recipiatur, nisi prius continentiam vouerit, & ab vxore fuerit absolutus. Nota, ꝙ non sufficit viro licentia mulieris, vt ad ordines ꝓmoueatur, immo exigit quòd continentiam voueat.

[Gloss. seq. recitet per qnæ argu pro, & soluit contrarium. Ioan.

h Ad sacros.] ex eo qd prohibet, & coniugatus nõ promoueat ad sacros ordines, dat itelligi, ꝙ possit ad minores. qa quod de vno negat, de alio cõsequẽs intellectus patet 25. dist. qualis. sed non est verum: qa cõiugati promoueri non debent. s. de cleri. coniu. diuersis fallacijs. immo si clerici sunt in minoribus ordinibus, beneficijs debent priuari. eo. tit. ca. 1.

† suo

† Strigonieñ &

† Colnien. Coloceñ.

† Ca. 5. eo. ti. in 1. compil. & post conci. par. 5. c. 6. Et de vero intellectu vide Durãdũ li. 4. sen. dist. 27. c. 2. & ibidẽ Palud. q. 3. & latius ibi Sotũ q. 1. art. 4. ver. pterea ɔ eãdẽ primã ɔclusionẽ.

2 Sano mõ hoc dictum accipias, iõ .n. ɔtinere non pñt qa reuera ad cõtinẽtiã se ñ disponunt, neq; ea faciunt, q̃ ꝓ cõtinẽtiæ dono à Deo impetrando fieri oportet.

[Glo. seq. quærit, ponit opi. Ala. ponit contrariam, & reuertitur ad primam.]

a Ab vxore cōtinentiam profitente.] sed nunquid sufficit hoc? vr̄ ꝙ sic. 32. dist. teriatim. & 77. dist. eps̄ bene dictionē. q potius ꝯdicit. sed ibi exponit religionem, i. castitatē. sic ī de cleri. cōiuga. sanè. quod cōcedebat Ala. si vir remaneat in seculo. Alij dicūt ꝙ ordinati nō dēt, nisi ad religionē conuertat vterque. Qd dr̄ hic, intellige in eo casu, ī quo esset senex & sterilis. ita ꝙ nulla est suspicio de vxoris incōtinentia: & sic intelligitur illa decr. sane. de cleri. cōiug. nā qui ꝓmouetur ad sacros ordines, eo ipso intelligitur cōtinentiam ꝓfiteri. & si iuuenis esset vxor, ꝓsumptio esset ꝯ vtrunque; atq. ī. ca. ꝓxi. in fi. vnde nō debet promoueri talis nisi ambo transierint ad religionē. secus si sit senex, & sine suspicione. Vel dicas vt dixit Ala. quòd aliud est in eo, qui ꝓmouet ad sacros ordines remanendo in seculo: quia ibi sufficit ꝙ communi consensu continentiam promittāt, vt dicunt iura primo inducta: quia etiam cōi consensu, sine susceptione ordinum pn̄t cōntinentiā profiteri remanendo in seculo. 33. q. 5. quod Deo pari. & aliud est in his q conuertuntur: quia locum ibi hēt quod dr̄ ī. c. proxi. & ī. eo. ad Apostolicam.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cōpi. & post cōcilium Later. par. 5. cap. 7. Et de materia & intellectu vide citatos paulo añ, in c. cōiugatur. adde Dñicum in c. si se cuidā. 28. dist.

† In aliquot impressis exēplaribus ita: & religiosā vestē vel vitā assumat.

† Cap. 7. eo. ti. in 1. cōpi. & post cōcil. par. 5. ca. 8. Vide Turrecrematā in c. sūt qui dicūt. 27. q. 2. & oino Dñicū Sot. li. 4. sen. dist. 27. q. 1. art. 4. ubi egregiè defendit decisionē huius decretalis.

ab vxore cōtinentiā [a] profitente, fuerit absolutus.

¶ Idem eisdem.

¶ *Vxoratus in episcopū promoueri non potest, nisi vxor religionem profiteatur.*

CAP. VI.

SAne † si coniugati consenserint ordinari, vxoris voluntas prius requirenda est: & infra. ¶ Fraternitati vestrę auctoritate Apostolica prohibemus, ne vxoratum [b] præsumatis in episcopum ordinare: nisi vxor prius professa continentiam, sacrum sibi velamen [c] imponat, & religiosam vestem † assumat.

¶ Idem Brixieñ. episcopo.

¶ *Sponsa de præsenti non cognita, quę dicit se velle religionem ingredi, compellitur infra certum tempus profiteri, vel adhærere marito.*

CAP. VII.

EX † publico instrumento nobis innotuit, quòd cum Veroneñ. episcopus causam matrimonij, quæ inter A. virum & M. mulierem vertebatur, suscepisset terminandam, iudiciali sententia matrimonium approbauit, & eidem mulieri præcepit, vt ad virum rediens, exhiberet eidem coniugalem affectum: quod cum renueret, † fuit vinculo excommunicationis adstricta. ¶ Ceterum quia licet à præfato viro desponsata fuerit: adhuc tamen (sicut asserit) ab ipso est incognita: Mandamus, quatenus si prædictus vir ipsam carnaliter non cognouerit, † & eadem ad religionem [d] transire voluerit, recepta ab ea sufficienti [e] cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire infra duorum [f] mensium spacium debeat, ipsam à sententia, qua tenetur, absoluas.: ita quòd si ad religionem transierit, vterque

† renuerit in antiquis.

† cognouit

SAne.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Fraternitati. Abbas Sicu.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ si coniugati ordinari voluerint, voluntas vxoris prius debet requiri, & obtineri, vt dicitur in præcedenti c. prohibet etiam ne vxorat⁹ possit in episcopum promoueri, nisi vxor sua continentiam profiteatur, & intret religionem, sacram vestem assumendo. Nota, ꝙ vxoratus non dēt ꝓmoueri sine licentia vxoris. Item nota speciale in vxore epi, quòd dēt cōtinentiam profiteri: & intrare religionē antequam vir eius promoueatur in episcopum.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

b Vxoratum.] si de fraude non sit suspectus ratione vxoris & filiorum, à prælatura, & ab administratione non repellitur: in quo casu intelligitur hoc 31. di. omnino: secus si suspectus: quia sępe per tales substantia ecclesiastica deperire solet. 28. dist. de Syracusanæ. & ī. de cleri. coniu. diuersis fallacijs. 61. dist. Cathinensis.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

c Sacrum sibi vellamen.] sed quid si esset vetula, nunquid sufficit si continentiam profiteatur. ī. c. vxoratus. & ī. eo ad Apostolicam? Respondeo non sufficit, nisi conuertatur, & est speciale in vxore episcopi: aliàs contradiceret cap. præced.

ADDITIO. Quidam dicunt ꝙ non sufficit, & est speciale in epo. credo ꝙ sufficeret. & hoc intelligit de iuuene. arg. ex fine huius capituli.

EX publico.] Prima pars narrat factum. Secunda ibi, Ceterum. mulieri petenti dat iudicem. Tertia soluit obstaculū: ibi, sane. Abb.

CASVS. Inter A. virum, & M. mulierē qō matrimonij vertebatur, quæ fuit commissa epo Veroneñ. qui pro matrimonio sententiam promulgauit, præcipiens mulieri, vt ad virū rediret, & ei coniugalem exhiberet affectum: quod cum facere nollet, fuit excōicata. sed illa se virginem asserens, dicebat se velle religionē intrare: significatum fuit hoc dño Papæ, vnde mandat epo Brixieñ. quatenus si pdictus vir eam carnaliter nō cognouerit, & illa ad religionē transire voluerit, absoluat à sñia excōicationis, recepta prius sufficiēti cautione ab ipsa, ꝙ debeat ad religionē trāsire, vel ad virū suum redire infra duos mē ses: & si ad religionē transierit, vterque restituat alteri qd̄ ab eo recepit. In fine rñ det tacitæ qōni. quæ posset fieri de auctoritate Euangelij, qua dicitur: nō liceat alicui dimittere vxorē suam excepta causa fornicationis: quia illud intelligendum est de his, quorum matrimonium est carnali copula consummatum. Nota quòd ante carnalem copulam potest alter coniugum religionem intrare, altero in seculo remanente. Item cum dissoluitur matrimonium iusta de causa, vterque debet alteri restituere quicquid ab eo habuit. Item priuatur quis iure suo sine culpa sua. item per carnalem copulam matrimonium consummatur.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

d Religionem.] quid si vellet remanere in domo propria, & seruare religionem? Non est audienda. ī. eo. ex parte 2. in fi. quia ad bonum & malum se posset hēre. & ideo quod certius est, tenendum est. vt ī. de spon. iuuenis. & de pęnit. dist. 7. §. 1. Ber.

e Sufficienti.] noīe sufficientis cautionis intelligunt pignora, vel fideiussores. ff. mā. si mandato. §. vlti. satis putarem in casu illo dari cautionem ad arbitrium iudicis. 24. dist. quanquam.

f Infra duorum.] nunquid istud tempus est ordinarium & regulare, vt semper tantum tempus indulgeatur, & non minus, licet ordinatur de duob. mensibus? Credo quòd istud committetur arbitrio iudicis, vtrum plus vel minus tempus indulgeat ad profitendum dicenti se velle etiam intrare religionem. & currit a tempore illo quo iudex statuit terminum. Sed pone quod elapsum est tempus statutum, nunquid adhuc potest intrare

intrare religionem? Dico quod sic, semper ante carnalem copulam iudex tñ debet præfigere terminum peremptorium infra quem profiteatur, vel conuertatur ad virũ alioquin illam excommunicet, nec dabit ei tpš probationis episcopus nisi marit⁹ cõsentiat. De ho. dic vt s. tit. ex. statuimus.

a Restituat.] quod obtinet vbicunq; matrimonium dissoluitur ex iusta causa. j. de do. post diuor. resti. c. 1. & j. de ꝯiug. ser. proposuit. C. de spõ. l. vlt. C. de episc. & cleri. Deo nobis.

b Consummatũ.] sed ꝯ vr̃ quia matrimoniũ mãdato Dei perficitur. 26. dis. de inde opponitur. Sol. Est consummatio q̃ fit quo ad matrimonij essentiam. q̃ fuit facta in Paradiso ab ipso Dño per coniũctionem animorum quæ designat conformitatem fidelis animæ ad Christum, vt ibi. Et est quædã consũmatio, quo ad sacramẽtũ Christi ad ecclesiam, per incarnationem verbi Dei in vtero virginali: quod designat p illud mr̃imoniũ quod est carnali copula cõsũmatũ, vt hic. & s. de big. debitũ 27. q. 2. in oĩ, vel saltẽ quo ad hoc quod impedire possit propositum religionis. La. Notauit hic Alanus quod matrimoniũ non consummatum sortitur naturam ex constitutione ecclesiæ, ideò circa illud latissimè patet Papæ potestas ¹ Vincentius dixit, quod Papa per dispensationem posset dissoluere tale matrimonium: posset etiam statuere, quod per secundũ matrimonium romperetur primum secus de consummato quod ab ipso Dño naturam suã sortitur, & ideò sola interpretatio circa illud pertinet ad Papam non dispensatio, vel contraria constitutio. Contra tamen arg. j. de spon. duorum c. vlt. Ber.

Matth. 5. & 19.

† Vide concilium Tri. sessio. 24. tit. de sacramento matrimonij, can. 6. & seq.

† cõfirmari

† Cap. 8. eo. tit. in 1. cõp. Et post concilium par. 5. cap. 9. Vide quos citaui s. e. c. cõiugatus.

† existat ita

1 De materia hui⁹ glossæ, quæ ualde est cõtrouersa inter canonistas & Theologos uide Turrecrematã, in c. sunt q dicũt. 27. q. 2. versi. ad tertium sic proceditur. & latius per Sotum li. 4. dist. 27. q. 1. art. 4. versic. Alia verò argumenta.

restituat[a] alteri, quod ab eo noscitur recepisse: & *infra*. ¶ Sane quod Dominus in Euangelio dicit, non licere viro † nisi ob causam fornicationis vxorem suam dimittere, intelligẽdũ est secũdũ interpretationem sacri eloquij, de his quorum matrimonium carnali copula est consummatum,[b] sine qua consummari † non potest.

¶ Idem Priori & fratribus sancti Ioannis.

¶ Summa vt supra eod. cap. cum sis.

CAP. VIII.

VXoratus † sine licentia vxoris inter vos nullatenus recipiatur:[c] quæ integræ opinionis ita existat, † quod nulla marito suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare, vel quod minus continenter[d] debeat viuere: quæ si talis extiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publicè in conspectu ecclesiæ cõtinentiam professa, in domo propria cũ filiis suis[e] & familia poterit permanere.

¶ Si autem talis fuerit quæ suspicione non careat: voto continentiæ celebrato, a secularium hominum se conuersatione remoueat, & in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuò commoretur. ¶ Nullus vestrum mulierem aliquam tonsurare,[f] vel ad habitandum[g] secum præsumat assumere.

¶ Vrbanus tertius Priori sanctæ Crucis.

¶ Coniugatus faciens professionem vxore consentiente, licet nunquam intrauerit monasterium: si mortua cõiuge cum alia contrahat, non valet matrimonium, & monasterium intrare compellitur.

CAP. IX.

EX † parte Abbatis sancti Petri ad audientiam nostram peruenit, quod cũ D. in infirmitate

VXoratus.] Diuiditur principaliter in duas partes. Primò prohibet per hospitalarios sancti Ioannis uxoratũ recipi sine vxoris licentia. Secundo prohibet per ipsos recipi mulieres, Secunda ibi, Nullus. Prima pars subdiuitur, secundum quod distinguit qualitatem vxoris licentiam dantis. Abbas.

CASVS. Primò dicitur, quod cum vxoratus nõ recipiatur ad religionẽ, nisi uxor primo promiserit continentiã, si est talis, quod sine suspicione possit in sęculo remanere in domo propria cum familia sua stare poterit. Secũdo dr̃, quod si est iuuenis, compellatur recedere à conuersatione secularium hominũ, & intrare religionem. Tertiò dr̃, quod nullus clericus uel monáchus tondeat mulierem, vel secum teneat. Not. quod vxoratus ñ potest trãsire ad relegionẽ nisi vxor prius vouerit castitatem. Item uotum publicè factum, vr̃ esse sollemne. Item si mulier non caret suspicione. non sufficit viro eius licentia conuertendi, nisi ipsa intret religionem.

Item moniales non debent habitare cum monachis.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

c Nullatenus recipiatur.] sed pone, quod de licentia vxoris recipiatur, & professionẽ faciat solemniter, & habitum recipiat, sed vxor non promittit cõtinentiã, nec promisit trãsire ad religionem, siue sit senex siue iuuenis. nunquid tenet monachatus, cũ non sit seruata forma huius cap. s. e. cum sis. & j. eo. ad Apostolicã? Ego credo, quod monachus sit, & votũ sollẽnizauit omnino quo ad se, ita quod non possit exire monasterium, nec uxor potest eum repetere iure seruitutis: quia renũciauit illi seruituti dando ei licẽtiã episcopus tamen per officium suum a potest virum de monasterio reuocare, & reddere uxori, ne illa incidat ĩ fornicationem, cum hoc ad ipsum pertineat, si suspecta est, 93. distinc. diaconi. & ita intelligunt iura de hac materia loquentia. sed ea mortua compellitur redire ad monasterium. & sic intelligitur. s. eo. cap. 1. & j. eod. ex parte. consuluit. & sup. quod met. cau. c. 1. & licet dicatur hic, & supra eo. cum sis. & j. eo. ad Apostolicã. quod alter coniugum non recipiatur, nisi alter transeat ad religionem, uel promittat continentiam, uerum est hoc quod non debet recipi, nec ille etiam debet transire: tamen si recipiatur prædicto modo, tenet monachatus, ut dictum est: quia multa fieri non debent, facta tamen manent. De hoc not. infra eo. c. proxim. nec dicitur in aliqua istarum decret. quod monachatus non teneat, sed quod ita fieri debeat. B.

a Idem notatur j. cap. proxi. ad fi. vlt. gl. & idẽ Innocentius s. e. quidam. Ioan. And.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cõp.

d Minus continenter.] sic s. eo. cum sis. & j. eod. ad Apostolicam.

e Cum filijs suis & familia.] sic 20. q. 1. uidua. 27. q. 1. mulieres. arg. contra ea. causa. q. 2. scripsit.

f Tonsurare.] 30. dist. si qua mulier.

g Ad habitandum.] quia huiusmodi duplicitas reprobatur. 18. q. 2. diffinimus. & 32. disti. interdixit. 7. q. 2. cognouimus. Ber.

EX parte.] Professus religionem de consensu uxoris in seculo remanentis, licet uxori fuerit restitutus, ea mortua ad monasterium redire compellitur. ita communiter summatur. textus tamen iste nihil dicit de restitutione. Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudicem ibi, Quia verò. Abb.

CASVS. Quidam D. nomine in infirmitate positus, uxore sua consentiente uotum castitatis emittens, suscepit habitum monachalem. & postmodum liberatus, uxorem suam retinuit. & ea defuncta aliam superinduxit: quæritur utrum cum ea ualeat remanere? Re-

spondet

spondet Papa, licet ille D. ad religionem de iure nequiuerit proficisci vxore in seculo remanente, ea tñ sublata de medio, votum suum violare non potuit: vñ mandat, quatenus si verũ est quod asseritur, prædictus D. compellatur per excommunicationem, vt mulierē suam dimittat, & ad suum monasterium reuertatur; de cetero ī habitu regulari moraturus. Nota, ꝙ vir nec ītrare religionē, nec votũ vouere potest sine cōsensu vxoris. Item non sufficit viro intranti religionem, licentia vxoris in seculo remanentis. Item vouentes ꝯpellendi sunt per sententiam excommunicationis votum suum seruare.

positus, consentiente a vxore votum vouens castitatis, monachalem habitum suscepisset, postmodum liberatus, vxorem retinuit, & aliam, ea defuncta, sibi temerè copulauit. ¶ Quia verò licet prædictus D. vxore sua remanente in seculo, de iure ad religionem b nequiuerit proficisci, ea tamen sublata de medio, votum sine salutis suę periculo, non potuit violare: Mandamus, quatenus si verum est quod asseritur, prædictum D. per excommunicationē compellas, vt muliere dimissa ad suum monasterium reuertatur: sub regulari habitu de cętero Domino seruiturus.

¶ Clemens † tertius.

¶ Professus religionem vxore sciēte, & dissimulante, ea mortua ad seculum redire non potest. h. d. secundum intellectum veriorem, & singularem in materia.

CAP. X.

CONsuluit † nos G. sacerdos, vtrũ vir ad religionem transiés, c & in ea per annum & amplius moram faciens, vxore sua, postquā ad domum transierat d regularem, de præsenti vita sublata, secularem habitum resumere valeat, & aliam ducere in vxorem, vel si ductam ei liceat retinere.

¶ Cōsultationi huiusmodi taliter respondemus, quod prædictus vir nec habitum potest abijcere, quem assumpsit, nec aliquam sibi matrimonio † copulare. Quod si contraxerit, matrimonium

[Gl. seq. quærit & ponit opinionē Lau. & remittit.]

a Consentiente vxore.] sed esto, ꝙ sit inuenis, nunquid vouet dando licentiā? nam non potest i seculo remanere. ī. eo. cum sis. Lau. dicit, ꝙ si scit ius, vel ei dicatur, itelligitur vouere, aliās nō 1 & dic consentiente & promittente intrare religionem, 27. q. 2. Agathosa arg. Vel dic vt in notula seq. dicit.

† Ad hoc. j. eod. ueniens. Io. And.

† Celestinus iij.

[Gl. seq. arg. alle. duo iura, in cōtrariū alle. alia duo. ponit tres opin. & tertiam impugnat. ponens dictũ Hu. & soluens decre. 1. ī. eo.]

b De iure ad religionem.] colligitur 2 hic ar. ꝙ vxoris licētia nō sufficit, ad hoc vt ad monasterium possit transire vir eius sim. ī. eo. tit. c. 1. & 33. q. 5. notificasti. Sed cōtra videtur. 27. q. 2. Agathosa. & 33. q. 5. qui vxorem. Quidam dicunt, ꝙ licentia vxoris non sufficit nisi & ipsa conuertatur. & c. qui vxorem. loquitur de consilio. & c. Agathosa, exponitur ita ꝙ huic dicto concordat. Alij dicunt ꝙ sufficit licentia vxoris, & dādo ei licentiam intelligitur sollemnizare votum. arg. 32. dis. seriatim. 28. distin. diaconi. & cap. si qua vidua. & hoc cap. & similia loquuntur de licentia extorta. Tan. & quidam alij dicunt, ꝙ hoc intelligi debet ſm distinctionem illius cap. ī. eo. cum sis. & j. eo. ad Apostolicam. Sed hæc distinctio non videtur hic habere locum: quia si fuit inuenis, non sufficiebat dare licentiā, nisi ipsa conuerteretur, vt ibi dicitur: vnde non tenuit votum. nec debet compelli redire ad monasterium, vt ī. eo. quidam, si erat senex, bene potuit transire de licentia vxoris, vt ea iura dicunt: & hic dicit, ꝙ de iure transire non debuit. Hugo dicebat, quod illa decre. quidā intrauit. non tenebat. quia bene debebat ille compelli ad monasterium redire: quia votũ tenuit. & hoc idem potest dici secundum eum de illa. j. c. placet. prope fi. vbi non cogitur redire ad monasterium, & sic stabitur huic: & j. eo. c. prox. hoc satis videtur. Sed dicatur quod in decre. illa, quidam intrauit. tenet, & ille non compellitur redire ad monasterium: quia votum non fuit sollemne: quia inuita vxore hoc fecit, nec fecit ibi professionem: hic verò consentiente vxore professionem fecit. j. c. proxi. & sic omni modo quo potuit votũ sollemnizauit: vnde quamuis non debuerit vir transire vxore in seculo remanente, tamen tenuit votum, & monachus fuit: quia multa fieri non debent, facta tamen remanent. ī. tit. prox. ad Apostolicam. vnde compellitur redire ad monasterium uxore mortua: sed contradicere videt. ī. c. 1. vbi mulier dedit licentiam viro, & tamē de monasterio reuocat, & restituitur uxori, nisi vxor castitatem promiserit, aut ad religionē trāsierit; Sed nō dicitur quod monachatus non tenuerit, vnde mortua uxore cōpelli debuit ad monasteriū redire: & ita concordat cũ ista; & hoc probatur j. quod met. causa. c. 1. Hugo dixit, quod decreta. illa non tenet: quia consentit marito, & debebat compelli ad castitatem, vel monasteriū intrare si inuenis esset. & præterea non dicitur ibi, quod mulier posset reuocare maritum, sed episcopus ex officio suo: tamē compellitur illa redire, ꝓpter ea quæ dixi j. eo. placet. ibi similiter nō fuit sollemne votum: quia nō habuit licentiam viri, vnde nec illa cōpellitur redire ad monasteri um. Bernardus.

2 De materia huius glossæ uide plenissimè p Henricum Boich. ī. eo. ca. vxoratus.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cōpi.

† Al. ita: in mrīmoniū copulare al. ita; in matrimonio copulare.

ADDITIO. Vł ꝓmisit vitā mutare. 27 q. 2. Agathosa.

COnsuluit.] Legitur varijs modis, & secundum primum intellectum hoc dicit: si coniuges profitentur religionem, altero mortuo alter ad seculum redire non potest. & iste intellectus elicit ex textu, intelligendo, quod uxor ēt intrauit religionem. Legitur & secundo, quod solus maritus intrauit, & hoc intendi. Professus religionem de consensu uxoris in seculo remanentis, ea mortua ad seculum redire non potest. sic communiter summāt doctores. sed iste textus non patitur aliquem istorum intellectuum. Communis diuisio. Secunda ibi, Consultationi. Abbas.

CASVS. Quidam consentiente vxore sua transiuit ad religionem, tandem vxor illa mortua est; quæsitum fuit, vtrum possit habitum secularem resumere, & aliam ducere in uxorem, uel si ductam sibi liceat retinere? Rñdet Papa, quod ꝓdictus uir nec habitum quē assumpsit, abijcere pōt, nec aliquam sibi in matrimonium copulare. & si cōtraxerit, matrimonium ipsum est dirimendum. Nota, quod sufficit uxoris licentia ad hoc ut uotum uiri teneat, ut hic colligitur.

c Transiens.] de consensu 3 uxoris, quæ senex erat, uel promisit uitam mutare. 27. q. 2. Agathosa. uel ipse post mortem uxoris ratum habuit quod prius fecit. sim. ī. quod met. cau. perlatum. Ber.

d Transierat regularē.] ipse maritus. & ita idem est in canonico regulari, quod in monacho, cum parua sit differentia inter eos. 20. q. 3. præsens clericus. j. de statu monacho. quod Dei timorem.

3 Vt dixi ī. ca. proxi. Petrus & Abbas intelligunt hoc c. qñ sciēte & tacente cōiuge, religionē ꝓfitet; q si prius morit q reuocet, ille manet monachus Ioa. And.

[Glo.

[Gl. seq. soluit contrarium.]

a Dirimendum.] ergo votum eius fuit sollemne, ex quo separat matrimonium. ∫. qui cleri. vel vouen. rursus. q̄d verum puto: q̄a de licentia vxoris intrauit, & ita tenuit ingressus: aliàs esset contra ∫. eo. placet. in fi. B.

terius debitum carnis, q̄d erat in eius p̄tāte. redire verò ad sęculum, non erat in p̄tāte ipsius, sed mariti, & ideò quo ad se vnū tenuit, & post obitū viri tenere non desijt, cum ad eum casum deuenerit, in quo efficax potuit habere principiū: tñ saluti suę melius prouideret, si ad monasteriū rediret: si verò ad hoc induci non poterit, non est compellenda. No. q̄ votum pro parte tenet, & pro parte non tenet. Itē iuri suo licitum est cuilibet renunciare, sed iuri alterius nemo renūciare potest. Item si res venit ad eum statū à quo incipere potuit, tenet etiam si ab initio non tenuit.

CHarissim⁹.] Cōmunis diuisio Secūda pars ibi, Fraternitati. Abbas.

CASVS. Vxor regis Suetiæ graui infirmitate depressa cōtinentiam vouit: vir suus ad tempus voto continentiæ consensit; ipsa postmodum liberata, viro suo adhærere matrimonialiter recusabat: vnde rex petijt à Papa sibi super hoc prouideri, & compelli vxorem sibi matrimoniali adhærere affectu. mādat Papa quibusdā, quatenus si inuenerint vxorem regis p̄dicti graui infirmitate detentam, continētiam vouisse: & virū suum ad tēpus præbuisse consensum: maximè si idem vir non uouit perpetuā continentiam, prædictam dominam viro suo faciāt adherere, & vtrunque ad inuicē matrimoniali affectu tractare. No. q̄ vir & vxor pari consensu possunt continentiam vouere: sed alter sine altero vouere nō potest. Item votum ad tempus emissum non obligat vouentem.

[Glos. seq. arg. & remittit, iterum arg. & approbat.]

b Præbuisse consensum.] arg. q̄ sufficit alterius cōsensus ad hoc vt alter possit intrare religionem. De hoc dic, vt dictū est ∫. eod. c. 1. & ex eo quod dicit, ad tempus, videtur si simpliciter licentiam dedisset, quòd sufficeret, & ex eo quod dicit, maximè si vir eius continentiam vouisset: quod verum est: quia vir & vxor communi consensu possunt continentiam vouere perpetuo remanendo in domo sua 33. q. 5. quod Deo pari. & ad tempus. 33. q. 4. Apostolus.

c Maximè.] idest, tantum, secundum quosdam. 1 Ber.

ipsum decernimus dirimendum.[a]

¶ Celestinus tertius.

¶ *Coniunx, quæ cōtinentiam vouit, tenetur reddere debitum coniugi, licet ad tempus voto consenserit.*

CAP. XI.

CHarissim⁹: † & infra. ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si inueneritis vxorē regis Sueuię graui infirmitate depressam, continētiam vouisse, & virum eius ad tēpus præbuisse consensum,[b] maximè[c] si nō idē vir continentiam vouit perpetuam, eādem viro cohabitare faciatis, & vtrunque inuicem matrimoniali affectione tractare.

¶ Idem.

¶ *Si alter coniugum altero ignorante religionem profitetur, & propter hoc de monasterio educitur, illo mortuo ad monasterium redire non cogitur.*

CAP. XII.

PLacet† nobis: & īfra. ¶ Solicitudo tua consuluit, vtrum mulier, quæ credens mortuum maritum, habitum religionis assumpsit, & eo reuerso de monasterio educta fuit, post obitum viri sit ad regularem obseruantiā compellenda. ¶ Super quo respondemus, quòd licet votum eius vsquequaque non tenuerit,[d] eatenus tamē fuit obligatoriū, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrādo monasteriū, se non exacturam carnis debitū, † quod erat in potestate ipsius;[e] redire verò ad seculum, in eius potestate[f] non erat, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam tenuit[g] votum: quod post viri obitum tenere non desijt: cum ad eum casum, à quo poterat[h] efficax habere principium, peruenisse noscatur. Cōsultius itaque dicimus, & ei congruentius ad salutē, vt ad monasterium redeat, vbi bona ducta intētione professionem fecit, & habitum religionis accepit. Si verò ad hoc induci nō poterit, ipsam inuitam credimus non cogendā.[i]

¶ Innocentius tertius Pisano Archiepiscopo.

¶ *Summa vt supra eodem, capitulo, cum sis.*

d Vsquequaque non tenuerit.] quia remāsit obligata viro ad debitū reddendum. 33. q. 5. si dicat.

e In potestate ipsius.] sic ∫. c. quidam intrauit. Ber.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

f In eius potestate nō erat.] & sic auctoritate ꝓpria exire nō poterat. Quid si exiuisset de facto, nunquid esset compellēda redire? Vī q̄ nō, p̄ id q̄d dicit in fine. ADDITIO. Et 27. q. 2. si vir. Sed ∫ ∫. e. quidam. in fine.

[Gl. seq. arg. ponit duas leges, & vnum canonem, & soluit.]

g Quantum ad ipsam tenuit.] arg. q̄ sententia pro parte tenet, & ꝓ parte nō tenet. ff. de re. iud. de vnoquoque. ff. de minor. etiam. §. 1. arg. ∫. C. de repu. l. vnica. ff. fami. ercifcun. l. in hoc iudicio. de consec. distin. 2. comperimus. Dic quod si sententia continet plures articulos, siue plura capitula, a id est, diuersa, potest pro parte valere, & pro parte non valere, & sic pōt pro parte confirmari, & pro parte infirmari. exempla patent ∫. de testa. Raynutius. & cap. Raynaldus. & l. prædicta, etiam, aliàs aut tota confirmatur, aut tota cassatu. de consec. dist. 2. comperimus.

h A quo poterat.] sic econtra soluitur iudicium, quod firmum erat si ad eum statum deuenit à quo incipere non potuit. ff. de iudi. si à me. & l. si alter 3 secus in matrimonio. 32. q. 7. illi qui sani. & c. neque furiosus. ∫. de eo qui cog. consan. vxo. suæ discretionem.

[Glos. seq. quærit, & remittit.]

i Non cogendam.] sed nunquid tenet matrimonium si mulier ista cōtraheret? Dic vt dictum est ∫. eo. quidam intrauit. hic non fuit votum sollemne: quia nec habuit licentiam viri: vnde non compellitur redire ad monasterium. sic ∫ eo. quidam.

PLacet.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Super quo. Abbas.

CASVS. Quædam mulier credens maritum suum esse mortuum, habitum religionis assumpsit: tandem eo reuerso de monasterio educta fuit: viro suo postmodū defuncto, quærit vtrū compellenda sit ad monasterium redire? Rñdet Papa, q̄ votū suū nō tenuit omnino, tñ in tm̄ tenuit, quatenus se potuit obligare: intrando enim monasterium promisit se non exacturam vl-

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp. Vbi integrā hēs facti hic truncati narrationē, quæ & Contius affert.

c Sunt cogendi.] supple, si soluentes plures sint non soluētibus. s. de his quæ fi. à ma. par. cap. c. vlt. & s. de elect. ducū 1. & 19. dist. in canonicis. ff. de pac. & suū hęredē. in fi. vel etiā pares dignitate pcellētes. s. đ testib. i nostra. & ff. đ pact. maiorē. verius vr, ꝙ siue sint plures, siue pauciores, ex quo nō apparet đ mēsura antecessorum, sequi debent mensurā soluētium: illam enim pręsumo fuisse institutam, & ad eos à suis maioribus peruenisse. Vin.

d Ab initio.] simi. s. de vo. & vo. redem. licet. in prin. ideo ꝓ eis bona fit interpretatio, ne ipsorum munificentia erga ecclas retardaret. ar. C. de bo. quæ lib. l. 2. aliàs dona. plenius sunt interpretanda. s. de don. cū dilectus. in fi. ne excogitata fraude aliquis posset obuiare suæ donationi. 16. q. 2. visis. & 17. quæst. 4. sunt qui opt. C. de do. si quis argentum. §. vlt. Ber.

CVm olim.] Diuiditur primò diffinit. Secundo soluit vnū obstaculum. ibi, Licet. Tertiò aliud ibi, Absonū: Et quia textus est aliquātulum intricatus ꝑp nimiā discussionē facti, sic pono casum. Eps Augustā. impetebat quēdā abbatē rōne duarū ecclesiarum possessarū ab eodem abbate, petendo illarum vigore procurationem, & alia iura episcopalia: Abbas verò & conuentus opponebāt illas ecclesias non esse in diœcesi illius epi. Item producebat quoddam instrm, in quo continebat, ꝙ episcopus illas ecclesias vel fortè aliqua iura in eis concesserat abbati, & ꝯ quædam instra cōpositionū producta per episcopum, obijcebat ille abbas, ꝙ per metum regium illæ compositiones emanauerant, vel fortè dicebat instra esse falsa: Papa verò diffinit vt hr in litera. & est capitulum satis difficile. Abbas.

Vel pone sic casum: Eps Cæsarien. conquestus est dño Papæ de abbate sancti Ioannis, qui eum fraudabat super quart. s decimarū & quibusdā alijs, quæ habere debeat in ecclesijs quibusdam, quæ spectabant ad ipsū epm, quo ad ius patronatus, q̄ omnia abbas sibi denegauit, dicēdos illas non esset in sua diœcesi, quare dictus eps de diœcesi esse ꝓbauit: & idem abbas induxit q̄dā instrumenta ꝓ se, in quibus continebatur, ꝙ idem abbas cōposuerat cum ipso epo super prædictis tanq̄ diœcesano ecclesiarū dictarū: quare dñs Papa de ꝯsilio fratrū suorū cōdemnat dictū abbatē in omnibus petitis ab epo, sine deductionib. aliqbus faciēdis ab abbate in pdictis ecclesijs, quāuis.n. abbas potuisset aliqua ddu cere de petitis, occasione compositionis cuiusdam initę iter epm pdictū, & monasteriū ipsū: qa tñ abbas nō approbauit dictā ꝯpositionē, sed impugnauit, sicut potuit: quare vr illi tacitè renūciasse, & nullū debet idē cōmodū sētire; pterea negare ñ poterat, ꝙ nō essēt de diœcesi epi illius ec clesiæ, sup quibus instrumēta ostēdebat: qa illæ ecclesiæ ꝯcessæ fuerāt à pdecessorib. epi monasterio, per q̄ petebat abbas ꝓ epo, & ꝓ eo ꝓbabat nō ex ꝓposito vl directè, sed ꝑ quādā cōsequentiā. No. ꝙ eo ipso, ꝙ ecclesia sita est in diœcesi alicuius epi, ei tenetur in epalibus rñdere. Itē super iuribus epalibus potest fieri compositio. Itē ex eo qđ quis impugnat, non dēt aliqđ beneficiū ꝯsequi ex hoc tacitè ei renūciare videat. Item tacita renunciatio pręiudicat. Itē nō dēt qs instra ꝓducere, p quæ aduersarius probet intentionem suam. Item ꝯria proponens non est audiendus.

d Per alia.] fortè per testes.

f Instrumentis.] ex quo continet in aliqua scriptura publica de finib. alicuius epatus, ei stādū est, donec probet ꝯrium, licet illa scriptura principaliter facta sit ob aliud. C. de ꝯh. & commit. stip. optimam. C. de iu. delib. cū aliquis. & s. de præsump. illud. & per libros antiquos ꝓbantur confines epatus. s. de prob. cū causam. vbi de hoc. & arg. s. de parochi. super eo. in fine.

[Glo. seq. rec. per obiect. & ponit soluit. Lau.]

g Quartæ omnium.] hoc ius diuersum est, quandoque enim dr medietas. 10. q. 1. antiquos. quandoq; tertia, vt eadem cau. q. 1. de his. quandoque quarta. 16. q. 1. constitutum. s. de præscrip. de quarta. & hic, & quandoque dicitur, ꝙ nihil debet habere. 10. q. 3. c. 1. Laurētius dicit, ꝙ cap. illa loquuntur secundum diuersa tempora. Eps debet habere medietatem omnium redditū episcopalis ecclesię, de parochialib. ecclesijs tertiam, postea ista tertia mutata est in quartam. 12. q. 2. quattuor, concesso, de redditib. demum statutum fuit, ꝙ nihil perciperent nisi velint subire onus fabricæ. 10. q. 3. c. 1. & c. vnio. hodie potius locum habet consuetudo, sicut dicitur de quarta, vel tertia, vel medietate testamentorum, ꝙ ibi seruatur consuetudo loci. s. de sepul. certificari. a Quid iuris sit de decimis. dicitur s. de deci. cum contingat. cum in tua. & c. dudum.

† al. ita: qdā q à longis, &c.

1 Et j. de re. iu. in obscuris. li. 6. dixit Vin per hęc iura, & p l. ff. de leg. 1. si ita scriptū, ꝙ cū dubietas est in re, dr minor. sed si ē ī personis, oēs repelluntur ab instituto legato. vel libertate. ff. de reb. dub. si fuerit. Io. And.

† Cęsaraugustan. epo. hic fortè est eps Cæsaraugustę ciuitatis, q̄ est in Aragonia, nā vā uēte Inn. iij. cuius ē hęc decretalis, epm hēbat, sed tpe Ioā. xxij. Papæ metropolitana dignitate donata est.

/ Ca. 4. eo. ti. i 3. compil.

† De Luna & de Taust.

† Platen Prælate Pramatem. sđ fortè legēdum Pinnaten.

2 Videl. observare. §. an teq̄. ff. đ off. procon.

a Nullis

nullis factis deductionibus, [a] & ad præstationẽ procurationum & aliorum episcopaliũ iurium in prædictis ecclesiis cōdẽnamus. Licet [b] enim ex forma secundæ cōpositionis, deductiones essent aliquæ faciẽdæ: quia tñ compositionem idẽ abbas nullatenus approbauit, sed studuit multipliciter impugnare, ex ea non debuit beneficiũ cōsequi, [c] cui renunciasse tacitè [d] videbatur. Absonum erat præterea, vt negaret illam ecclesiam in tua diœcesi cōstitutã, super qua instrumenta prædecessoris tui ostẽdebat [e] in iure monasterio fuisse concessa, per quæ episcopale ius petebat [f] † expressè.

¶ Idem Spoletano Episcopo.

¶ Soluendi sunt census ad antiquam monetam, in qua instituti fuerint, nisi sit in alterius moneta solutione præscriptum h.d. & est casus notabilis, & multũ allegabilis.

CAP. XX.

OLim † cām, quã aduersus clericos plebis Rupinę, sup Synodatico proponebas, Tudertin. ep̄o & collegis suis commisimus terminandam: coram quibus ex parte fuit propositum, quo cum ijdem clerici prædecessoribus tuis tres ĩ festo Natiuitatis, & tres in festo Resurrectionis Dominicę, pro Synodatico soluerint denarios Papien. nunc tantũ tres Lucenses pro singulis denarijs Papien. psoluebant: cum † tñ vnus denarius Papien. valeat sex Lucen. vnde petebas eos ad Papien. solutionem compelli: cũ etsi tu Lucen. primo anno receperis, semper tamen ius tuũ postmodum fueris protestatus: [g] & inf. ¶ Cũ igitur constet, quod Papien. olim pro synodatico soluebantur; quod ex eo ẽt sequitur, quod Lucen. soluti sũt postmodum pro eisdem, cum ex dictis testium, & confessione † aduocati alterius partis non reuocata, [h] postmodũ appareat euidenter, quod tempore L. prędecessoris tui pro Synodatico Papiensis fuit

a Nullis factis deductionibus.] hoc contingit culpa abbatis, qui reprobauit quantũ in eo fuit instr̄m. ĩ quo cōtinebatur, ꝙ deductiones fieri poterant, vt ĩ. sequitur.

b Licet.] responsio tacitæ quæstionis.

[Glo. seq. ponit dictũ, quod statim determinat. Secũdo arg. al leg. 3. iura. & 2. alleg. in ɔ̄riũ.]

c Beneficium cōsequi.] no. ꝙ aliqs fructũ ex eo cōsequi nō debet q p nitit reprobare. [1] arg. 13. q. 2. q. præposterum. s̄. de testi. præsẽtiũ. qđ uerũ ẽ, si vsq; ad s̄niam perseuerauerit. ff. de testi. test. Papinianus, §. meminisse. C. đ his quib. vt indi. alia est. Item hic habes, ꝙ instrumentum qđ qs approbat ꝑ se, tenet̃ recipere ɔ̄ se. 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus. 19. dist. si Romanorũ. C. de reb. cre. l. generaliter. arg. ɔ̄. 37. dist. si qđ veri. 2. q. 7. si hęreticus.

d Tacitè.] C. de re. cre. l. si qs iusiurãdũ. C. ad l. Cor. de fal. q falsas. s̄. de his q̄ fi. a ma. par. Cap. q̄ siuit. & c. ex orc. vbi đ hoc.

e Ostẽdebat.] erat .n. abbas ipse ɔ̄trius sibi, & ideo non erat audiendus, saltem in eadẽ instãtia iudicij. arg. s̄. de app. solicitudinẽ. in fi. Et ĩ instrumẽtis istis continebat̃, ꝙ episcopus ecclam istã cōcesserat monasterio, vł al' qđ iuris cōcesserat in ecclesia, vnde per hoc apparebat, ꝙ esset in eius diœcesi.

f Petebat.] aliàs patebat, & melius.]

OLim causam.] Primò narrat factum. Secũdò decidit exprimendo motiua ibi, Cũ igitur. Abbas.

CASVS. Inter ep̄m spoletan. & clericos plebis Rupinę qō vertebat̃ super synodatico. cã super hoc cōmissa fuit ep̄o Tudertino & collegijs suis, coram quibus ꝓponebatur ex parte episcopi, ꝙ ijdẽ clerici prædecessorib. ipsius ep̄i soluere ɔsueuerunt tres Papien. in festo Natalis Dñi, & tres in festo Resurrectionis Dñi pro synodatico: nunc tm̄ soluunt tres Lucen. pro singulis denarijs Papien. cum tamẽ denarius Papien. valeat sex Lucen. vnde petebat eos compelli ad Papien. solutionem & cum ipse primo anno recepisset Lucen̄. ius tñ suum postmodum sp̄ fuit protestatus, ꝙ per hoc non fieret ei præiudicium quo ad denarios Papien. Ex aduerso dicebatur ꝙ etsi aliqñ denarij Papien. pro synodatico fuerunt persoluti, iã per xlv. annos & amplius, tã huic ep̄o, q̄ prædecessoribus suis Lucen̄ fuerant persoluti, & sic videbantur se præscriptione tueri. Lite contestata super prædicta petitione, recepti fuerunt testes ab vtraque parte, & positiones, & rñsiones hincinde factæ, & tãdẽ iudices causam remiserũt ad Papã: ipse verò examinato negotio, quia constitit sibi, ꝙ Papien. olim fuerãt persoluti pro synodatico, quod ex eo probatur, ꝙ Lucen. soluti sunt postmodum pro eisdem, cum ex dictis testiũ & cōfessione aduocati clericorũ nō reuocata, euidẽter appareat, ꝙ tẽpore Lotharij prædecessoris huiusmodi ep̄i, Papien. moneta ꝓ synodatico soluta fuit: & à tẽpore dicti Lotharij nō nisi xxxvj. annorũ, ad plus tempus effluxerit: & ꝓbatum ẽt sit, ꝙ tres Lucen. qui pro vno Papien. soluebãtur post mortẽ ipsius L. quinque vel sex valebant de illis, q̄ modo sũt in vsu; & vidẽs ꝙ ꝓpter mutationẽ monetæ acciderit, ꝙ vsque ad tp̄s huiusmodi episcopi, Lucẽ. dati fuerant pro synodatico, sicut erant in vsu, condemnauit ꝓcuratorem partis aduersæ noĩe clericorũ plebis prædictæ ep̄o, ad solutionem denariorum Papien. ꝓ synodatico, vel eorum ęstimationẽ, p diffinitiuã sententiã. No. ꝙ protestatio nō prodest vbi protestãs venit contra suam protestationẽ vt colligitur hic: quia si clerici isti ꝑscripsissent, non profuisset ep̄o protestatio. Itẽ confessio aduocati præiudicat nisi fuerit reuocata. Itẽ pars pensionis vł alicuius alterius protestationis potest pręscribi. Item per partẽ nō retinetur totum. Item sentẽtia formatur in persona procuratoris. Item solutio pensionis vel census fieri debet ad illam monetam, quæ ab initio fuit constituta, si est in vsu: aliàs ad eius æstimationem; & ita principium considerandum est.

g Protestatus.] hinc ergò colligitur, ꝙ non prodest protestatio cum aliquis in contrarium facit, per id quod hic dicitur in fine: quia si præscriptio [2] cōpleta fuisset, clerici obtinuissent non obstante tali protestatione. si. s̄. de consti. cum M. & s̄. de app. solicitudinem, ad finem. Ber.

[Glo. seq. reci. per quæst. an & quando confessio aduocati reuocari possit.]

h Non reuocata.] & sic patet, ꝙ confessio aduocati sicut ẽt ꝓpria ɔfessio præiudicat nisi fuerit reuocata, vt hic patet, & s̄. de app. cũ cãm. Quædã tñ ɔfessio reuocari pōt qñcũq; ante s̄niam. C. de iur. & fa. igno. l. error facti. & s̄. de confes. c. vlt. & hoc intellige. si ꝓbat quis se errasse. ff. ad l. Aqui. inde Neratius. §. vlt. ff. de confes.

non

[1] Videto hic Host. & latiꝰ de hoc ꝑ Io. And.

† al. patebat qđ agnouit glossa hic & Hostiensis.

† Ca. 5. eo. ti. in 3. compil. Et de materia vide docto. in l. Paulꝰ. ff. de sol. Albertũ Brunũ tracta. de augmento Frãciscũ Curtium tra. de moneta, posito in l. cũ quid. ff. si cert. pet. Couar. trac. de numis. n. c. 7. & latè Antō. Gabrielium lib. 3. cōmu. cōclu. t. de Aut. & tot.

† al. ita: cum tñ denarius papiẽsis valebat vj. Lucen. &c.

† In aliquot antiquis non sũt hæc suis pũctis distincta: & cōfessione aduocati alterius partis nō reuocata. postmodũ, appareat, &c.

[2] Quæ ꝑ protestationem nō interrũpitur, nisi in casib. C. de anna. exce. vt ꝑ sectius de of. fi. or. pastoralis, ad fi. Inn. & 16. q. 3. c. placuit. § prouersi. is aũt fm Abbat.

non fatetur qui errat. Sed si confessio aduocati fuerit in continenti reuocata, siue eadem die: quia tunc non videor eam ratam habere, ex que eodem die eam reuoco: sufficit reuocatio simplex. 1 arg. decr. prædi. cũ câm q. alia ratio est ibi. Sed vt ante litẽ contestatã possit in distincte error reuocari. ff. de noxa. act. l. electio. § pe. & etiam post, si nulla captio est aduersarij. ff. de int. act. & ætate. § vl. quãdoq; et post sniã reuocatur error probabilis ff. quãdo act. & pe. est an. l. 2. aliãs est § vlti. in l. 1. Nec obstat quod dicitur de triduo C. de er. ad uocat. l. 3. quia sic ibi contingit de facto, & non ponit ius. Io.

1 De hoc articulo uide zo hic latius per Io. And. & Abbatẽ.

[Gl. seq. no. 5. pte stationẽ, & illud coadiuuat. alle 2 iu.]

a Non nisi triginta sex.] ex hoc colligit, φ si Lucenses recepti fuissent ꝑ Papien. xl. annis, quod præscriptũ esset i solutione Papie. & sic ꝑtestatio nõ valuisset, ut dixi s. i prima notula: Nam si quis vtitur alia aqua q̃ inter partes cõuenerit præscriptum est in illa. ff. quemadmodũ seruit. amit. si quis alia. & l. si cõmunẽ. § 1. & si qs pau iori Lus iurib. vtit ꝑ pluribus, præscriptũ est pro pluribus ff. de seruitu. rust. prædio vna est via co. tra, de præscrip auditis. Sed contra uidetur, quod non esset præscriptum in Papien. quia qui aliquid recipit lo o alterius illud recipere uidetur. 21. dist. in nouo. & 94 distin. cap. 1. & supra de præscript. auditis. ff. de admini. tuto ita ta i en. § gessisse. Item qui pretio fruitur, & re frui uidetur. ff. de vsufruc. quia penes eum est peculium, pe ies quem est pretium. ff. de pec. sed si quis ferum. Sed contrarium est uerum, ut patet per primas concor. Ber.

† extimationis.

moneta soluta, & à tempore dicti L. non nisi triginta sex [a] annorum, ad plus, tempus effluxerit: & sit legitimè comprobatum, quod tres Lucenses, qui pro vno Papien. post mortẽ ipsius L. soluebantur, quinque vel sex valebant ex illis, qui hodie sunt in vsu: Intelligentes ex hoc, quod per monetę declinationem acciderit, vt vsque ad tempus tuum Lucen. dati fuerint pro synodatico, sicut erant in vsu: procuratorẽ aduersæ partis nomine clericorum plebis prædictę, tibi ad solutionem denariorum Papiensium, vel æstimationem [b] † eorum, pro synodatico per diffinitiuã sententiã cõdemnamus.

¶ Idem Priori S. Stephani.

¶ *Episcopus remittens ecclesiæ seruitia, quæ sibi debebat, & statuens, quod aliud seruitium non imponatur, procurationem non intelligitur remisisse.*

CAP. XXI.

CVm † venerabilis frater noster. Fauẽ. † episcopus: & infra. ¶ Cognouimus, & quod præfatus episcop[us] spallas quas ab eadem ecclesia tam ipse, quam prędecessores sui recipere consueuerant, ecclesiæ præfatæ remisit, & statuit, quod aliud ei seruitium non imponeret, sibi & ecclesiæ suæ annuatim trium librarum cereo pensionis nomine reseruato. ¶ Quia ergo visitationi annexa est procuratio, [c] & episcopus ratione episcopalis iurisdictionis, quam habet in ea, teneatur causa correctionis [d] ecclesiam visitare † præfatam: nec intelligatur qua

poterat, exhibens quoddam instrumentum, in quo continebatur expressè, quod episcopus Fauentinus uolens ab omni exactione, tam sua, quam suorum successorum, dictam ecclesiam prorsus absoluit, & remisit eidem spallas, quas ipse & antecessores sui ab ipsa ecclesia recipere consueuit, retento sibi & ecclesiæ suæ vno cereo trium librarum ceræ annuatim soluẽdo, statuens, quod nullum aliud seruitium imponeret. Dominus Papa viso instrumento prædicto. & aliis auditis & intellectis, quæ partes proponere voluerũt, cognouit, quod præfatus episcopus spallas prædictas, quas recipere cõsueuerat, ipse & antecessores sui, ecclesiæ prædictę remisit, & quod nihil aliud ei imponeret retento sibi & ecclesię suę cereo ꝑdicto: tamen quia visitationi annexa est ꝑcuratio: & episcopus ratione episcopalis iurisdictionis quã habet in ea, tenetur ecclesiam causa correctionis visitare, nec itelligatur quasi nouum imponi, quod ab ipsa fundatione de iure communi intelligit impositũ 3 Statuit Papa, quod idem episcopus cum ad ecclesiã illam accesserit causa correctionis, moderatam procurationem ab ea recipiat bis in anno: & nihil aliud à dicta ecclesia exigere vel extorquere præsumat præter pensionem, & procurationes præscriptas. Nota, quod visitationi annexa est procuratio. Item quantumcumque episcopus eximat ecclesiam, & quibuscumque verbis, nihilominus sibi retinet visitationem, & procurationem. Item episcopi procurationem habere non debent, nisi quando causa correctionis accedunt ad ecclesiam. Item moderata debet esse procuratio.

† Cap. 6. extr. in 3. cõp. ità eps a qui b[us] nõ possit eximere ecclesiã, præter Panormica. hic vide Oldradũ cõsil. 182. Feder. consil. 147. adde gloss. in summa 25. q. 2.

† Fauentin. Fauen.

† Vide cõci. Trid. citatũ s. hoc tit. in c. sopitę.

[Glo. seq. arg. ad q alleg. duo iura.]

b Vel æstimationem.] argument. ad quæstionem Dominicalem, quod ad antiquam monetam, & mensuram antiquam facienda est solutio, licet noua sit melior. sup. de iureiurando. quanto. & est expressum infra eodem, cum canonicis. argument. ff. si certum petatur. l. 3. argumen. contra 32. quæstio. 4. quis ignoret. 2 & argum. ff. de contrahenda emptione. imperatores. Idem esset, si moneta minor sit modo in vsu; quia soluere debet æstimationem antiquæ, vt hic patet.

2 Vbi & hoc & uide in Spec. de sol. §. nunc aliqua. Io. An.

CVm venerabilis.] Prima pars decisè narrat factũ. Secunda partis allegationem. Tertia diffinitionis motiuum Quarta diffinit. Secunda ibi, Cognouimus. Tertia ibi, Quia. Quarta ibi, Decernimus. Abbas Siculus.

CASVS. Inter episcopum Fauen. & Priorem sancti Stephani super iuribus episcopalibus controuersia vertebatur; quia à dicto Priore dictus episcopus petebat; Priorẽ cõtra respõdebat, quod ab ipso nihil petere

c Annexa est procuratio.] contra quam non currit præscriptio. s. eo. cum instantia. & s. de præscrip. cum ex officij.

[Gl. se. no. quod quibuscunque, & c. alle. 2. iura in fi. fortificat, in medio soluit contrarium.]

d Causa correctionis.] hic patet quod quibuscunque generalibus verbis episcopus eximat aliquã ecclesiã tamen semper retinet 3 cathedraticum, & procurationem, & visitationem; aliàs enim esset contrarium quod habes 16. quæst. 2. visis in fi. s. de dona. pastoralis. nec obstat sup. de relig. domib. constitutus. vbi uidetur, quod generaliter possit eximere: quia illud fuit confirmatum auctoritate Papæ; sicut enim subditus non potest à se eijcere, siue eximere iurisdictionẽ episcopalem, supra de for. comp. si diligenti. supra, de renun. admonet. si nec prælatus suam iurisdictionem, ita nec puto quod patronus quantumcumque verbis generalibus vtatur, aliqua iura tamen retinet in liberto. C. de bo. liber. l. 3. Io.

3 Præter illos quos initio capitis citaui, uide hic Panor. & alios referentes ea, q̃ ep̃ remittere nõ põt.

a De communi.] ergo de cōi iure procuratio peti post, ī. eo. sopitæ. & ita non fuit remissa procuratio per illa verba: aliud seruitium non imponeret. Et ita no. arg. quod in generali remissione, non veniunt ea q̄ in speciali non remittuntur: sicut in obligatione gñali. C. quę res pig. oblig. pos. l. i. ff. de pig. obligatione.

b Moderatā.] ī. i e. cū Apostolus: &c. cum instantia. Ber.

[Gl. se. obijcit, ob iec. fortificat ꝓ opi. cui resistit. & obiec. dupliciter soluit.]

c Bis i anno.] hoc nouū vī; q̄a semel i in anno sufficit visitare, ī. de offi. archi. mandamus. & hoc si ue liqueat esse necesse siue non, vt vī 10. q. i. decernim⁹. e. sm. placuit. Vin. Sed nō credo; quia si certus est ꝙ ecclesia non indigeat visitatione, ñ debet eam visitare: quia causa correctionis visitate debet: ut hic dicit. ergo cessante causa cessabit esse ctus. ergo quod dicit hic; bis in anno, intelligo si toties op⁹ fuerit. 18. q. 2. visitandi: & c. nō semel. & 10. q. 1. regēda. Sollemnis procuratio semel tantum in anno dari debet, videlicet cum eps solito ordine antecessorum suorum visitat. ff. de off. procon. obseruare. aliæ dabuntur non eā tāta sollemnitate; q̄a etiam dātur hospitibus. ar. ī. de præben. & monachis. Vel forsitan imposita fuit hæc seruitus ab ipsa fundatione. arg. ex litera illa. nec intelligitur imponi quasi nouum, quod ab ipsa fundatione de communi iure fuit impositum, & cū eam non visitauerit, nihil recipiat. ī. eo. procurationes. 10. q. 1. relatū, Ber.

1 Hæc glossula nec est Bernardi, nec in antiquis codicibus reperitur.

2 Vide Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 3.

† accipiat

† Vide cōcil. Trid. infra citatum super uerbo, bis in anno.

† Cap. 7. eo. tit. in 1. cōp. De intellectu uide hic Hostiensem & de materia seruādæ uicinę cōsuetudinis glossam in c. cōsuetudo. di. 1.

3 Sic est differētia inter has duas, In casu cle. eo. ti. ad nostrū. §. nos igitur. Ioan. And.

si nouum imponi, quod ab ipsa fundatione de cōmuni [a] fuerat iure impositum: Decernim⁹, quod idem episcopus, cum ad ipsam ecclesiā causa correctionis accesserit, moderatam [b] ab ea ꝓcurationem recipiat† bis † in anno: [c] sed nihil aliud præter pensionem, & ꝓcurationes præscriptas ab eadem ecclesia exigere vel extorquere præsumat.

¶ Idem Compostellano archiepiscopo.

¶ *Ecclesię de nouo conuersę, in procurationibus & alijs, seruabunt consuetudinem uicinarum.*

CAP. XXII.

SVper † eo, quod fraternitas tua nos consulere voluit, vt quia fere tota prouincia Compostel'. de nouo est ad iurisdictionē ecclesiæ tuæ cōuersa: qualiter tibi ꝓuinciam, vel partem prouinciæ visitanti obsequi debeat & seruire, necnō & in procurationib. prouidere; Tibi duximus respōdendum, quod illud obseruare tenetur, quod in vicinis [d] prouinciis obseruatur.

¶ Idē in concilio generali. †

¶ *Prælati tunc sunt procurandi, cum personaliter visitant: & debent tunc seruare concilium Lateran. & prædicationi, correctioni, & reformationi vacare: legati & nuncij Apostolici pro his diebus tantum, pro quibus moram trahunt, procurari debent: & contra hanc constitutionem exactum, restituitur duplicatum.*

CAP. XXIII.

PRocurationes, † quæ ratione visitationis [e] debentur [f] episcopis, vel archidiaconis, vel quibuslibet aliis etiam Apostolicæ sedis legatis, aut nūciis, absq; manifesta, & necessaria causa nullatenus exigātur, nisi quādo personaliter [g] † officium visitationis impendunt: & tūc euectionū, & personarū mediocri-

¶.de ele. cū ecclesia Vulterana. ī. de cognatio. spiri. super eo. Arg. ꝙ 12. dist. illa. & c. illud. 76. dist. vtinā. de cō secr. dist. 2. quotidie. Prima pars vera est: Cōtrariā verò signata non contradicunt. quia ibi vnusquisque locus suam habet consuetudinem, sed hic non erat certum quid statutum esset, vel de cōsuetudine 4 obtentum, & ita nō obstant. Ber.

PRocurationes.] Primo prohibet Secundo docet ibi, Porro. Tertio punit ibi, Qui autem. Ab. Siculus.

CASVS. Quidam prælati aliquādo recipiebāt procurationes causa visitationis, nec visitabant. Statuit cōcilium generale, vt procurationes, quæ debentur p̄latis ratione visitationis, nullaten⁹ exigātur ab eis, siue sint epi vel archidiaconi vel ēt Cardinales, vł alii, absq; rōnabili cā & necessaria, nisi qñ psonaliter visitationis impendunt officium; & tūc seruent modū & mensurā in Lateranēsi cōcilio statutum, hoc adhibito moderamine circa legatos & nūcios Apostol. sedis. vt si apud aliquā ecclesiā morā fecerint longiorē & necessariā, ne lo.⁹ ille nimiū aggrauet, ꝓcuratiōes recipiāt ab aliis ecclesiis moderatas, ita ꝙ numerus ꝓcurationū non excedat numerū dierū: & si vna eccl'a nō sufficit, duæ vel plures simul ꝯiungātur ad vnā ꝓcurationē faciendā: visitatores nō q̄rāt q̄ sua sunt, sed q̄ Iesu Christi: & q ꝯ hoc statutum venire præsumpserit, quod accepit reddat, & tantundem ecclesiæ quam taliter grauauit impendat. No. ꝙ procuratio peti non debet, nisi quando visitationis officium impenditur. Item in procurationibus exigendis, ecclesiæ grauari non debent.

4 Si diuersæ essent cōsuetudines, dic, ut legit, & notatur sup. de cōsue. c. olim. fm Goff. Io. A.

† Lateran. cap. 33. & c. 2. e. ti. in 4 compil.

† Vide omnino concil. Trid. sess. 24 de refor. c. 3. ubi plenè de materia huius capitis, adde quos cītaui c. cū ex officii. sup. de præscrip.

† Præsentialiter, in concilio.

SVper eo.] Primò ponitur consultatio: Secundo responsio ipsius. Secunda ibi, Tibi Abb.

CASVS. Ferè tota prouincia Cōpostellana, ad iurisdictionem Compostellanæ ecclesiæ, de nouo conuersa erat: quæsiuit Compostellanus archieps à dño Papa, qualiter ei obsequi debeat & seruire, tum ipse prouinciam visitat vel prouinciæ partem; & qualiter in procurationibus & aliis prouidere? Rñdet Papa, ꝙ illud obseruare tenetur quod in vicinis prouinciis obseruatur. Nota, ꝙ in visitationib. & procurationibus exigendis, consuetudo vicinarum prouinciarum debet attendi.

[Glo. seq. not vicinarum, &c. allc. sex iura, & quattuor in contrarium, & soluit.]

d In vicinis.] nota ꝙ in ꝓcurationibus faciendis & alijs seruitiis, si certū q̄d statutū non sit, consuetudo vicinarū ecclesiarū est attēdenda. ī. eo. ecclesiis. & sup. eo. sopitæ. & ī. de capel. mo. c. 2. & ī. de cōsuetu. cū olim. &

[Gl. seq. tractat de tripliā i procuratione]

e Visitationis.] hoc idcò fortè dicit, quia triplex est procuratio: Vna quæ ratione visitationis debetur, ut hic, & supra eod. cum venerabilis. & ī. eod. cum nuper. Alia ratione consuetudinis 18. quęst. 2. seruitium. Tertia ratione pacti 5 quod appositum fuit in ipsa fundatione. sup. tit. proxi. præterea 2. & eod. quando. & 18. q. 2. Eleutherius. & sup. eo. quanto.

f Debentur episcopis.] hoc 6 dicit ad differentiam procurationum, quæ dantur ratione census, ut Albergariæ. vt sup. tit. proxi. præterea.

g Personaliter.] vel etiam per alium, cum ipse interesse non possit propter latam & diffusam diœcesim. sup. de offi. or. inter cetera. Et procuratio exigi non debet, nisi 7 cum visitat. sup. eo. cum uenerabilis.

5 Quarta ratione priuilegii. arg. ī. de excessib. prælat. accedentibus. secundū Hos. Ioan. And.]

6 Hæc glossulam non habent uetusta exemplaria, nec ordo Bernardi esse.

7 al. ita: nisi causa uisitationis.

a Conci-

a Concilio.] s. eo. cum Apostolus.
b Non quærant quæ sua sunt.] 43. dist. nosse. & 8. q. 1. sunt in ecclesia. & 10 q. 3. quia cognouimus. & c. cauendum. & s. de renun. quidam.
[Glos. seq. signat contrarium, & ibi remittit.
c Impendat.] sic ergo qui grauat ecclesiã in procuratione, punitur in duplum: & qui grauat eam in xenijs, punit in quadruplum 1 18. dist. quoniam cõtra. s. de immu. eccle. q. a plerique ibi soluitur.

†In Lateranen. cõc. sub Alex. iij. c. 4.
1 Qualiter id sit accipiẽdũ, vide hic Hostien sem, Io. An.

V Enerabili.] Primò ponit querelã episcopi. Secundò iudicũ instructionẽ. secunda ibi, Discretioni. Abbas.

† ipsos.

CASVS. Inter episcopũ Cenomañ. & abbatem & cõuentũ de Cultura Dei, sup procurationib. exhibendis quæstio verte batur; q cõmissa fuit iudicib. corã quibus petebat eps procurationem ratione visitationis; Abbas dicebat, se ad hoc non teneri, ex eo, quod monasterium suũ in Cenomañ. villa sit sitũ, & eidẽ pcurationes hactenus non soluit; Iudices consuluerũt dñm Papam, & ipse rñdet, quatenus nisi aliud rõnabile osten derint, cõpellant abbatem & monachos ad exhibendas eidẽ epo pcurationes. Nota, quòd in procuratione quæ ratione visitationis debetur, non currit pscriptio.

† sufficeret.

• In antiqs k in cõcilio ta: prædicationi, & ex ortationeu cc.

[Gl. seq. respondet ad primam alle. monachorum.]
d In Cenomanensi villa.] hæc allegatio erat potius p monachos q pro eis: q. a si monasteriũ sitũ erat in diœcesi Cenomañ. siue i ciuitate Cenomañ. ergo iure cõi subera epo. 16. q. vl. oẽs basilicæ. & 18. q. 2. monasteria. & s. de relig. domib. de xenodochijs.

† Tiroñ. l. ita: Abbatibus de Iosaphat & Tiroñ. Tuoñ.

tatem obseruent, in Lateraň. † concilio [a] diffinitã: hoc adhibito moderamine circa legatos & nũcios Apostolicæ sedis, vt cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, (ne locus ille propter illos † nimiũ aggrauetur) procurationes recipiant moderatas ab alijs ecclesijs, vel personis, quę nõdum fuerant de suis procurationibus aggrauatæ ita quod numerus pcurationum, numerũ dierũ, q bus huiusmodi moram fecerint, non excedat: & cum aliqua non suffecerit † per seipsam, duæ vel plures coniungantur in vnam.
¶Porrò visitationis officium exercẽtes, nõ quærant quæ sua sunt, [b] sed quæ Iesu Christi; prædicationi, † & cohortationi, correctioni, & reformationi vacando, vt fructum referãt, qui non perit. Qui autem cõtra hoc venire tẽtauerit, & quod accipit reddat, & ecclesię quã taliter aggrauauit, tantundẽ impẽdat. [c]

¶ Honorius iij. de Tiro † & Iosaphat Abbatibus.
¶ *Ecclesia etiã Ciuitatensis, tenetur procurare episcopum visitantẽ, quamquam ipsum nunquam procurauerit.*

nis siue consuetudinis, benè currit præscriptio, ar. 18. q. 2. Eleutherius. & c. seruitium.
f Aliud rationabile.] puta, priuilegiũ. s. eo. cum instantia, vel si allegarent præscriptionem nomine alterius, & probarent. s. de præscri. cum ex officij. aliàs se tueri non possunt, vel nisi allegarent tantã paupertatem 2 quòd ipsum pcurare nõ possent, tunc enim suis sumptibus debet visitare. arg. 10 q. 3. cauẽdum. & 18. q. 1. iam nunc. De hoc dicitur s. eo. cum instantia.

2 Adde quod sit censendus pauper. C. vnde vir & vxor, prętere a.

CAP. XXIIII.

V Enerabili fratre nostro Cenomanen. episcopo accepimus cõquerente, quod cũ causa, quæ inter ipsum ex parte vna, & abbatem & cõuentũ de Cultura ex altera, super procurationibus, quas ab eis petit idẽ episcopus, noscitur agitari, vobis fuerit ab Apostolica sede cõmissa; dicti abbas et cõuentus, ex eo frustrari intentionem eiusdẽ epi moliuntur, q eorũ monasteriũ in Cenomanẽsi villa [d] sitũ esse dignoscitur, & ipsi procurationem hactenus non [e] soluerunt. & infra. ¶Discretioni vestræ mãdamus, quatenus nisi aliud rationabile [f] ostenderint, vos eos ad exhibendum eam, sicut ius dictauerit, compellatis.

¶ Gregorius nonus.
¶ *Qui iure metropolitano, vel legationis, visitat prouinciam, inprouinciales qui sibi procurationes denegant, potest ferre sententiam.*

CAP. XXV.

C Vm † nuper archiepiscopus Beneuentanus Beneuentanã prouinciã visitaret: & infra. ¶Mandamus, quatenus cũ eundẽ archiepiscopũ, siue auctoritate [g] propria, siue nostra [h] Bene-

C Vm nuper.] Diuidit: Primò ponit querelã decisam. Secũdò mandatum: ibi, Mandamus. Tertiò comminatur: ibi Alioquin. Abbas.
CASVS. Archiepiscop9 Beneuẽtanus, dum visitabat puinciã suã, tã auctoritate propria quàm auctoritate dñi Papæ, cuius auctoritate pcurationes petebat, clerici nolebant ei procurationem exhibere: vnde cõquestus est domino Papæ, vnde mandat eisdem, quatenus cum archiepiscopus prouinciã suam visitauerit, siue auctoritate propria, siue auctoritate Papę pcurationes ratione visitationis debitas, secundum facultates ecclesiarũ sibi exhibeant: Alioquin sententias, quas tulerit in rebelles, ratas habebit, & eas faciet inuiolabiliter obseruari. Nota, quod archiepiscopus de iure communi potest prouinciam suam visitare, & procurationes recipere, & contradicentes excommunicare.

†Vide breuiter hic per Henricum Boich.

[Gl. seq. ponit dictum, quod determinat, & remittit.]
g Auctoritate propria.] quod ei competit de iure cõmuni. s. eo. sopitæ. & hoc intellige cum episcopus est negligens: aliàs se intromittere non debet. 3 argum. 9. q. 3. cum simus. & cap. conquestus. in quibus casibus ar. hie piscopus possit se intromittere auctoritate metropolitani, de subditis suorum suffraganeorum, notatur supra de offi. ordi. pastoralis.
h Siue nostra.] in quo casu potest se intromittere quandocunque auctoritate priuilegij, & tunc potest adiri tam per appellationem, quàm per simplicem querelam, quod non potest in alio casu. sic s. de offi. leg. cum non ignoretis.

3 Idẽ Vincẽtius, immo pòt et visitare epo nõ negligente 3m formã decretalis Romani iiij. vt s. eod. cap. vlt. lib. 6.

[Gl. seq. respondet ad secundam alle. monachorũ.]
e Hactenus non soluerunt.] hæc excusatio vel allegatio non valebat: quia in procuratione, quæ ratione visitationis debetur, nõ currit præscriptio. s. de præscr. cum ex officij. s. c. cum instantia, sicut nec contra ipsam visitationem. Alius tamen prælatus posset præscribere vtrumque cõtra epm, vt ibi dicitur. Sic & p procuratio nem, quæ debetur legatis dñi Papæ, non præscribitur. s. eo. cum instantia. Et ideò dixit, ratione visitationis: quia in procuratione, quæ competit ratione institutio-

a Ra-

a Ratione visitationis.] aliis non tenetur. s. eo. procurationes. & c. cum venerabilis.

b Iuxta facultates.] quæ semper in his consideranda sunt. s. eo. sopitæ. vbi de hoc.

CVm canonicis.] Primò recitat factum. Secundò prouidet ibi, Damus. Abbas.

CASVS. Rector cuiusdam ecclesiæ soluebat certam pensionem annuatim canonicis maioris ecclesiæ, & illam aliquot annis soluit ad monetam antiquam, in qua pensio fuerat ab initio constituta: postea alia moneta maior fabricata fuit, canonici exigebant pensionem sibi solui de meliori moneta ex integro: Mandat Papa quibusdam, quatenus canonicos illos faciat manere contentos solutione prioris pecuniæ: vel si non est in vsu, contenti sint æstimatione pensionis antiquæ. Nota, quod pensio soluenda est secundum quod ab initio fuit constituta, siue moneta diminuta fuerit, siue augmentata: sic initium spectatur.

† De materia solutionis in mutata moneta, vide Bart. & Doc. in l. Paulus, ff. de solu. & citatos s. eo. ti. in c. olim cam.

† Persolueritis.

† Dictio, Tibi, deest in omnibus manuscriptis.

[Gl. seq. recit. per q. de quot annis intelligat. arg. quod de duobus soluit ꝯrium.]

c Aliquot annis.] videtur quòd duo sufficiant: quia pluralis elocutio duorum numero contenta est 4. q. 3. ca. si testes. § vbi numerus. & de conse. dist. 1. ho. quoque. & si post annos liber esse iussus est, post biennium liber erit. ff. de manumis. testa. liberitas. §. vlti. & si data fuerit conditio in diebus, si nihil adijciatur, biduo conditionem impleri oportet. ff. de verbor. signifi. inter illam. in fine. imò exigitur, quod legitimo tempore præstita sit, ad hoc vt in futurum teneantur, nisi causa esset in euidenti. De hoc dicitur s. eod. peruenit.

d Solutione prioris pecuniæ.] quæ ab initio fuit constituta: & non ad nouam, quæ maior est. Si enim moneta diminuta fuisset, illam recipere noluissent. supra eodem, olim. Cum ergo minorem recipere noluissent, maiorem exigere non debent. ff. de damno infecto, qui bona. §. si quisquam. & C. de solut. l. penultima.

1 Inuito creditori. satisfactum. n. esset, si ab eo scienter approbaretur. ff. de sol. & demo. quis. & iputetur sibi, qui tale elegit ... pro socio, ... socio, Io. And.

[Glos. seq. obijcit. & soluit.]

e Si non sit in vsu.] tunc æstimationem illius antiquæ soluant, vt s. eod. olim. in fi. Sed nunquid posset solui prima, si inueniretur, si non minus valet: si verò minus valet, & non est in vsu, non potest solui, 1 quia reprobata moneta non liberat soluentem. ff. de pig. act. eleganter. § qui reprobos. simi. ff. ad Velle. quamuis. §. si conuenerit. ff. qui satisd. cog. quoties. Ber.

... uentanam prouinciam contigerit visitare, procurationes ratione visitationis[a] debitas, iuxta facultates[b] ecclesiarum vestrarum exhibeatis eidem: Alioquin sententiam, quam ipse ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inuiolabiliter obseruari.

¶ Idem.

¶ *Ad antiquam monetam, vel si non sit in vsu, ad eius æstimationem soluendæ sunt pensiones antiquæ.*

CAP. XXVI.

CVm † canonicis maioris ecclesiæ, quandam summam pecuniæ, pro pensione ecclesiæ tuæ debitam, aliquot annis[c] persolueris, † & iidem summam illam ex integro de meliori moneta exigant sibi solui; Tibi † damus nostris litteris in mandatis, vt canonicos illos solutione prioris pecuniæ[d] vel si non sit in vsu,[e] æstimatione pensionis antiquæ facias manere contentos.

AVctoritate.] CASVS. Religiosi licet aliquando celebrent in oratorijs, quæ in grangijs suis habent, propter hoc ratione visitationis procurationes exhibere non debent. No. quòd in oratorijs religiosorum procurationes peti non debent.

¶ Idem.

¶ *Propter priuatum oratorium procuratio ratione visitationis non debetur.*

CAP. XXVII.

AVctoritate † præsentium inhibemus, ne quis pro eo, quòd in oratoriis, quæ in grangiis † vestris habetis, interdum aliqui vestrûm celebrant, procurationes, quæ ratione visitationis[f] debentur, à vobis exigere, vel extorquere præsumat.

f Ratione visitationis.] talis procuratio non præstatur nisi quando personaliter visitat locum causa correctionis. s. eo. procurationes. sed in grangijs istis nulla fit visitatio, licet ibi quandoque monachi celebrent: sed ad caput 2 accedit prælatus causa visitationis, & ibi non consueuerunt morari monachi, sed conuersi causa colendi agros suos; & ita cum nulla fiat visitatio, nulla propter hoc, quod ibi aliquando celebrant, debet præstari procuratio.

DE CONSEcratione ecclesiæ, &c.

¶ Supra visum est de censibus, sed quia in consecratione ecclesiæ solent dari immunitates, & census imponi, ideò, &c. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur de consec. dist. 1. & 68. di. ecclesijs. 1. q. 2. c. 1. & quæst. 1. in multis.

TITVLVS XL.

De consecratione † ecclesiæ vel altaris.

¶ Alexander tertius.

¶ *Amoto altari vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur altare, non autem ecclesia.*

CAP. I.

AD † hæc, si altares motum fuerit, aut lapis ille solùmmodo

AD hæc.] Hêt duo dicta. Secundû ibi, Propter hoc. Abbas. CASVS. Dicitur hic quod si altare motum fuerit, vel lapis superior, qui sigillum continet, contractus, aut diminutus enormiter, iterum consecretur, sed ecclesia propter hoc reconsecrari non debet: licet quidam canones hoc dicere videantur. & hoc dicit in isto capitulo. Nota, quod totum non vitiatur, quamuis pars vitietur.

[Gl. seq. reci. per q. in quo consistat altaris consecratio.]

g Altare.] i. mensa altaris: sic exponitur de conse. dist. 1. si motum. quandoque tabula consecrata de loco ad locum mouetur, nec tamen iterum consecratur de consecr. dist. 1. concedimus. & c. qa. & quod dicit, motum. i. mutatum quo ad formam: ita quod formam amiserit, per diminutionem vel augmentum, cum hæc sit forma rei. arg. 16. q. 2. c. ea enim. §. ho. ius. Idem si mensa altaris sit enormiter fracta: quia consecrandum est altare. s. eo quod in dubijs. & c. ligneis. Consecratio altaris præcipue intelligitur in coniunctione 3 mensæ, scilicet lapidis superioris, & structuræ inferioris. 4 & ita si mensa fuerit remota, vel aliquis de lapidibus tangens mensam ipsam, execratum est altare, & debet iterum consecrari. sed si aliquid addatur altari non execratur, sed factum trahit ad se non factum. 5 s. eo. quod in dubijs.

2 Vel ecclesiam, in cuius parochia habitat. Io. A.

† Pro intellectu, vide distinctionem quàm hic ... fert Henricus Boich.

† In multis Hispaniæ locis granguas vocant, quas Latini ... appellant.

† Vide omnino B. Tho. in 4. sen. dis. 13. q. 1. ar. 2. quæstiuncu. 3. & Syl. in sum. ver. altare.

† Ca. vnic. e... in 1. cõp. Et de intellectu præter Hostié. glossam & doc. hic vide Turrec. in c. si motum de consecr. dist. 1.

3 Quæ fit de signare ... ctione ... lis aix ... Deû. sim de hig. del ... Io. And.

4 In consecratione ... sistit consecratio, ... sit mobile ... ue immobile ... le sm Tan. Io. And.

5 Hoc locum hêt in ... rib. & in ... quæ cõmiss... ne cõfun... tur, in a... nõ, sm H... non th... secrat it... non fit... nis ... Ioan. And.

a Sigillum.] quod in lapide fit in consecratione.
b Confractus aut etiam diminutus.] enormiter. inf. eo. quod in dubijs.
c Consecrari.] ipsum altare, & non ecclesia. Alia. n. est consecratio ecclesiæ, & alia altaris, vt sequitur in litera.
d Canones.] de cōsec. dist. 1. si motū. innuit ibi, quod eccl'a debeat consecrari dū dicit; si motū fuerit altare, denuo consecretur ecclesia. sed exponit; altare, i. mensa siue tabula: ecclesia, i. altare. q'd est dicere, si mota fuerit tabula, consecretur altare. B.

Tva.] CASVS. Quia cōsecrationes clericorum certis tēpib' fieri debēt, quæsiuit ep̄s Tornaceñ. quibus dieb. consecratio ecclesiarum fieri debeat? Rñdet Papa, quod diebus Dñicis & alijs pōt ecclesias cōsecrare. Nota, quod omni die possunt ecclesiæ consecrari.

[Glos. seq. reci. per q. scilicet, quæ fuerit ratio dubitationis.]

e Quàm priuatis.] qualibet ergo die pn̄t fieri cōsecrationes ecclesiarū vel altariū: virgines & pp necessitatē dieb' priuatis velū sacrū accipere possunt. 20. q. 1. deuotis. quia necessitas legem nō habet. de cōse. dist. 1. sicut. & ī. de cōsuet quāto. & sic magna necessitas hoc inducit, vt ibi dr. & ī. de reg. iur. quod non est. ordines verò sacri nō conferuntur nisi certis dieb'. ī. de tēp. ord. c. 1. & 2. 75. dist. c. vlt. & chrisma certo tpe conficitur. de cōsecr. dist. 4. omni tpe, quod in sup̄ficie potius ī. licit: sed exponitur omni tempore, i. omni anno ante Pascha certo die: & quia isti certis temporibus conferuntur, dubitauit an idem esset de consecratione ecclesiarum. Bern.

Qvod in dubijs.] CASVS. Primo dicitur hic, quod si altare motum fuerit, vel tabula superior enormiter fracta, debet iterum consecrari. Item oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, & dicetur totum consecratum. Notaq; ea quę religiosis adhærent, religiosa censentur. Item magis dignum trahit ad se minus dignum.

f Mota.] de consecr. dist. 1. si motum. & ī. eo. c. 1.
g Consecrari.] de hac consecratione dic vt ī. eo. c. 1. per quod intellige quod hic dicitur.

[Glo. seq. arg. alle. quattuor iura, & duo alle. in contrarium, in fi. arg.]

h Cōsecratum.] & ita sacrum tanquā dignius ad se trahit ad se non sacrum. 13. q. 2. non æstimemus. & ff. de rei vend. quæ religiosis. simile ff. de sol. si alieni. ff. de vsucap. cum qui ædes. secus si vinum apponatur sanguini. ī. tit. prox. cum Marthæ. §. quæsiuisti. vers. præterea. Arg. contra, quòd minus dignum trahit ad se magis dignum. arg. ī. de iure patr. ex litteris. & c. cum seculum. & arg. ī. de offi. deleg. super quęstionū. §. si verò duo sunt. Item argum. quod in reficiēdis sacris vestibus, filum non sacrum, siue pannus nō sacer potest apponi, nec est opus noua consecratione. Ioan.

suprapositus,† qui sigillum [a] cōtinet, cōfractus, aut etiā diminutus [b] debet denuo consecrari. [c] Propter hoc verò nequaquā reiterare suam cōsecrationē ecclesia consueuit; licet id quidam canones [d] innuere videātur.

¶ Innocentius tertius Tornaceñ. episcopo.

¶ *Diebus etiā non festis possunt ecclesiæ consecrari.*

CAP. II.

Tva † fraternitas; & infrà. ¶ Inquisitioni tuę taliter rn̄dem', quod in diœcesi tua, licet tibi ecclesijs dedicationem impendere, tam diebus Dominicis, quā priuatis. [e]

¶ Idem Nidrosieñ. † episcopo.

¶ *Habet duo dicta, & primo idē dicit quod cap. primum, supra eodem. Secundum dictum dicit, quòd oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, & totum fit consecratum.*

CAP. III.

Qvod † in dubijs: & infrà. ¶ Altare verò, in quo tabula, cui cōsecrationis benedictio pōtificali ministerio adhibetur, si mota, [f] vel enormiter fracta fuerit, debet non immeritò cōsecrari. [g] ¶ Nec negam', quin oleum non consecratum, [h] cōsecrato possit oleo commisceri.

¶ Idem Compostellano Archiepiscopo.

¶ *Reconciliatur ecclesia, quæ propter homicidia & vulnera hominum ibidem perpetrata, polluta est.*

CAP. IIII.

Proposuisti, † quod venietib. ad ecclesiam sancti † Iacobi ex diuersis regionib' peregrinis, & volentibus alijs ab alijs per contentiones & rixas, altaris de nocte custodiam vendicare, homicidia contingunt fieri interdum: & aliquando vulnera inferūtur; & infrà. ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, quod manente ecclesia & altari, ipsa reconciliari [i] poterit per aquā cū vino, & cinere benedictam.

¶ Idem.

¶ *Plura altaria simul in eadem ecclesia consecrari possunt, & idem in pluribus episcopis.*

Proposuit.] Primo ponitur consultatio, secundo responsio: ibi, Fraternitati. Abb. Siculus.

CASVS. Peregrini de diuersis mūdi partibus veniunt ad ecclesiā beati Iacobi, inter quos rixas & contentiones pp custodiā altaris fieri contingit: vnde vulnera & homicidia inferūtur ibidē; quæritur, verū propter hoc ecclesia debeat iterum consecrari? Rn̄det Papa, quod non debet recōsecrari, sed debet recōciliari per aquam, cum vino & cinere benedictam. Nota quod propter sanguinis effusionem non reconsecrātur ecclesię, sed reconciliantur.

i Reconciliari.] nota quādo ecclesia debet consecrari vel reconciliari: primo si dubitatur an sit consecrata. Idem de altari qd' pp dubium debet consecrari. de cō. sec. dist. 1. ecclesię vel altaria. quia non dr̄ iterū, quod nescitur esse factū. de cōsecr. dist. 1. solenniter: sic est de baptismo. inf. de baptis. c. 2. & sim 68. dis. presbyteri quos. & §. seq. Item si ecclesia est exusta tota vel maior pars, debet iterum consecrari. de cōsecr. dist. 1. ecclesijs semel. arg. ff. de contrah. empt. domū. si verò tectum corruerit, & parietes illæsi remaneant, vel etiam modicum de ipsis parietibus destructum fuerit, non debet propter hoc consecrari. ī. eod. ligneis. & si tota ecclesia simul destructa fuerit, vel maior pars, debet iterum consecrari: si successiuè 3 sufficit aspersio aquæ benedictæ. de consecr. dist. 1. de fabrica. Pro remotione altaris vel fractura enormi, non reconsecretur ecclesia, vt ī. c. 1. pro sanguinis effusione, & pro adulterio, debet tantum reconciliari, vt hic patet, & ī. de adult. significasti. & arg. ī. eo. c. vlt. Arg. contra, de consecrat. dist. 1. ecclesijs semel. Sed illud intelligitur, secundum hoc, quod sanguinis effusione vel seminis pollutione non consecratur. Per quem debet fieri hæc reconciliatio, dicitur ī. eo. aqua.

¶ suppositus transpositus superposit'.

† Cap. 1. de dedicatione ecclesiarū, vel altariū, in 3. comp.

† Indrosieñ.

† Cap. 2. tit. de dedicatione eccle. vel altarium, in 3. compilat. Et de intelle. ctu vide Turrecremata § c. si motum, de con secr. dist. 1.

De hac regula vide la per Iasonem in l. im perium ff. de iurisd. omn. iudic.

1 De hoc articulo consule B. Thomam 3. par. q. 77. art. 1.

† Cap. 3. tit. de dedicatione ecclesiarū vel altarium, in 3. compilatio. Et vide Turrecrematam ī. citatum, & Syluestrū in Sum. verbo, altare, circa finem. & verbo, cōsecratio 2.

† beati

† Dictio, fieri, deest in antiquis.

† al. ita: breuiter respondemus.

3 De his dubijs pter Hostien. & Ioānem And. vide distinctiones, quas hic recēset Henricus Boich.

ADDITIO. Sed pone ꝙ vir seipsum, vel aliquis alius aliquem in ecclesia suspendat: quid dices? Non videtur reconsecranda, vt hic, sed est reconcilianda.

CVm sis.] Ratio dubitandi in isto tex. fuit, nam vni personæ non possunt plures ordines sacri eadem die conferri, vt in c. litteras, de tēp. ord. Item vnica missa in die per epm̄ dici potest, vt in c. cōsuluisti. ī. tit. prox. & istę cōsecrationes nō fiunt sine missa. De quo tū dic, vt habes ꝑ gl. not. in c. quod sicut, de elec. vbi disputat̄ an celebratio missæ sit de substātia consecrationis: vnde videbatur, ꝙ plura altaria in eadem ecclesia simul consecrari non possunt. & idē est in epis: sed ꝯrium hic deciditur: nam nihil obstat quo minus in eadē missa, & in eodē loco possint plures epi cōsecrari vel plura altaria. Abbas.

CASVS. Cū plures clericos possit eps simul ordinare, quæsitum fuit à quodam archiepiscopo, vtrū plura altaria in vna ecclesia, & plures epi scopos posset simul consecrare? Et Papa rndet, ꝙ potest. No. ꝙ plura altaria & plures episcopi possunt simul cōsecrari.

[Glo. seq arg. contra Bazianum, & dat duo similia.]

a Altaria.] arg. contra. Bazianū, qui dicit, ꝙ cōsecratio maiori altari, oīa alia altaria essent consecrata, si digito demonstrentur. arg. ff. de acq. poss. quod meo. §. si per venditorem, 1 C. de nat. lib. si quis habens. sic plures clerici possunt ordinari ī. de tempo. ordi. de eo. & 75. dist. quod à patribus. & plures epos potest consecrare. modica fuit hæc dubitatio, sed non credebat ꝙ licet plures clericos posset ordinare, ꝙ posset plura altaria vel episcopos cōsecrare. B.

† Cap. vnico, tit. de vsu & auct. pallij. in 4. cōp.

† Cap. vnico, co. tit. in 4. compilat. Et de materia ꝑter Doctores hic, vide plenè per Syluestrum in Summa, verbo, consecratio. 2.

a Ille est casus in quo sufficit affectus, de quo per aliquem actum appareat: hic verò requirit̄ certa forma. Ioan. And.

CAP. V.

CVm † sis: & infra. ¶ Noueris igitur, ꝙ plura i ecclesia vna altaria,[a] & plures episcopos simul poteris cōsecrare.

¶ Idem.

¶ Corruente tecto parietibus illæsis, & mensa altaris non enormiter fracta: nec altare, nec ecclesia denuò cōsecrat̄.

CAP. VI.

LIgneis † ædificijs ecclesię vestrę casu cōsumptis parietibus [b] tamē illęsis, ac mensa principalis altaris in sua extremitate modicam passa fracturam; & infrà. ¶ Inquisitioni tuę taliter duximus respondendū; ꝙ cum parietes in sua integritate permāserint, & tabula altaris mota, vel enormiter læsa non fuerit: ob causam prędictā, nec ecclesia, nec altare dēt denuò consecrari.

¶ Idem Senoñ. episcopo.

¶ Polluitur ecclesia, vel cœmiterium, si excommunicatus in ea sepelitur.

LIgneis.] Duæ sunt partes, consultatio, & responsio. Secunda ibi. Inquisitioni. Abbas.

CASVS. Ligna ecclesiæ cōsumpta sunt vetustate, vel alia causa tectū ecclesiæ destructum est, & consumptū, sed parietes integri remāserunt, sed mensa principalis altaris modicā passa est fracturā: reparatū est tectum; quæritur, vtrum ecclesia vel altare debeat recōsecrari? Rñ Papa, ꝙ cū parietes in sua integritate permāserint, nec ecclesia, nec altare, propter causam prędictā debent denuo cōsecrari. No. quòd parietibus ecclesię in sua integritate permanentibus, non est ecclesia recōsecranda.

b Parietibus.] quam diu parietes integri sunt, non est ecclesia reconsecranda: quia in parietibus 2 consecratur ecclesia, & non in tecto; aut si successiuè reparati essent de consecr. dist. 1. de fabrica. De hoc dictum est ī. eo. proposuisti. & de tabula. ī. eo. c. 1. & quæ ibi dicta sunt hic possent dici.

1

2 In quibus sunt cruces & inunctiones. Io. An.

COnsuluisti.] CASVS. Corpora excommunicatorum in cęmiterio ecclesiæ sepulta sunt: quæritur, vtrum cœmiterium debeat denuo consecrari? Respondet Papa, ꝙ cęmiteria illa recōcilianda erūt per aspersionem aquæ benedictæ sollemniter; sicut in recōciliationib. ecclesiarum fieri cōsueuit, eiectis prius corporibus excommunicatorum, si à corporib. fideliū discerni poterūt. Nota quòd sicut ecclesia reconciliatur, ita & cœmiterium.

CAP. VII.

COnsuluisti: † & infrà. ¶ Cœmiteria,[c] in quibus excōicatorum corpora sepeliri contingit, † reconcilianda erūt aspersione † aquæ sollemniter benedictæ; [d] sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consueuit.

¶ Honorius tertius Reginæ Hungariæ.

¶ Qui fecit ecclesiam consecrari, tenetur eam dotare. hoc dicit, & tene menti hunc casum.

CAP. VIII.

CVm † sicut ex relatiõe capituli. Oradiē. nobis innotuit, † eorum feceris ecclesiam cōsecrari: & infrà. ¶ Cum non sit ecclesia, nisi de dote prouisum ei fuerit consecranda, [e] eo liberalius ad dotādam prędictam ecclesiā aperire man⁹ munificentię tuę debes, quò ad hoc fortius, tanquam ex debito iam teneris. †

c Cęmiteria.] sicut ergo 3 ecclesia reconciliatur, ita & cęmiterium, cum sit consecratum, vt hic patet, & illa corpora si discerni poterunt, sunt exhumanda, & extra cœmiteriū eijcienda. ī. de sepul. sacris. & eadē gaudent immunitate ecclesia & cœmiterium. 16. q. 4. si quis cōtumax. & c. seq. & ita idem iuris est in accessorio quod i principali. ī. de off. deleg. prudentiam. §. vlt. cum suis concordantijs.

d Sicut in dedicationibus.] 4 ī. eod. proposuisti. & de cō. secr. dist. 1. si motum & cap. seq. Bern.

CVm sicut.] In prima ponitur facti narratio, in secunda exhortatio. ibi, cum non sit. Abb. Et hæc decretalis ponit quæ deberēt poni in princípio tit. de donationibus. Abbas.

CASVS. Regina Hungariæ quandam ecclesiam fundauit, & eam fecit consecrari, & in ea fuerunt clerici instituti: sed ecclesiam non dotauit: clerici illius ecclesiæ significauerunt hoc domino Papæ, vnde ipse scribit Reginæ dicens: cum ecclesia non sit consecranda nisi de dote sit ei prouisum: tanto liberalius ad dotandam ecclesiam prædictam liberalitatis, seu prouisionis manus aperire debet. quanto ad hoc ex debito iam tenetur. No. quòd non debet ecclesia consecrari, nec etiam fundari nisi à patrono ei de dote primo prouideatur. Item qui fundat ecclesiam, tenetur dotem assignare eidem.

[Glos. seq. primo ampliat & fortificat tex. Secundo quærit & soluit. & iterum quærit. ponit opin. quam approbat cum certa moderatione.]

e Consecranda.] nec etiam fundanda, nisi prius competens dos fuerit ei assignata. de consec. dist. 1. nemo. in Authen. vt nullus fabri. ora. do. §. 1. coll. 5. & in Auth. vt deter. sit nume. cleri. §. 1. coll. 1. vel si hoc omissum sit in fundatione sicut hic, non debet consecrari ecclesia, nisi dos ei prius fuerit assignata, vt 16. quæst. vlt. pię mentis. 1. quæst. 2. placuit. & hic cum ad hoc ex debito teneatur fundator, vt dicit in fine. Sed quæ erit competens dos? Respondeo, si sit monasterium, tunc dos debet esse tanta, quòd presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cantores

† Cap. 1. tit. de celebratione diuini officij. in 4. compilatio. Et de materia vide Syluestrum in Summa, verbo, cęmiterium §. 4.

† contigerit † al. ita: aspsione sollēniter aquæ, &c.

† Vide Petrū de Perus. in tra. canonicę epalis, c. 7. & Bald. tra. de dote, par. 1. adde Ananiā cōs. 22. icip. Primo videtur.

† In aliquot antiquis ita: nobis innotuerit, quòd eorum, &c.

† Vide l. fin. & ibi Alex. ff. de dote prælega.

3 Pro hac glossa facit tex. in cap. cū eccła. de immunit. eccles. & melior text. in c. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6.

4 Vnde in Pontificali ponit̄ rubri. de recōciliatione eccła & cœmiterij, simul & cōnexim tractādo, vt doceat vno pollutio reliquum pollutū, qđ dicit ī. e. c. vnico. li. 6. Io. An.

stores & lectores possint ibi esse, prout tradit in auth. vt determi. sit num. cle. §. 1. si verò alia ecclesia collegiata, dos ad minus dēt esse pro duobus. arg. s̄. de fil. prsby. ꝓposuisti. 7. q. 1. illud. aut tribus. de consec. dist. 1. hoc quoq; & ꝙ possit recipere hospites, & tpalia iura persoluere. s̄. de pbē. de monachis. s̄. de sup. neg. pla. c. 2. Sed qd si ep̄s cōsecrat, vl̄ fundat ecclesiā nō assignata dote? Dicit Bazian⁹ & bñ, ꝙ ep̄s tenetur dotare ecclesiā, sicut tenetur ꝓuidere illi quē ordinat sine titulo. s̄. de pbē. c. 2. ep̄s. & c. cum ēm Apostolū. & hoc credo verū, dūmodo sine læsione ecclesiæ suę hoc facere possit: alīs non, nisi haberet ꝓpriū: quia delictū personæ, &c. vt 16. q. 6. si ep̄m. s̄. d̄ except. cū venerabilis. & tūc fundator dotabit eā, & posset ad hoc ꝯpelli argu. 16 q. vlti. piæ mētis. arg. ad hoc. ff. de rit. nu. ꝗ liberos. & hæres fundatoris ad hoc tenetur, in auth. de eccl. ti §. si aūt & §. si quis ædificationem. coll. 9. Bern.

† De intellectu ꝑter doctores hic vide Couarru. lib. 3. varia. resolu. c. 20.

† al. ecclesię. & hoc agnoscit hic Hos.

¶ Gregorius nonus Astoricen. episcopo.

¶ *Ecclesia polluta per sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiam si aliqua fuerit per episcopum benedicta.*

CAP. IX.

AQua † per ep̄m benedicta, ecclesiā reconciliari posse per aliū ep̄m non negamus, per sacerdotes simplices hoc fieri de cętero prohibentes: Non obstante consuetudine [a] prouinciæ † Bracharen. (quę dicenda est potius corruptela) quia licet episcopus committere valeat quę iurisdictionis [b] existunt, quę ordinis tamen † episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demandare. ¶ Quod autem mandantibus episcopis, super reconciliatione factum est hactenus per eosdē misericorditer † toleramus. [c] †

AQua.] Tria facit. Ponit dictum. Damnat consuetudinem, causam reddens. Et subdit præteriti tolerantiā, secunda ibi, Non obstāte. Tertia ibi, Quod aūt. Abb.

CASVS. In prouincia Bracharen. qñ ecclesia vel per sanguinis effusionē, vel alio mō fuerat violata, reconciliabitur per simplices sacerdotes peruenit hoc ad notitiam Papæ, vñ super hoc scribit Astoricē. ep̄o, dicēs: ꝙ ꝑ aliū ep̄m quam per ꝓpriū ecclesia pōt reconciliari, aqua per ep̄m benedicta, & non per simplices sacerdotes recōciliatur ecclesia, non obstante ꝯsuetudine ꝓuinciæ Bracharen. quæ dicenda est potius corruptela: quia licet ep̄s cōmittere possit, q̄ iurisdictionis sunt inferioribus clericis: tñ ea, q̄ sunt ep̄alis ordinis non pōt eisdē clericis inferioribus demādare. Quod aūt super reconciliatione hactenus factū est de mādato ep̄orum, duxit de misericordia tolerandu. No. ꝙ ecclesia solūmodo ꝑ ep̄m reconciliari debet, non obstāte ꝯtria consuetudine. Itē ep̄s pōt committere ea, quæ sunt iurisdictionis inferioribus clericis, sed ea quæ sunt ordinis ep̄alis demandare inferioribus non pōt. Item recōciliatio, q̄ nulla ē, ꝑ tolerātiā Papæ fit aliqua: & ita de nihilo. 1 facit aliquid, sicut de sententia, quæ nulla est, facit aliquam.

1 Intellige hoc dictū ꝓut declarat in c. quanto. d̄ trāsl. ep̄i, super glossa in ver. veri Dei vicem.

a Consuetudine.] no. ergo, ꝙ consuetudo, quæ est ꝯ iuris naturam non prodest, & ꝯ illud ius non pōt præscribi. s̄. de consue. cum inter vos. & c. cum venerabilis. & c. quanto. & c. vlti. vbi de hoc.

[Gl. seq. exēplificat, & q̄rit diuersitatis rōnē, & sol.]

b Iurisdictionis.] 2 puta iudicare, cognoscere de causis, instituere, beneficia ꝯferre, & oīa alia, q̄ assecurus est ep̄s in confirmatione. arg. s̄. de ele. transmissam. hæc omnia committere pōt & delegare vnicuiq; maiori vl̄ minori: Sed ea q̄ sunt ep̄alis ordinis demādare non pōt inferioribus, puta clericos ordinare. virgines consecrare, chrisma conficere, & cōsimilia, quæ ministerium cōsecrationis desiderant. Sed quæ est rō quare illa q̄ sunt iurisdictionis possit committere clericis inferioris gradus, & non illa, quæ sunt ordinis demandare? Hæc potest esse ratio: Iurisdictio sola voluntate & verbo cōmittitur, siue delegatus fuerit, siue ordinarius, & reuocatur. s̄. de offi. dele. super quæstionum. § intentionis. &c. §. porro. ff. de iudi. iudicium. sed collatio sacramentorum non confertur sola voluntate vel verbo, imò facto est opus; quia necessaria est visibilis vnctio & exterior: quæ est signum interioris vnctionis ī corde. s̄. d̄ sacra vnc. c. vno. quæ perpetua est, & amitti non potest, si et exe. nunquā, que suspendat. 1. q. 1. quod quidam verū si forte nullitię, &c. Et ita patet, ꝙ non possunt taliter demādari sicut iurisdictio vl̄ reuocari. & talia conferri non possunt, nisi ab eis, qui habent ea per ordinationē. 68. dist. presbyteri quos. & sic recōciliatio talis nulla est, cū sacerdotes illi non habuerunt potestatē illam per talem demandationem, quæ est ordinis ep̄alis sicut cōsecratio. sed vnus episcopus alij episcopo potest hoc demandare, & per huiusmodi demandationem nihil ei committit, cū ipse episcop⁹ habeat ea quæ ministerium consecrationis desiderat, & ei deest tantum auctoritas: quia in alienam messem falcem mittere non debet, nisi de voluntate & mandato illius, cuius est diœcesis, 6. q. 3. scriptum est.

2 Pro intellectu materię huius glossę vide Alfons. Castrum lib. 2. de iusta hęre. puni. capi. 22. & Couarru. initio capitis citatum.

† Dictio tūc deest in aliquot vetustis.

† Mediocriter, alias, misericorditer. Hostiensis.

† Vide l. fi. C. de do. inter vir. & vxo. l. imperialis. C. de nupt.

† Vide hic ꝑ alijs Henri. Boic. & c. is qu, vbi late Doc. de sen. excō. libr. 6.

[Glo. seq obijcit, & soluit.]

c Toleramus] sed videtur, quod ista sola tolerantia non sufficiat sibi, nisi iterum reconcilietur per episcopum, quia nulla fuit reconciliatio: ergo iterum debet reconciliari, sicut si aliquis ordinatur ab eo, qui ordinādi potestatem non habebat, iterū debet ordinari. 68. dist. presbyter. & j. de presbyt. non bap. ca. 1. & 3. Sed dic, quod per talem tolerantiam ratam habet talē reconciliationem, & incipit valere ex nunc, cum prima nulla fuisset, & ita de nihilo. 3 facit aliquid. sic 3. q. 6. hoc quippe. & de consec. dist. 2. re uera. quia potest princeps mutare 3 naturam rei, C. de rei vxo. act. l. vni. circa prin. Ber.

3 Hæ dictę glossę intelligē ꝓut notat in c. quāto. s̄ de trāsla. ep̄i. super gl. in verbo veri Dei.

¶ Idem eidem.

¶ *Ecclesia etiam non consecrata si polluitur, reconcilianda est.*

CAP. X.

SI † ecclesia nō [d] consecrata cuiuscūq. fuerit semine, aut sāguinis

SI ecclesia.] Habet duo dicta, quæ patent in textu. Secundum ibi, est tamen. Abbas Siculus.

CASVS. Aliqua ecclesia non consecrata sanguinis effusione, aut alio modo polluta est: quærit, qualiter sit reconcilianda? Respondet Papa, quod lauetur aqua exorcizata, ne diuinæ laudis organa suspendantur in ea: & quam cito poterit fieri, debet consecrari. Not. quod licet ecclesia non sit consecrata, si tamen polluta fuerit, non debet in ea celebrari, nisi prius aqua lauetur. Item ecclesia non consecrata, gaudet eodem priuilegio, quo & cōsecrata, sed aliter reconciliatur, q̄ consecrata, vt hic patet.

[Glo. seq. arg. à minori, & dat simil.]

d Non consecrata.] not. ꝙ dicit, non consecrata, ergo multo fortius consecrata. s̄. eo. proposuisti, sic & cœmiterium si taliter polluatur, recōciliari dēt, vt s̄. eo. cōsuluisti. arg. ꝙ si aliquis excōicatus, vel paganus ibi sepelitur, sunt inde eijciendi, nec in ea debet celebrari ante eiectionem, & aspersionem aquæ benedictæ, licet cōsecrata prius non fuerit: & parietes sunt radendi, de consecratio. dist. 1. ecclesia. & cap. vbi. & ca. seq. Et ita

ecclesia non consecrata gaudet eodem priuilegio quo & consecrata, vt hic patet: & hoc est expressum. j. de immu. eccle. cap. penul. & ita si aliquis illuc confugerit, debet ab ecclesia defendi: & hoc ideo, quia locus auctoritate epi dedicatus est diuino cultui: & qd semel Deo dedicatũ est ad profanos vsus redire nõ debet. 12. q. 2. nulli liceat. & s. de re. pmu. mancipia. 1 & tñ grauius peccat q sic deliquit, q in non cõsecrata, sicut magis peccat & grauius punitetur, qui in maiorẽ personam quã qui in minorem; nam ex persona consideratur iniuria & crimen. Inst. de iniu. §. atrox. j. de sent. exc. cũ illorũ. & crimẽ augeẽ dignitate prępositi. ff. de re mili. omne delictum. § 1. Sed nunqd & isti violatores sunt dicẽdi sacrilegi sm distictionẽ sacrilegij? Non vr. 17. q. 4. sacrilegiũ. sed credo, q tãquam sacrilegi iudicandi sunt, licet locus adhuc cõsecratus non sit. arg. s. de so. comp. cõquestus. & quia eodem priuilegio gaudet, ac si esset consecrata. j. de immu. eccle. c. pen.

a Lauetur sed per quẽ debet lauari? Vr quod per epm tãtũ. s cap. prox. Innoc. ca su satis credo, q per simplicem sacerdotem possit lauari; quia si intell. xisset Papa, quod per episcopum deberet lauari, illud dixisset, sicut dixit proximo capitulo præcedenti, cum Papa in vtroque capitulo scribat eidem, & quia dixit aqua exorcizata lauetur, quæ fit per simplicem sacerdotem, & non cum aqua benedicta cum vino & cinere, cum qua reconciliatur ecclesia consecrata, supra eod. proposuisti. & argum. ad hoc supra de temp. ordin. cum in distribuendis & arg. de conse. dist. 2. c. fin. arg. tamen contra j. de immunit. eccl. c. pen. Ber.

1 Concor. l. sancimus. C. de sacr. eccl. & Instit. de re. diui. § lo. cus.

¶ Vide cõcil. Trid. ses. 22. in decre. de obseruãdis, & cuitandis in celebratione Missę.

† In cõcilijs editis nõdũ inuentũ est. refert Burchard. lib. 2. decre. c. 104. & 105. & Iuo par. 6. ca. 181. & 182. hr apud Gratianũ 91. dis. c. psbyt. sed signat, vt palea, & c. 2. ti. de suffragijs. in 3. compil.

3 De hac re vid hic lati per Hosti. & Ioan. And.

effusione polluta, aqua protinus exorcizata lauetur: [a] ne diuinę laudis organa suspendant. Est tamen, quam citius fieri poterit, conseruanda.

TITVLVS XLI.

De celebrat. Missarum, † & sacramento Eucharistiæ, & diuinis officijs.

¶ Ex Concilio Agathen. †

¶ *Presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas permittitur tamen sibi ex causa dicere eas vsque ad vesperas inclusiue. hoc dicit secundum vnum intellectũ.*

CAP. I.

Presbyter mane, matutinali officio expleto, pensum seruitutis suæ, videlicet, Primã, Tertiam, Sextam; Nonam, Vesperamque persoluat: [b] ita tamen, vt horis competentibus, [c] iuxta possibilitatem, aut a se, aut a scholaribus [d] publicè compleantur. Deinde peractis horis, & infirmis visitatis, si voluerit exeat ad opus rurale [e] ieiunus, [f] vt iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitum, siue diuersorum commeantium, infirmorum atque defunctorum succurrere [g] possit, vsque ad statutam horam, pro temporis qualitate. Propheta dicente: Septies in die laudem dixi tibi; qui septenarius [h] numerus a nobis implet Matutini, † Primæ, Tertiæ,

Psal. 118.

† Matutinæ li Matutino.

[Glo. seq. recitetur per obiectionẽ & solutionem.]

b Persoluat.] consilium est, vt simul dicat omnes horas, ne superuenientibus occupationibus aliquã horam dimittat: & intelligit hoc de clericus pauperib, quos ad opus rurale oportet exire, vt in litera patet, aliàs suo loco & tempore dicendæ sunt singulæ horæ. ADDITIO. Vnde versus.

Exeat omnis ineps opus ad rurale sacerdos.
Si vult completis horis, agris quoque visis.

c Competẽtibus] signatis campanis, vel alio signo, supra de elect. in causis, & s. de officio cust. c. 1. & 1. di. ius militare.

d A scholaribus.] hic exaudio cum alij qua superueniente necessitate ipse officium suum perficere non potest. 7. q. 1. illud. & facit ad hoc s. de vit. & honesta. clericorum. vt quisque.

e Rurale.] clericus enim cui ecclesia non sufficit, ex artificio suo victum & vestitum quærat. 91. distin. clericus victum absque officij sui detrimento. & 21. quæstio. 1. c. 1.

f Ieiunus.] de conse. dist. 1. liquido. & de conse. dist. 2. sacramenta. & dist. 5. vt ieiuni. & c. vt episcop. & 7. q. 1. nihil. Ber.

g Succurrere.] Missam celebrando vsque ad statutam horam, vt hic dicit, idest, Nonam. de conse. distinct. 1. solent. vel vsque ad Tertiam quandoque. 44. di. non liceat hoc in diebus communibus.

h Septenarius.] sunt septem 3 horę sicut sunt septem dona Spiritus sancti. 30. q. 1. peruenit. septem dies seculi, & septem ætates, quibus completis finietur mundus; septem petitiones in oratione Dominica, septem psalmi pœnitentiales, item septem diaconi, sicut septẽ sunt horæ, ad quas tenentur sacerdotes: de alijs nihil dicit: vnde videtur, quod non teneantur: sed certè tenentur. argum. supra de præbend. cum secundum Apostolum. 91. dist. c. 1. & 2. & 92. distinct. cap. vlt. Bernardus. ADDITIO. Vnde versus.

Hæc sunt septenis, propterque psallimus horis.
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat:
Prima repolet sputis, causam dat tertia mortis
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipertit:
Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

3 Vide Nauar. in manuali de horis canonicis. c. 3. & notas nostras in hoc c. p.

4 Sic regrĩtur septẽ Doctores i examinãdo & approbando C. de pfe. & me. si quis. lib. 10. & no. eo. tit. Magistros. 10. Aj

DE CELEBRATIONIS MISSARVM, &c.

¶ Visum est supra de consecratione ecclesiæ vel altaris, sed quia in ecclesia consecrata Missæ celebrantur, & alia diuina officia dicuntur, ideo subiungitur hæc rubrica. Abbas.

De hac materia tractatur de consecratio. distin. 5. conuenit. & duobus capp. seqq. 15. distinct. sancta in Pascha. De secunda parte, videlicet de sacramento Eucharistię, tractatur de consecratio. distinctio. 2. per totum.

Presbyter.] Communiter non summatur propter multitudinem dictorum. Primò præcipit officium dici horis debitis, & ex causa permittit anticipationem. Secundo specificat casum, quare permittit sibi anticipare; ibi, Deinde: Tertio concludit: ibi, Ergo. Abbas Sędulus.

CASVS. Presbyter mane oẽs horas suas dicere debet, & peractis horis, & infirmis visitatis, exeat ad rurale opus si vult, & alia faciat quæ sequuntur in litera. Nota, quod omnes horæ mane dici possũt excepto completorio. Item clericus cui beneficium non sufficit, ex artificio potest victum quærere.

QVidam.] Primo ponitur excessus. Secundo prouisio ibi, Ideo. Abbas.

CASVS. Quidam laici habent in consuetudine, ut per singulos dies audiant Euangelium; in principio erat verbum: missas peculiares: vnde statuit concilium, vt vlterius hoc non faciant, nisi suo tempore, nisi aliqñ ex deuotione hoc facere velint, & nõ ꝑpter aliud: sed audiãt Missas de eodem die. Et loquitur in casu, in quo non est nisi vnꝰ presbyter in ecclesia qui debet celebrare de die. No. ꝙ aliquid prohibetur non propter se, sed propter illud quod inde seq potest. Itẽ Missę de die audiendæ sunt, vbi aliquis ex deuotione velit audire.

a Peculiares.] id est, speciales. de consecr. dist. 1. & hoc attendendum est. Ala.

[Glos. seq. causam reddit, dat vnum simile, & arguit.]

b Non fiat.] non quia malum sit audire tales Missas, sed malũ est propter talem dimittere canonicè statutas missas de die, vt dicitur in fine. 21. dist. denique vbi ꝓhibetur minori bene dicere præsente maiore, & dare eleemosynam nõ est peccatum, sed dare ad iactantiam malum est. 1. q. 1. nõ est putanda. & cap. vide quantũ. & ita est ar. ꝙ aliquid prohibetur, non propter hoc quod malum sit, sed propter id quod ex eo sequi potest 5. de iureiur. & si Christus. & 22. quæstio. 1. in nouo. & 11. quæst. 3. nolite. 63. distin. cap. quia sancta. §. verum.

c Deuotione.] quasi melius sit Missas istas audire, quam alias canonicas de die. Ber.

Sextæ, Nouæ, Vesperæ, & Completorii tempore, nostræ seruitutis officia persoluamus. (nam de nocturnis vigiliis idẽ ipse Propheta ait: Media nocte surgebam, & cætera. Ergo his temporibus laudes Creatori nostro, super iudicia suæ iustitiæ referamus.

¶ Ex concilio Triburieñ. †

¶ *Propter Missam specialem Missa de feria dimittenda non est.*

CAP. II.

QVidam laicorũ habent i consuetudine, vt per singulos dies audiant Euangelium: In principio erat verbũ; & Missas peculiares: [a] hoc est, † de sancta Trinitate, & de sancto Michaele: & ideo sancitum est in eodem concilio, vt vlterius hoc non fiat, [b] nisi suo tempore, & nisi aliquis velit propter reuerentiam sanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione [c] audire. Sed si voluerint, vt sibi Missæ cantentur, de eodem die Missas audiant, pro salute viuorum, & etiam defunctorum. †

Innocentius iii. Vigoreñ. † episcopo.

¶ *Sufficit sacerdoti semel in die celebrare: et excepit duos casus, scilicet necessitatem & festum Natiuitatis.*

CAP. III.

COnsuluisti: † & infra. ¶Respõdemus, quod excepto die Natiuitatis [d] Dominicę, nisi causa necessitatis [e] suadeat, sufficit sacerdoti semel in die vnam Missã solummodo celebrare.

Idem archiepõ Bracareñ.

¶ *In Missa commemorationis, licet dicatur propria præfatio nõ tamen dicitur hymnus angelicus, nec symbolũ.*

CAP. IIII.

COnsilium † nostrũ: & infra. ¶Requisisti, vtrum in dieb. profestis, [f] in quibus ad honorem sancti Spiritꝰ, beatę

Missa, illa prophetia: Populus gentium, qui ambulabat in tenebris. Secunda quæ dicitur in aurora, repræsentat tempus sub lege, in quo iam incipiebant ex parte scire Christum, sed non plenè, propter dicta legis & Prophetarum: & ideo cantatur inter diem & noctem: & dicitur offi ium: Lux fulgebit hodie. Tertia dicitur in die, per quã designatur tẽpus gratiæ, s. præsens; vnde dicitur officiũ; Puer natus est, &c. quod potes intelligere his versibus.

Tres in Natali debent missæ celebrari.
Quarũ prima sacram Christi signat genituram.
Altera uenturi designat gaudia Christi;
Tertia sã factum ꝙ lex foresacra designat.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

e Necessitatis.] sed quam dicit necessitatem? Respõdeo, si celebrauit de die, & postea ẽt moriatur aliqs, vel etiam causa honestatis vel vtilitatis, vt si dicta missa de die superueniat aliqua magna persona, quæ velit missã audire, argumen. supra eod. cap. 1. & 2. aliàs ergo sufficit, ꝙ vnam Missam celebret quis in die. de consecr. dist. 1. sufficit. & 7. eo. te referẽte. nec expressè ꝓhibetur, quin plures possint celebrari, ex eo ꝙ dicit, sufficit: vnde potest vnã celebrare de die, & aliã ꝓ defunctis, & quoties celebrat, toties sumat corpus Christi, & sanguinem, de consecr. distin. 2. comperimus. & cap. tribus.

COnsilium. Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Inquisitioni. Et in hoc erant multi sacerdotes, qui cõmunirent in missa commemorationis maximè beatæ Mariæ virginis, dicunt, Gloria. Abbas.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa, vtrum in diebus feriatis, in quibus ad honorem sancti Spiritus beatæ Mariæ virginis, & sanctæ Trinitatis missa celebrari cõtingit, hymnus Angelicus, symbolum, propria præfatio cantari debeat? Respondet Papa ꝙ apud ipsum in diebus profestis, cum missarum sollemnia in honorẽ beatæ Mariæ uirginis celebrantur, neque hymnus Angelicus, neque symbolum decantatur, licet propria præfatio canterur, ut differentia ostendatur inter commemorationem & festiuitatem: unde, Te Deum laudamus, regulariter dimittitur in laudibus matutinis. Nota ꝙ in officio ecclesię differentia debet esse inter commemorationem & sollemnitatem.

f Profestis.] [2] id est, priuatis, quasi p ocul à festo.

COnsuluisti.] CASVS. Quæsitum fuit à Papa, vtrũ sacerdos possit celebrare plures missas eodem die? Respondet Papa, quod excepto die Natiuitatis Domini, sufficit sacerdoti semel in die vnam missam celebrare, nisi necessitas immineat. No. quod necessitas facit licitum quod aliàs est illicitum. Item nota contra sacerdotes, qui plures missas celebrant in die, causa cupiditatis.

[Glo. seq. reci. per q. quare in Natali dicantur tres missæ, soluit, & ponit uersus.

d Natiuitatis.] dies enim Natiuitatis Domini plures missæ celebrantur. de consec. dist. 1 nocte sancta, & celebrantur etiam tres missæ propter mysterium: qm per illa tres missas repræsentatur triplex status, s. status ante legem, sub lege, & status gratiæ, illa quæ cantatur in nocte, repræsentat statum illum, qui fuit ante legem, quando omnes erant in tenebris: unde dr in

† Tribucum Tributum sed in conciliis editis, habetur, in concilio Salegustadieñ c. 10. & c. 3. tit. de suffragiis, in 2. cõpilat.

† aut de sancta, &c.

[1] De materia huiꝰ glossæ uide hic latè per Hostiẽ. Ioannẽ An. & alios. sed vide omnino B. Thomam lib. 4. sent. dist. 13. q. 1. artic. 2. quæstiũcula 4. & 3. par. q. 83. art. 2. ad 2. argu.

† mortuorum.

† Vuigorniẽ.

† Cap. 1. eo. tit. in tertia compilatio. Et de materia, nempe qñ & quãdo possint plures Missę eodem die celebrari, uide omnino Nauatrũ in Manuali Confessariorum, c. 25. titu. de statu clericorum.

† Cap. 2. eo. tit. in tertia compilatio. Et vide Beatũ Thomam lib. 4. senten. dist. 13. q. 1. artic. 2. quæstiuncula 4.

[2] Dies profestos appellat Nonius Marcellus, eos q sunt a fest iuitate uacui.

a Hymnus Angelicus.] scilicet, Gloria in excelsis Deo.
b Symbolum.] idest, Credo in vnum Deum.
c Præfatio.] præfatio beatæ Virginis habetur 70. dist. sanctorū. Reliquas habes de consec. dist. 1. inuenimus.

secundum illos, qui persusionē acceperit, ieiunus erit: Sed potius videtur dubitatiuum illud, forte, & illa opinio hic euacuatur: Sed magis affirmatiuè videtur ponit: quod consuetudo interpretatur, quia sic obseruatur, quæ est optima legum interpres. s. de consue. cum dilectus. sic ponitur 33. q. 2. admonere. & s. de procur. tuæ. & sic est arg. q non est ieiunus quis postquā bibit: Sed post medicinam 3 sumptā, videtur q nihilomin9 possit celebrare: quia medicina non computatur inter alimēta. ff de penu leg. nō omne quod bibitur Sed non est verum: q si nō debet post pfusionē, multo minus post medicinā: quia in honorem tāti sacramenti, prius sumi debet corp9 & sanguis Domini. de consecr. dist. 2. liquido. & 7. q. 1. nihil. & antequam cibus digestus sit, corp9 Christi sumi non debet. de consecratio. di. 2. tribus. q si consideret sacerdos post aliquem cibum vel potum sumptū, malè faceret, tamen conficit. de consec. dist. 2. liquido. Hug. 4 dixit contrarium super decreto illo. 75. distin. quod à patribus.

3 De hoc dubio uide omnino B. Thomam 3. par. q. 8. artic. 8. ad 4 arg.

d Regularius.] idest, regulare est vt dimittatur, nō vt dicatur. simile. 7. q. 1. c. ad uersitas. §. cū autem. ibi cōparatiuum ponitur electiuè: hic ponit negatiuè. sic minus, i. non. ff. de tribut. illud.

EX parte.] Breue est, & secundum Hostien. determinātur quatuor quæstiones: Nam primo quærebatur, an sacerdos post sacramēta sumpta perfundere debeat manus. Secundo cū quo liquore. Tertiò vtrū illam persusionē debeat sacerdos sumere. Quarto, an post illam sumptā, debeat, seu possit iterum celebrare. Et in effectu rñdet hic Papa ad omnes quæstiones. Nā debet man9 primo pfunderet cū vino, & vinū pfusionis sumere, nisi sit celebratur9 aliā missā: & post persusionem sumptam, nō potest aliā celebrare: & intellige, vt dixi in c. cōsuluisti. s. eo. nam hoc pcedit tā in festo Natiuitatis Domini, q̄ i alia festiuitate; & ex hoc declaratur iste textus, Ab.

† Magalōn.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa, quo (scilicet aqua vel vino) pfundere debeat sacerdos manus suas, postq̄ totum accepe rit Eucharistiæ sacramentum? Rūdet Papa, quod vino persundere debet, nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare. quia si vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret. Nota quod sacramenta à ieiunis sunt percipienda.

† Cap. 4. eo. tit. in 3. compilatione. Et præter F. Thomam citatum super glossa in uer bo, nisi forte. uide Nauarrū in Manuali cōfessariorū, c. 25. titu. de statu clericorum.

Virginis, & sanctæ Crucis, Missam celebrari cō tingit, hymnus Angelicus,[a] symbolum,[b] ac pfatio[c] propria debeat decantari: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod apud nos ī diebus profestis, cū Missarum sollēnia in honorem beatæ Virginis celebrantur, neque hymnus Angelic9, neq; symbolum decantatur: licet in Missa, ppria præfatio decantetur, vt inter commemorationem, & solēnitatem differentia ostē datur. vnde, Te Deum laudamus, regularius,[d] dimittitur, quā dicatur in Laudib. matutinis.

¶ Idem clericis sancti P. Magalon.

¶ *Sacerdos post sumptam Eucharistiam perfundat; nisi aliam Missam sit dicturus.*

CAP. V.

EX † parte vestra: & inf. ¶ Postulationi vestræ taliter respōdemus, quod semper sacerdos vino[e] perfundere[f] debet, postquam totum[g] acceperit Eucharistiæ sacramentum; nisi cum eodē die aliam Missam debuerit celebrare; ne si forte[h] vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

¶ Idem 1. quondam archiepiscopo Lugdunen.

¶ *Si qua verba sunt in canone Missæ, quæ ab Euangelistis dicta non fuerunt, credere debemus, quod à Christo Apostoli, & ab Apostolis eorum successores acceperunt. & hoc dicit vsque ad §. quæsiuisti.*

CAP. VI.

CVm † Marthæ: & infra. ¶ Quæsiuisti, quis † formæ verborum, quā ipse Christus expressit, cum in corpus & sanguinē suum, panem trāssubstantiauit & vinum, illud in canone Missæ, quo ecclesia vtitur generalis, adiecerit, quod nullus Euangelistarū legit̃ expressisse. Cum enim in Euāgelio sic legatur: Accipiens calicem, gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis, dicēs. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. compilat.

† Ex vetustis codicibus restitut9 est locus, ut est ipssus, nā in vulgatis corruptissimè legebatur ita: Quæsiuisti, q̄ sic forma verborū, q̄ ipse Christ9 &c. ex quibus nullus poterat san9 sensus colligi.

CVm Marthæ.] Tria sunt dicta, quę patēt per §§. Secundum ibi, Quæsiuisti. Tertium ibi, Tertio loco. Abbas.

CASVS. In Euangelio sic legit; Accipiens calicē gratias agens, benedixit, & dedit discipulis suis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum: ad vim & prolationem istorum verborum, panis & vinum in corpus & sanguinē Christi transubstantiatur: in canone Missæ, quo ecclesia utitur generalis, additū fuit mysterium fidei, quod verbum, nullus Euangelistarum expressit: vnde mirabatur archiepiscopus iste, quis ausus fuit adijcere verbum illud, quærens à Papa quis illud verbum adiecit: ad hoc respondet Papa, si formam illius canonis inspiciat diligenter, præter verbū illud de quo quæsiuit, alia duo videlicet: eleuatis oculis in cælū: & æterni testamenti: poterit in ipso canone reperire, quæ in textu Euangelij nō leguntur: sed multa tam de verbis quàm de factis Domini omissa fuerunt ab Euangelistis, quæ Apostoli suppleuerunt. In actibus Apostolorum legitur Dominū dixisse. Beatius est date, q̄ accipere; hoc nullus Euangelistarum expressit. Item ipsi etiam Euangelistæ inter se mutuò suppleuisse leguntur, quæ ab aliquo eorum vel

4 Errauit Hugo, necesse ullo modo eius opinio tenēda.

e Vino.] quærebatur quo perfundere debet sacerdos? respondit: quod uino.
f Perfundere.] manus, scilicet post perceptionem corporis & sanguinis Domini.
g Totum.] bene dicit; quia uel totum recipiat, vel nihil. de consecr. dist. 2. comperimus.

[Glos. seq. reci. per q. quare dicat, forte, & dupliciter sol. Secundo de illo, qui sumplit medicinam, & soluit. in fi. quærit, & soluit, & ponit opin. Hug.]

1 V. d B. Thomam 3. par. q. 80. art. 8.

h Ne si fortè.] quia sacramēta à ieiunis sunt percipienda. 7. q. 1. nihil. de consec. dist. 5. vt ieiuni. 75. di. q à patribus. & s. de tempo ord. litteras. Ideo dicit fortè; quia quorunda est opinio, q quicquid admiscetur sanguini, à sanguis efficitur. arg. s. ut. prox. q in dubiis. &

2 Vide F. Thomā 3. par. q. 77. art. 8.

num vel aliquibus sunt omissa: alia verò duo, quæ in canone missæ adduntur, possunt ex alijs locis euangelij comprobari. Ioannes enim describens suscitationē Lazari, asserit Iesum sursum oculos eleuasse, & dixisse, Pater, gratias ago tibi, quia audisti me: si tūc eleuauit oculos ad patrem quando animā Lazari reuocabat ad corpus, probabilius esse vr, quòd tūc oculos leuauerit ad patrem in cœlum; cum panem & vinū transsubstantiauit in corpus & sanguinē suū. Præterea, in textu Euāgelij ponitur: noui testamenti: in canone missæ interponitur: & æterni: quia vetus testamentū tēporalia promittebat, nouum autem, quod fuit Christi sāguine consecratum promittit æterna; & ideò testamētum illud fuit vetus & transitoriū: hoc autem nouum est & æternum; vel alia ratione; vnde nouum, i. vltimum esse describitur, inde ęternum, i. ppetuum comprobatur: nouissimū enim hominis testamētū immobile pseuerat: quia testatoris obitu cōfirmat. alioquin non valet, dum vixerit, qui testat: & non solum scriptura, sed etiam promissio dr testamentum. vn quod dicit Apostol⁹: ideò noui testamenti mediator est, vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt hæreditatis æternæ: Sic ergo debet intelligi quod in canone legitur. Hic est sanguis meus, noui, & æterni testamenti, id est nouæ ac æternæ promissionis confirmator. Not. quòd beatius est dare, quā accipere. Item testamētum morte testatoris confirmatur. Item deambulatoria est volūtas testatoris vsque ad mortem.

a Mysteriū.] illud est verbum de quo q̄ siuit, scilicet, qs adiecit illud in canone Missæ.

q Plus dixisse. arg. 2. q. 5. consuluisti. §. de translat. inter corporalia. sed hoc cum ratione est additum. 33. q. 2. quos Deus. & inf. eo. §. ex eo, in fine.

c Alia duo. scilicet, eleuatis oculis in cœlum: & æterni testamenti, prout sequitur.

d Multa.] multa enim seruat ecclesia, q̄ ab Apostolis nō sunt tradita, q̄ tñ cū sint lōga cōsuetudine ap̄ probata, nō sunt minoris auctoritatis, vt 11. di. ecclesiasticarum. 12. dist. illa.

e Beatius est dare.] 16. q. 1. prædicator. quia dādo placet homo: accipiēdo displicet. Vnde versus.

Temporibus nostris quicunq; placere laborat.

Det, capiat, quęrat, plurima pauca, nihil.

f Abortiuo.] Paulus appellat seipsum abortiuū; quia sicut fœtus abortiuus, cū labore, et angustia, & attractione ad lucem attrahit, ita Paul⁹ cū attractione venit ad fidem. 23. q. 4. displicet, & c. quis nos.

g Sunt omissa.] nā quod legibus omissum est, supplendum est à iudice. ff. de test. quęsitum. & s. de electiou. cum nobis. & Dñs qnq; diminute dixit. 16. q. 7. & hęc diximus, & ipsius facta supplemus, & cōtria suis factis facimus. & iuste p vsū ecclesiæ diu factū, ad hoc vt iustum præsumi debeat. de cōsdis. 2. liquido. & sufficit ꝙ aliqd sit diu seruatum, ad hoc vt psumi dēat, vel Apostolum, vel aliū iustū auctoré habuisse. 11. dist. ecclesiasticarū. 12. dis. illa.

h Probabili⁹.] no. arg. ꝙ ex quo qnq; leuauit, ꝙ postea leuauerit. 1. q. 1. iudices in fi. & est arg. ex eo qd qs facere cōsueuit. 18. di. q a sūt culpę. ī de pignus llo vos. ff. d vsu. q. similes. 1. rñ. ff. de vitri. & ole. l. ex vsu ff. de pe. le. dñs Sticho. § testamēto. ff. d fund. ist. cū de lanionis. §. asinā. & ff. de lega. 1. si seru⁹ plurin. §. si numerus numorū. & ff. ad Macedo. inter, 2 §. qd dr. ...

i Et æterni.] hic ostēdi. quæ adiectū sunt & æterni. Ber.

rū: in canone Missæ sermo iste, videlicet mysterium[a] fidei: verbis ipsis interpositus inuenit; vnde cum non Euāgelista Christū hoc dixisse testetur, † miraris, quod aliqs asseuerare tentauerit, eū aliquid plus dixisse,[b] q̄ aliquis Euangelistarum asseueret. Verum si formam ipsius canonis inspicias diligenter, pręter hoc, de quo tua fraternitas req̄siuit, alia duo[c] videlicet. eleuatis oculis in cęlū: & æterni testamēti: poteris in ipso canone reperire, quæ in textu Euāgelico non legūtur. ¶ Sane multa[d] tā de verbis, q̄ de factis Dñicis inuenimus ab Euangelistis omissa, † quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse legūtur. Paulus enim i † actibus Apostolorum sic ait. Meminisse vos oportet verbi Dñi Iesu, qui dixit Beatius † est dare,[e] quā accipere. Hæc nullus quattuor Euangelistarū descripsit. Nullus etiam horum expressit, ꝙ Paul⁹ de Christo † ad Corinthios scribens ait. Visus est plusq̄ quingentis fratrib⁹ simul, deinde visus est Iacobo; nouissimè autē tanq̄ abortiuo,[f] visus est & mihi. Ipsi ēt Euangelistæ mutuo inter se suppleuisse legunt, quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sūt omissæ.[g] vnde cūt tres Euāgelistę posuerint. Hoc est corpus meū; solus Lucas adiecit. quod pro vobis tradetur. & cum Mathęus & Marcus dicant. pro multis Lucas dicit. p vobis. Mathæus autem. in remissionem peccatorum, ādiunxit. Cæterū ea, quæ addūtur in canone Missæ, possunt ex alijs locis Euangelij comprobari. Ioānes † enim suscitationem Lazari describens, Iesum sursum oculos leuasse asserit, & dixisse. Pater gratias ago tibi, qm̄ audisti me, & infra. ¶ Si tunc igitur in cęlum oculos leuauit ad patrē, cū ad corpus exanime animam Lazari reuocauit, † probabilius[h] esse videtur, † ꝙ tunc oculos leuauerit ad patrem in cœlū, cū panem & vinū in corpus & sanguinem proprium commutauit. Cęterū sicut superius est expressum, cum in textu Euāgelico. noui testamēti, ponatur, hic interponitur. & æterni;[i] nam vetus testamētum, quod hircorum & vitulorum fuit sanguine dedicatū, temporalia † promittebat, nouum autē, quod est Christi sanguine cōsecratum, promittit æterna, & ideò testamentum illud fuit vetus & transitorium, hoc autem nouum est, et ęternum vel, vt vtamur alia ratione, vnde nouum, id est, vltimum esse describit, inde ęternum, id est, ppetuū comprobatur. † Nouissimum etenim hominis testamētū † immobile[k]

K Immobile.] C. de sacrosanct. ec. l. 1. C. de testamen. quoniam indignum. 13. q. 2. cap. vlt.

† testatur.

† Vide Melchiorē Canū lib. 3. de locis Theolo. c. 3. & seq.

† Act. c. 20. circa finem.

† In omnib⁹ antiquis ita: Beatius est magis dare, quam &c.

† 1. Cor. 15.

† Matt. 26. Mar. 14. Lucas. 22.

† In codice Barbatiæ ita: multa seruat ecclesia, quæ nec ab Euangelistis, nec ab Apostolis sūt tradita, &c. pter lo. ta citata in gl. Vid. Melchior. Canū de loc. theolog. lib. 3. c. 3. & seq.

† Ioan. 12.

† reuocabat

† B. Thom. 3. par. q. 83. art. 3. ad 2. argu.

† Qualiter hoc sit intelligendū pulchrè explicat B. Tho. 1. 2. q. 99. ar. 6. & Domi. Sot. lib. 2. de iust. & iur. q. 2. art. 3. 2 al. sed Iulianus.

† approbat

† Hic post vocē testū, in q̄busdam est dictio, morte, quæ deest in omnibus antiquis; nec est dēt, vt indicāt sequētia.

perseuerat: quia testatoris, obitu confirmatur; iuxta quod Apostolus testamentum in morte asserit confirmatum: alioquin nō valet,[a] dum vixerit, qui testatur. Prętere a non solum scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum, iuxta quod Apostolus ipse scribit. Ideo noui testamenti mediator est, vt repromissionē accipiāt, qui vocati sunt hæreditatis ęternę. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso Canone reperit᷑. Hic est enim sanguis meus, noui & æterni testamenti: id est nouæ ac æternæ promissionis, scilicet cōfirmator, sicut Dominus repromittit: Qui māducat (inquiēs) carnē meā, & sanguinem meum bibit, habet vitam ęternā. ¶Ex eo autem verbo, de quo mouit tua fraternitas quæstionem, videlicet, mysterium fidei; munimentum erroris quidam trahere putauerūt, dicentes,[b] in sacramento altaris non esse corporis Christi, & sanguinis veritatē,[c] † sed imaginē tantum, & speciē, & figuram pro eo quod scriptura interdum commemorat, id quod in altari suscipitur, esse sacramentum, & mysteriū, & exēplum.[d] Sed tales ex eo laqueū erroris incurrūt, qđ nec auctoritates scripturę cōuenienter intelligunt, nec sacramenta Dei suscipiūt reuerēter.[e] Si enim quia figura est sacramentū[c] altaris, veritas[f] esse negat᷑, ergo nec mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) veritas est credenda; si quidem mortem & resurrectionem Christi similitudinem & imaginē esse Apostolus manifestat. Christus (inquiens) mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit ꝓpter iustificationē nostram. Apostolorum etiā princeps Petrus in epistola sua scribit. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Sic ergo tam mors Christi, quam eius resurrectio, est exemplū, vt & nos peccato mortui, iustitiæ iā viuamus. Quare si non fuit veritas, quia fuit exēplum, ergo nec verè mortuus fuit Christus, nec verè à mortuis resurrexit. sed absit à fideliū cordibus error iste, cum Propheta de ipso testetur, quod verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium[g] fidei: quoniam aliud ibi creditur, quā cernatur, & aliud cernitur, quam credatur; cernit᷑ species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virt⁹ vnitatis & charitatis: & infra. ¶Distinguēdū est tñ subtiliter īter tria, q̄ sūt in hoc sacro discreta, videlicet formā visibilē, veritatē corporis, & virtutē spūalē. Forma, est panis

Heb. 9.

Hebr. 12.

Rom. 6.

1. Cor. 15.

1. Pet. 2.

Esaiæ 53.

a Non valet.] ambulatoria enim est volūtas defuncti, vsq; ad supremū vitæ exitū. ff. de adi. lega. l. 4. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum hic status. §. pęnitentiam. & C. de codi. l. 3. & C. qui testamen. fac. pos. si quis. vnde potest mutari testamentum, etiam si pactum interuenerit, ne possit mutari C. de pact. pactū quod dotali. etiam si fuerit per principem confirmatum. arg. C. de testam. omnium. q̄ nemo hanc legē sibi dicere pōt, vt à priori testamento sibi recedere non liceat. ff. de leg. 3. si q̄s in prin. 1. respon.

EX EO AVTEM. Antequā respondeat ad quæstionem, dicit Papa, ꝙ ex verbo illo de quo q̄sitū fuit, videlicet: mysterium fidei, sumūt quidam munimentum erroris dicentes, in sacramēto altaris nō esse corporis Christi & sanguinis veritatem, sed imaginē tātum, & speciē, & figuram: pro eo ꝙ quandoque scriptura commemorat id quod in altari suscipitur, esse sacramētum, & mysteriū, & exemplum: sed q̄ hoc dicūt, errant: q̄a nō intelligunt auctoritates scripturæ, nec sacramēta suscipiunt reuerenter. Si sacramentum altaris veritas esse negatur, quia est figura, ergo nec mors nec resurrectio Christi vera fuit; cū figura sit: Sed Apostolus dixit, ꝙ mors & resurrectio Christi fuit similitudo, & imago, dū dixit: Christus mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter nostrā iustificationem: & hoc etiā dixit Petrus in epistola sua: & ita mors Christi & resurrectio, est exemplum. quæritur, si nō est veritas, quia fuit exemplum: ergo nec fuit mortuus, nec resurrexit: Sed absit error iste à fideliū mētibus: tamen dicitur, mysteriū fidei: quia aliud creditur quam cernatur, & aliud cernitur quam credat᷑: videtur species panis & vini, creditur veritas carnis & sanguinis, & veritas vnitatis & charitatis: & ita inter ista tria distinguendum est, quæ sunt in hoc sacramento discreta, & sub ista forma panis & vini, quam videmus, est veritas carnis & sanguinis, & virtus charitatis & vnitatis. ista non videmus, sed credimus. primum. s. forma, quam videmus, sacramentū est, & nō res: secundū est sacramentū, & res designata per formā panis & vini: tertium est res, & non sacramentum: sed primum, s. forma, est sacramentū geminæ rei; secundū est sacramentum vnius, & res alterius existit: tertiū est res duorum sacramentorum. his pręmissis rñdet Papa ad q̄ōnem credens, ꝙ formā verborum prout in canone reperitur, Apostoli receperunt à Christo, & ab illis Apostolis eorū successores.

b Dicentes.] de cōsecr. dis. 2. ego Berengarius.

c Sanguinis veritatē.] de corpore Christi tres sunt opiniones. Vna dicit, ꝙ illa substantia, quæ prius fuit panis & vinū, postea fit 1 corpus & sanguis Christi. de conse. dist. 2. panis in altari. & c. quia corpus. Secunda tenet, ꝙ substātia panis & vini desinit 2 esse, & tm̄ accidentia ipsorū remanent, scilicet sapor, & pondus, & sub illis accidentibus est corp⁹ Christi, & hoc approbat ī. de summa trinitate & fide cath. c. 1. Tertia 3 dicit, ꝙ remanet substātia panis & vini, & sub eadem specie est corp⁹ Christi. Io.

d Exemplum.] de cōsecratio. dist. 2. nō oportet. & c. nos. n. & ca. forte dicas. & cap. in quibus. & cap. semel mortuus est.

e Sacramentū.] 1. q. 1. multi sęculariū. de consecra. dist. 2. sacrificium.

f Veritas.] sicut ipsi hæretici dicunt.

g Mysteriū fidei.] de consecratio. dist. 1. forte dicas. &c. in quibus. & c. semel mortuus, & hic ostendit quare dicatur mysterium.

1 Scilicet p trāsubstātiationē; & hęc est ꝓpositio catholica, q̄ nouissimè diffiniuit cōcil. Trid. ses. 13. de Eucharistiæ sacramento, ca. 4. & canone 2. & vide B. Thomā 3. par. q. 75. artic. 8.

2 De hac vide B. Tho. 3. part. q. 75. art. 3.

3 Hæc est hęresis demū in cōci. Tridānata, ses. 13. de sacramento Eucharistiæ c. 4. & canone 2.

† Hunc errorē nouissimè cōdēnauit cōcil. Trid. ses. 13. de sanctissimo Eucharistiæ sacramento c. 1. & canone 1. videquoq; B. Thom. 3. pa. q. 75. ar. 1

† B. Thom. 3. part. q. 60. art. 2.

a Sacramentum.] id est, sacræ rei signum. 1 de consecra. dist. 2. sacrificium.
b Secundum est sacramentum.] de consecr. dist. 2. hoc est quod dicimus. & cap. dupliciter.
c Sed primum.] s. forma panis & vini est sacramentum geminæ rei, id est, corporis Christi, & vnitatis: & ita est figurans tantum.
d Secundū.] id est, corpus Christi est sacramētū, scilicet vnitatis, & est res sacramenti. s. specierū panis & vini: & ita est signās & signatum.
e Tertium.] s. vnitas est res siue signatum gemini sacramēti, id est, duorū sacramentorū pcedentiū, i. corporis Christi, qd est sacramentū vnitatis, & specierū panis & vini, quæ sunt sacramentū corporis Christi: & ita istud tertiū, est tm̄ signatū p illa duo sacramenta: species panis & vini, & corp⁹ Christi. Primū verò ē tm̄ sacramētū signans. Scd̄m est signās & signatū. Tertiū est signatum tm̄.
f Credimus.] cōcludit ex præmissis solutionē pricipalis q̄ōnis: Et de hoc hēs 11. dist. ecclesiasticarū.

QVAESIVISTI ETIAM. Scd̄a q̄ō fuit, vtrū aqua cū vino in sanguinē ɔuertaē? Sup ista q̄ōne varie sūt opiniōes apud scholasticos. Quidā dicūt, ꝙ cū duo sacramēta pfluxerint de latere Christi, s. sanguis 2 & aqua, i illa duo sacramēta vinū & aqua ɔmixta in calice, diuina virtute mutanē, vt in hoc sacramēto sit veritas & figura. Alij dicūt, ꝙ aqua cū vino trāssubstantiaē in sanguinē. ꝑterea, dici posset, ꝙ aqua nō trāsit in sanguinē, sed remanet prioris vini accidētibus circūfusa: ita ꝙ vini saporē assumit, quod inde probatur, si post calicis cōsecrationē aliud vinū mittatur in calicē, illud non transit in sanguinem, nec sanguini cōmiscetur, sed accidentibus prioris vini cōmixtū circumfunditur corpori, qd̄ sub illis accidētibus latet, non madidans circumfusum: & sic contingit accidentia permutare subiectū, & hic cedit natura miraculo: Veruntamen inter prædictas opiniones illa ꝓbabilior iudicatur, quæ asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari, vt expressius elucescat proprietas sacramenti & ideò vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur: per hoc enim ꝙ ipse accepit de nostro, & nos accepimus de suo indissolubili vinculo cōiungimur, vt ille qui est vnum cum patre per vnitatem ineffabilem, fiat vnum nobiscum per admirabilem vnionem, & eo mediante efficiamur vnū cū patre. No. quòd accidētia mutant subiectū, & ècontra. Itē natura cedit miraculo. Itē virtus supra consuetudinē operatur.

† Hunc articulū pulchrè explicat B. Thomas 3. part. q. 74. art. 8. & Dominicus Sotus li. 4. sen. dist. 9. q. 1. art. 6.

2 Impropriè loquitur, sed apertius hęc dicunt in ipso contextu decretalis.

& vini: veritas, carnis & sanguinis: virtus, vnitatis & charitatis. Primū est sacramentū,[a] & non res. Secundum[b] est sacramētum & res. Tertium est res & non sacramentum. Sed primum[c] est sacramentum geminę rei. Secundum[d] est sacramētum vnius, & alterius res existit. Tertium[e] est res gemini sacramenti. Credimus[f] igitur, quòd formam verborum sicut in canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

¶ In sacramento altaris, aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem. hoc dicit vsque ad §. Tertio loco. Abb. Siculus.

¶ Quæsiuisti etiam, vtrū aqua † cum vino in sanguinem conuertantur? Super hoc autem opiniones apud scholasticos variātur: Aliquibus enim videtur, quòd cum de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua; in illa duo,[g] vinum & aqua, quæ commiscentur in calice, diuina virtute mutantur: vt in hoc sacramēto plenè sit veritas[h] & figura.[i] Alii verò tenent, quòd aqua cum vino trāssubstantiatur[k] in sanguinē, cū in vinū transeat mixta vino: licet physici[l] cōtrarium asseuerent, qui aquā à vino per artificiū posse asserunt separari. Præterea potest[m] dici, quòd aqua non transit[n] in sanguinem, sed remanet prioris vini accidētibus circumfusa, ita ꝙ vini saporem assumit: qd̄ inde conuincitur, quia si post calicis consecrationē, aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini cōmiscet, sed accidentibus prioris[o] vini commixtū, corpori, quod sub eis latet, vndique circūfunditur, nō madidans circūfusum: ipsa tamen accidentia vinum appositū videntur afficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporē assumit. Cōtingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & subiectū contingit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo: & virtus supra cōsuetudinē operatur. Sed nec incōueniēs creditur aut absurdū, si aqua in corpore Christi esse credatur: cū legatur de ipsius latere † processisse; & infra.[p] ¶ Verum inter opiniones pdictas, illa probabilior[q] iudicatur, quę

g Illa duo.] sacramenta, quæ fluxerūt de latere Christi, scilicet aquam & sanguinem. j. eo. in quadam.
h Veritas.] id est, caro & sanguis.
ADDITIO. Vel dic, veritas transsubstantiationis istius aquæ, in illam verā aquam Christi, & illius vini in sāguinē.
i Et figura.] idest, species panis & vini.
ADDITIO. Vel dic, & figura, quia per aquam figuratur regeneratio, & per vinum redemptio.
K Transsubstantiatur.] ita ꝙ desinit ibi esse aqua & vinum.
l Physici.] q. dicunt, quòd aqua & vinum non cōmiscentur per minima. i. non ita ꝙ iseparabilia sint, sed talis separatio impossibilis, vel difficilis vr̄, postq̄ bn̄ admixta sunt. arg. ff. de acq. re. do. adeò, §. cū q. s. & de consec. dis. 2. cū omne. versus finem.
m Præterea potest dici] hæc est tertia opinio.
n Transit.] contra istos est: quia si quis sumpserit hanc aquā cū sanguine, iam nō erit ieiunus, & ita illa die nō poterit ɔficere. j. e. ex parte. sed ɔ. de ɔsec. dist. 2. relatum. & j. eo. ti. cōsuluisti. & c. ex parte.
o Accidētibus prioris.] licet logici dicāt quòd accidentia non possint permutare subiectū, quod verum est secundū naturam: Sed hic natura cedit miraculo, vt litera dicit.
p Processisse: & j.] sub 3 hoc j. ponitur alia opinio, quę ponitur in antiqua cōpilatione, q̄ est j. eo. tit in quadā.
† & si tibi.

a Appellatione remota.] maximè, quia idem etiam si non apponatur: quia in huiusmodi correctionibus non admittitur appellatio. ī. de appellat. reprehensibilis. & c. cum speciali. in fi. & cap. ad nostram. Bern.

[Glos. seq. notat, quod vniuersitas delinquit.]

b Eis eiectis.] in pœnam illorum. episcop⁹ enim illud auctoritate sua facere posset: 1 argu. 16. q. 6. d lapsis. 18. q. 2. Abbates. Sed si non delinquunt, eos expellere nō potest. 16. q. vl. inuentum. 56. dist. satis peruersum. Nec etiam arctiorem regulam potest eis imponere argu. 32. q. 1. integritas. ī. de eccl. ædific. ad audientiā. 2 Itē dicitur hic, quòd vniuersitas delinquere potest. Arg. 25. q. 2. ita nos & 7. q. 1. sicut vir. & ff. quod metus caus. metum. §. animaduertendum.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

c Inducas.] sed qualiter ibi erūt? Refert qualiter introducantur, & qualiter expulsi sint, an in perpetuum, an ad tēpus donec illi corrigātur & reuertātur. Arg. ī. de diuor. gaudemus. C. de pœn. l. sermus. & 81. dist. dictum. & hic in fine dī.

d Impiorum.] 23. q. 7. quicunque. & c. seq.

† Non secularē, sed regularē alteri⁹ ordinis, vt notat hic Ioann. And. quē videto.

† confusi.

† Esul'. Asculano.

† Cap. 1. eo. tit. in 4 cōp.

2 In antiqua cōpil. initio capitis citata ita hr̄: quos ibidē inuenit passim tabelliomatus officiū exercentes.

3 De hoc articulo vide plenè hic per Doctores. & quid sit de alijs cāis ecclesiasticis, dicas quod si eā hæresis non solū clerici seculares, sed et quilibet religiosi tabelliones esse possunt, c. vt officiū. §. ad cōscribēdas de hęret. libro 6. Vide Eymericū in Directorio Inquisit. 3. p. q. 18. & 19 & Annotat. in Director. libro 3. Schol. 84.

seculariter viuūt, et alios exemplo suo † corrumpunt. Ideoque mandamus, quaten⁹ eos ad obseruantiam regulæ † appellatione remota a cōpellas; vel † si tibi restiterint ausu temerario, eis eiectis, b fratres alterius ordinis (si nō potest præscriptū monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas: c vt labores impiorum d iusti edant: & illi tandem rubore perfusi, † ad sui ordinis obseruantiam reuertātur.

¶ Innocentius iij. Esculan. † episcopo.

¶ Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem, vt desistant à tabellionatus exercitio.

CAP. VIII.

SIcut † te accepimus referente: & infra. ¶ Fraternitati tuę mādamus, quatenus clericis e in sacris ordinibus cōstitutis, tabellionatus officium per beneficiorum subtractionē, appellatione postposita, iterdicas.

Sicut.] CASVS. Quidam clerici in sacris ordinibus constituti, indifferenter exercebant officium tabellionatus: mandat Papa diœcesano episcopo, quatenus clericis in sacris ordinibus constitutis appellatione remota per beneficiorū subtractionem, interdicat officium tabellionatus. Nota, quod clericus in sacris ordinibus constitutus tabellio esse non debet.

e Clericis in sacris.] sed quare isti prohibentur exercere officium tabellionatus, dum tñ abstineant à sacris scripturis siue sententijs? Dicas quod isti passim vtebantur officio illo in omnibus causis, in quocunque foro, vt habetur in integra: a vel verior est illa ratio, officiū illud extraneum est ab officio clericorū saltem in ordine sacro. 20. q. 3. eos. quia genus negotiationis est etiā abstinendo à criminalibus, maximè si competentia beneficia habent. arg. ī. de post c. 1. Sed nunquid in causa ecclesiastica siue spirituali, coram ecclesiastico iudice possunt esse tabelliones? 3 Videtur quod non, quia simpliciter prohibentur, vnde generaliter intelligendum est. arg. 19. dist. si Romanorum. & ī. de priuile. quia circa. ff. de serui. vrba. prædi. si seruitus. arg. contra. ī. de proba. quoniam. 27. q. 2. multorum. Ber.

SEntentiam.] Habet multa dicta: ideò commodè summari non potest, generaliter pōt sic summari. Clericis prohibētur oīa illa, ex quibus se quis vel seq. pōt virę amissio, vel sāguinis effusio, hoc dicit. Et habet quatuor dicta principalia. Secūdū ibi, Nec quisquam. Tertium ibi, Nullus. Quartum ibi, Nec quisquam. Abbas.

¶ Idē in concilio generali †

¶ Clericus nec dictare, nec proferre sententiam sanguinis debet; nec quicquā aliud exercere, per quod ad vindictā sanguinis tendatur, vel purgationi vulgari opem præstare non debet.

CAP. IX.

SEntentiam † sanguinis f nullus cleric⁹ dictet, aut proferat; sed nec sanguinis vindictā exerceat: aut vbi exerceatur, intersit. Si quis autē huiusmodi occasione statuti, ecclesijs vel ecclesiasticis personis aliquod præsum pserit inferre dispendiū, per censuram ecclesiasticam compescatur. Nec quisquā clericus litteras dictet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinādas. Vnde in curijs principum g hæc solicitudo non clericis, sed laicis cōmittatur. Nullus quoque clericus ruptarijs † vel ballistarijs, aut huiusmodi viris sāguinū præponatur: nec vllā † chirugię artē subdiaconus,

CASVS. Statuit cōciliū generale, quod nullus clerici suiam sāguinis dictet vel proferat, nec vindictam sanguinis exerceat, nec vbi exerceat intersit, Si autem occasione hui⁹ statuti aliquis ecclesijs aliquid dispendium inferre præsumpserit, per censuram ecclesiasticā cōpescatur. Item nulli⁹ clericus litteras scribat, aut dictet pro vindicta sanguinis destinādas: sed laicis officiū in curijs principum committatur. Itē nullus clericus præponatur ballistarijs, aut huiusmodi viris sanguinum, & subdiaconus & sacerdos artē chirurgiæ non exerceant, quæ adustionem, vel incisionem inducat; nec impendant ritum alicuius benedictionis purgationi aquæ frigidæ, vel ferri candentis: saluis prohibitionibus de monomachijs siue duellis antea promulgatis. Nota quod iudicium sanguinis clericus exercere non debet. Item litteras vindictam sanguinis continentes scribere, vel dictare non debet. Item clericus viris sanguinum præesse nō debet. Item clericus in sacris ordinibus chirurgiā exercere non debet. Item purgatio aquæ, vel ferri candentis fieri non debet.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f Sanguinis.] epi non possunt snias sanguinis ferre. ī. de excess. prælat. ex litteris. & ī. eo. clericis. vbi de hoc. nec dare consiliū, nec interesse, nec dictare, nec scribere sententiam, vt hic dicit & 23. q. 4. illud. sed alijs debent vices suas committere, vt dictum est ī. eo. clericis. & arg. prædictæ decret. illud. & 2. q. 7. sicut licet secundum leges non possit delegare nisi cū iudex necessariam habeat causam proficiscendi. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdi. l. 1. Sed si interest tantum, nunquid propter hoc efficitur irregularis, vt propter hoc deponatur? Nō videtur quòd debeat deponi: sed aliàs debet puniri, quià interfuit contra præceptum huius canonis.

g Principum.] ī. eod. clericis. & c. sed nec. Ber.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

† scilicet Lateranē c. 18. & c. 2. eo. ti. in 4. comp.

† Præter Doctores hic, vid. Felyn in ca. sicut dignū. de homic. & Nauar. in Man. confess. c. 25 nu. de pecc. cleric. quo ad ordines. vers. cleric⁹ verò tabernatius.

† al. ruptarijs.

† al. rotarijs vt obseruat, Hos. sed in oīb⁹ Vaticanis vt est impressum.

† al. ita: nec vllā chirurgiæ partem.

† al. ita: nec illā chyrurgiæ partem.

† al. ita: neo nō vllā chirurgiæ artē.

a Ad-

a Adustionem.] ex hoc videtur, ꝙ ecclesia pęnam adustionis infligere non debet, & sic est contra illud. ī. de cri. fal. ad audientiam, vbi dicitur quòd nota cum ferro candenti ponitur in fronte: sed illud intelligitur ita quòd ad effusionem sanguinis non procedat.

b Monomachijs.] idest de pugnis singularib. Dicit enim monomachia à monos, quod est vnum: & machia, pugna: quasi pugna vnius contra alterum.

SVper.] Pars huius ī. de magistris, & de priuileg. specula. Diuiditur in quinque partes Primò ponitur decisum exordium. Secundò ibi, Contra relatio Turonen. concilij. Tertiò ibi, Verum. opiniones varię circa illud. Quartò ibi, Nos determinatio. Quintò ibi: Quia verò. constitutionem extendit Abbas.

CASVS. Alexāder Papa statuit in concilio Turonē. s eod. non magnoperè ꝯ regulares psonas exeūtes ad audiendas leges vel physicam, vt nisi infra duos menses ad claustrū redirent, sicut excōicati ab oibus vitarentur, & in nulla causa si patrocinium præstare voluerint, audiantur; reuersi autem ad claustrum in choro, mēsa, capitulo, & ceteris, vltimi fratrum existant, & oēm spē pmotionis amittāt, nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicę. Sed qa nonnulli pp diuersas opiniones quorundā, excusationem assumebāt, volēs Papa vt de cetero ipso facto sententiā excōmunicationis incurrāt, mandat quatenus tā diœcesani epi, q̄ capitula ipsorū & alij, in quorum diœcesibus tales commorantur, publicè denuncient eos excommunicatos, & prædictis pęnis obnoxios: Verum quia dñs Papa theologię studium desiderat ampliari, vt fides catholica circumcincta sit muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat venientibus ex aduerso: statutum Concilij Turonen. extendit ad archidiaconos. decanos, plebanos, prępositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, necnon presbyteros: nisi infra spatium pręscriptum destiterint: & appellatione postposita præcepit obseruari. Nota quòd religiosi nō debent audire leges vel medicinam. Item ipso facto quis excommunicatur. Item constitutio post duos menses à tempore ipsius constitutionis ligat. Itē Theologia super omnes scientias est fauorabilis. Item presbyteri & personatus habentes non debent audire phisicam vel leges, aliàs sicut religiosi audientes puniuntur.

c Leges vel physicam.] C. de epis. & cleri. repetita. & l. parabolani.

diaconus, vel sacerdos exerceat, quę adustionē [a] vel incisionem inducit: Nec quisquā purgationi aquę feruētis vel frigidę, seu ferri cādentis, ritum cuiuslibet benedictionis aut cōsecrationis impendat: saluis nihilo minus prohibitionibus de monomachiis [b] siue duellis† antea promulgatis.

¶ Honorius tertius.

¶Constitutio Turonen. concilij puniens religiosos audientes leges vel physicam, est canon latę sententię: & incidētes in illam debent per ordinarios puniri hoc primo. Secundò extendit dictam constitutionem ad habentes dignitates & personatus, & ad presbyteros.

CAP. X.

SVper specula: & infra. ¶Contra religiosas personas [de† claustris] exeuntes ad audiēdum leges, vel physicā, [c] Alexander† prędecessor noster olim statuit in Cōcilio Turonē. vt nisi infra duorum mensium [d] spatium ad claustrū redierint, sicut excōmunicati ab omnibus euitentur: & in nulla causa (si patrociniū præstare voluerint) audiantur. [e] Reuersi autem, in choro, mensa, capitulo, & ceteris, vltimi fratrum existant, & (nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicę) totius spem promotionis amittāt. [f] Verum quia nōnulli ex talibus, propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant: Nos volentes vt de cetero ipso facto, [g] sententiam excommunicationis incurrant, districtè† præcipiendo mādamus, quatenus tā à diœcesanis & capitulis ipsorum, quàm à cęteris episcopis, in quorum diœcesibus in huiusmodi studeant, tales excōmunicati, prædictis [h] pęnis obnoxii publicè nuncient. ¶ Quia† verò theologiæ studiū cupimus ampliari, vt dilatato sui tentorii loco, funiculos suos faciat lōgiores, vt sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorū, [i] quibus resistere valeat ascēdentibus ex aduerso: & archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos psonatus habētes necnō presbyteros [k]

d Duorū mensium spatium.] à tempore scientiæ huiusmodi cōstitutionis siue publicationis cōnumerandum. & nisi destiterint, ipso iure sententiam excommunicationis incurrūt, vt ī. sequit. Verba ista quæ hic ponuntur vsque ibi, verum quia. sunt Turonen. concilij. s. eod. non magnoperè.

e Audiantur.] tamq̄ ipso iure excommunicati, aliàs etiā monachi & canonici regulares ab aduocatione repellunt. s. de postulatio. c. 2. & 16. q. 1. alia. & c. placuit. & c. monachi. & c. de pręsentiū & 15. q. 2. c. 1. in fi. nisi pro vtilitate ecclesiæ suæ, [l] Abbate nihilo minꝰ imperante, vt in pręd̄icto cap. monachi.

f Amittant.] dic vt sup. eo. cap. non magnoperè.

g Facto.] sic ipso facto negamus Deum. 22. q. 5. cauere & ipso facto amittit qs priuilegium suum sic. s. de vi. & honest. cle. ca. vlt. vbi plures con cor. de hoc.

h Prædictis pęnis.] scilicet, quòd promoueri non possunt sine dispensatione Apostolicæ sedis, & alijs superius positis.

i Bellatorū.] idest, prædicatorum, qui possunt hæreticis resistere auctoritate diuinæ scripturæ, qui contra nos surgunt, & ex aduerso impugnant nos: quos prælati ecclesiarum de sua diœcesi expellere tenentur in tantum, quòd si negligentes extiterint, ab administratione remoueantur. ī. de hæret. excommunicamus. in fi.

[Glos. seq. teci. per q. quid de beneficijs curatis, & personatibus non curatis.]

K Presbyteros.] ad omnes prędictas personas pęna ista extenditur, etiam si huiusmodi personatus curam animarum non habeat: quia idem iudicium est de personatibus curam animarum non habentibus, sicuti de beneficijs curam animarum habentibus annexam. s. de electione, dudum. & quod habentes curam animarum tenentur, patet: quia qui ad curam animarū eligitur, debet primò promoueri ad ordinem sacerdotij, aliàs sit ea ipso iure priuatus. s. de præben. extirpandæ. §. qui

†Vide Concilium Lateranen. sub Alexan. iij. c. 20. & Cōcilium Trident. sessio. 25. de reformat. c. 19.

† Hæc duo verba: de claustris, desunt in omnibus antiquis & manu scriptis Vaticanæ.

† al. ita: Alexād. pp p̄. n. hoc est, Alexander Papa prędecessor noster.

† al. ita; districtè præcipimus, & mandamus.

l Vel pauperū secundum Io. & Phi. vide quę dixi de postul. c. 2. Io. And.

† Vide cap. 1. ne clerici vel monachi. lib. 6. & quod statutum est in concilio Lateranē. sub Leone x. sessio. 8. paulo post principium, in cōstitutione incip. Apostolici regiminis.

§. qui verò. & in propria persona deseruire nisi in duobus casibus, vt ibi dicitur, & idē iudicium de personatibus, & de habentibus curam animarum est habendū, vt prædicta decr. dudum. & ī. de præb. de multa: maior enim ratio est de habentibus curam animarum, quam de personatibus non habentibus curam animarū. Credo quòd nullus archidiaconus, decanus, plebanus præpositus, cantor, & nulli qui habent personatus, & qui habent curam animarum, possint audire leges, vel physicam propter pœnam istius constitutionis, nulla facta distinctione, ex quo tales sunt: nisi aliam interpretationem super hoc viderent: quia Papa nullam adhibuit interpretationem: ergo nec nos adhibere debemus. 2. q. 5. consuluisti. & sup. de transl. inter corporalia, sufficit enim, quòd ita scriptum est, vt 6. q. 3. scriptum est in lege. & ff. qui & à qui. ma. lib. l. prospexit.

† Hæc, pro hoc in multis Vaticanis.

(nisi ab his[a] infra spatium[b] præscriptum desti terint) hoc[c] † extēdi volumus [& † mandamus] & appellatione postposita firmiter obseruari.

† Hæc duo verba: & mandamus, desunt in omnibus antiquis codicibus.

ADDITIO. Dic tamen, quòd hæc constitutio non habet locum in habente curam parochialem, si aliàs non est presbyter, nisi sit talis cura, siue plebania, quæ habeat sub se capellam, vel capellas in quibus clerici perpetuò instituantur. c. 1. eo. tit. lib. 6.

a Ab his.] scilicet legibus, vel physica, de quibus præmissum est supra. Ber.

[Glos. seq. principium reci. per quæstio. finis quærit, & soluit.]

b Spatium præscriptum.] duorum mensium connumerandorum à tempore publicationis 1 huius constitutionis, quia ante publicationem nemo tenetur sup. de consti. cap. 2. ex quo enim constitutio publicè promulgata est & publicata, quilibet tenetur ad eius obseruantiam post duos menses. in auth. vt fac. no. consti. circa prin. coll. 5. 16. dist. quod dicitis. sup. de postu. prǽl. cap. 1. sed ante non. arg. 32. q. 4. dixit Sarra. 82. dist. proposuisti. sed cum ista constitutio sit iam diu publicata, nullus habet excusationem. Sed nunquid episcopi possunt tales absoluere? Credo quòd sic: quia conditor huius constitutionis non retinuit sibi absolutionem: & ideò alijs relicta videtur. ī. de sent. excom. nuper. ī. de cri. fal. dura. & ī. de præben. de multa, in fine.

1 De materia hui' glossæ vide Decium, & Doctores in c. cognoscentes. sup. de cōsti. & Sotum lib. 1. de iustitia & iure q. 1. arg. 4.

[Glos. seq. reci. per q. an habentes personatus egeant dispensatione Papali, sicut & monachi. alleg. quòd sic. & hoc tenet in additione. in tertia glos. tenuit contrarium.

c Hoc extendi.] scilicet, præmissas pœnas, de quibus superius facta est mentio, scilicet quòd sint excommunicati, & in nulla causa patrocinium præstantes audiantur. Et ita videtur, quòd isti spem promotionis amittunt, nisi cum eis per sedem Apostolicam fuerit dispensatum, sicut dicitur supra de monachis: quia pronomē, hoc ostendit omnes pœnas supradictas. Sed hoc non credo, quòd isti propter hoc sine dispensatione domini Papę promoueri nō possint. & quod dicit; hoc extendi, &c. respicit tantum quod dixit s. excommunicati. & quòd in nulla causa eorum patrocinium admittatur: quia si hoc voluisset, hoc dixisset de istis quòd dixit de illis. arg. ī. de transla. inter corporalia ī. de dec. ad audientiā. & pœnæ non sunt ampliandæ, sine odia, sed potius restringendæ, de pę. dist. 1. pœnæ. ff. de lib. & posth. cum quidam. ff. de hære. insti. l. 1. §. vlt. & illa clausula. Nisi fortè ex misericordia, &c. respicit tantum præcedentia, & non subsequentia arg. ī. de app. inquisitioni. Tutius est dicere, quod incurrat omnes pœnas prædictas, cum litera hoc expressè dicat, dum dicit, hoc extendi, &c. & supra dum dicit; prædictis pœnis obnoxij. Bernardus.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

LIBER QVARTVS, DE SPONSALIBVS ET matrimonijs.

¶ In præcedenti libro visum est de actib. & gestis spectātibus ad clericos, merito nūc restat videre de spectantibus ad laicos. Et hæc rubrica habet duas partes. In prima dicit de sponsalibus: In secunda de matrimonijs. Abbas.

De hac materia tractatur 27.q.2. in plerisq; capitibus.& 29.q.1.& 33.q.2. & 3.& 32.q.1.2.& 3. per totum.& 30.q.5. §. his omnibus. vsque ad fi. q.& 33.q 2.§.sed q. vsque ad finem quæstionis.

†Ca.39 referūt Bur.l.9. decr. c. 76. Ino pa. 8.c. 213.& c.1.eo. tit. in 2. cōpilatio.

D E Fracia.] Diuiditur Primo ponit casum. Secundo diffinit ibi, Diffiniuit.

CASVS. Quidam iuuenis de Francia, duxit vxorem quandam nobilem mulierem de Saxonia s̄m cōsuetudinem Saxonum: iuuenis ille dicebat, ꝙ in matrimonijs ꝯhendis Franci non vtuntur eisdē cōsuetudinibus cū illis de Saxonia,& hoc iō quia desponsauerat eam nō lege sua, sed Saxonū. Dimisit ergo illā,& aliam vxorem duxit. In cōcilio quæsitū est, quid de hoc fieri deberet? Statuit cōcilium, vt ille transgressor Euangelice legis subijciatur pænitentię: & a secūda vxore separet, & ad primā redire cogatur. Nota ꝙ in matrimonio ꝯhendo potius ꝯsideratur intentio ꝯhentium, q̄ verba, q̄bus mediantibus ꝯtrahunt, dummodo animo ꝯhendi hoc faciant. Itē solennitates non sunt de substantia matrimonij. Item uerba debēt seruire intētioni, & nō intentio verbis. Item ad intentionem recurrendum est.

LIBER QVARTVS.


TITVLVS I.

De sponsalibus & matrimonijs.

¶ Ex Concilio Triburiensi. †

¶ Matrimonium solo consensu contrahitur, nec inualidatur, si consuetudo patria non seruetur.

CAP. I.



DE Francia quidam nobilē mulierē de Saxonia, lege [a] Saxonum duxit in vxorē: verum quia non eisdē vtūtur legibus [b] Saxones & Francigenæ, causatus est, quod eam non sua, idest, nō Francorū [c] lege despōsauerat, dimissaque [d] illa, aliam superduxit. Diffiniuit sup hoc sancta synodus, vt ille transgressor Euāgelicę [e] legis subijciatur pœnitentiæ: [f] & a secunda cōiuge [g] separetur, & ad priorem redire rogatur.

a Lege.] idest, consuetudine.

b Legibus.] idest consuetudinibus.

[Glo seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.]

c Francorum lege.] quam putabat esse de substantia matrimonij. arg. 30.q 5. aliter. vbi uī, ꝙ matrimonium omissis solemnitatibus non ualeat; sed non est uerum, quia illa quę d̄r in cap aliter. potius ad solēnitates referuntur, quæ tamen seruandæ sunt: sed q̄uis non seruentur, tenet matrimonium, quia solus consensus facit matrimonium, 27.q.2. sufficiat. 1

d Dimissaque.] quod facere non debuit auctoritate sua, ut 33.q.2. seculares 35.q.6. multorum etiā si impedimentum manifestum subesset. j. de diuortijs, porrò.

e Euangelicæ legis.] quia dicit, nullus dimittat vxorem suam excepta causa fornicationis. 32.q.1. dixit Dominus. j. eo. ex parte.

f Pœnitentiæ.] pro eo quod primam dimisit, & secūdam duxit.

g Cōiuge.] scilicet nomine, non re.

PRæterea.] Primo iubet moneri. Secundo diffinit: ibi, Si autem. Abbas.

¶ Innocentius tertius Exonien. † episcopo.

¶ Sponsalia de futuro dissoluuntur, si sponsi se dissoluūt, etiam si fuerint iurata.

CAP. II.

PRæterea † hi, qui de matrimonio contrahēdo purè & sine omni conditione [h] fidem dederunt, cōmonendi sunt & modis oībus inducēdi, [i] vt pręstitam fidē obseruent. ¶ Si autem se adinuicē admittere noluerint: [k] ne fortè deterius [l] inde contingat, vt talem scilicet ducat, quā odio [m] habet: † videtur, quod ad instar eorum, q societatē [n] interpositione [o] fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittūt, hoc possit in patientia tolerari. [p]

CASVS. Quidam vir & mulier volunt ꝯhere: promittunt ad inuicem purè & sine condōne, fide hinc inde p̄stita, & ꝯhēt matrimoniū: postea mutant propositū. Quæritur, qd sup hoc sit agendū, an videlicet, sint compellendi, vł non? Rn̄det Papa, ꝙ commonēdi sunt, & modis oībus inducēdi, vt fidem p̄stitū obserueti. Si aūt hoc facere noluerint, non sunt cōpellēdi, ne deterius indè contingat, vt illam ducat, quam odit: sed ad instar illorum q societatem ꝯhunt fide data, & postea illā sibi remittunt, potest in patiētia tolerari. Nota ꝙ licet fides sit pure & simpliciter hic inde data de matrimonio ꝯhendo, si postea displiceat cōtrahentibus, nō sunt. vt contrahant compellendi, ne deterius inde contingat. Idē intellige in societate.

h Sine omni cōditione. per hoc vł, ꝙ solui nō possit, q̄a q̄ sine ꝯditione ꝓmittūtur, sine cōdōne solunt. 32.q. vlt. c. vlt. & 22.q.4. inter cętera.

[Glo. seq. supplet: supplctioni. signat contrarium, &c.]

i Inducendi.] & ēt compellendi si iurassent. j. e. ex litteris. propter periculum iuramenti. arg. j. j. e. requisiuit. sed illud soluitur ibi. Sed cōtra uidetur. j. eo. capi.

K Noluerint.] idest, absolute restiterint.

l Deterius.] scilicet, adulterium cum secunda, uel ꝙ eam fortè interficeret.

m Quam odio.] quia quod quis non diligit, facile contemnit. 20.q.3. præsens clericus. & 31.q.2.§.1. Ber.

n Societatem. ff. pro soc. l. uerum. §. ult. & l. actione. §. diximus. Ber.

o Interpositione fidei.] sine per iurm etiam, quia æquipollent. s. de fideiuss. peruenit. & 22.q.5. iuramenti.

[Glo seq. ponit duas lecturas, scilicet Tanc. & Hug. & secundam approbat.]

p In patientia tolerari.] hoc ideo dicit, quia ex quo non est processum ad matrimonium ꝯria uoluntate accedente, possunt se inuicem absoluere, ut uł: quia omnis res per quascunque cās nascitur, &c. j. de regur. iu. omnis

¶ Eugenius Papa.

¶ Si maior septennio duxit in vxorē minorem septennio, & eam traduxit ad domū. oritur ex tali contractu publica honestatis iustitia. hoc dicit inhærendo litera. Panormitanus.

† Exonien.

†Cap. 11. eo. ti. in 1. cōpi. & post cōcil. Lat. sub Alex. iij. par. 6. c. 33. Et de intellectu & materia huius c. vid. Couar. in epitome li. 4. decre. par. 1. c. 5. in principio.

† habetur.

1 Cōcor. tex. i l. nuptias. vbi glo. & Doct. ff. de reg. iur. & vide oino Magist. sē. li. 4 dist. 27. §. efficiēs aūt. & §. q̄d aūt. vbi pulchre explicat hoc dictum.

uis res.& ff.de reg. iur.nihil tam naturale. quia in tali causa fide pstita sine iuramento subintelligenda est cõditio,s.si in eadem voluntate permanserint. arg. s.de. iureiu.quemadmodum.& 22.q.2.ne quis arbitretur.hęc fuit opinio Tanc. r dicentis, ꝙ hæc decretalis continebatius cõe. Hug.dicebar, & bene, ꝙ loqt de cõparatiua pmissione, vt j. qui cle.vl vo. c.ueniẽs. quod & mihi vr: & loquitur dispensatiuè. Et hoc apertè indicant ista verba, hoc possit in patiẽtia tolerari, ne deterius inde contingat: nam multa per patiẽtiã toleramus, &c. s. de pben.cũ iã dudum. alias de iure mero debẽt cõpelli, vt fidẽ suæ iuramẽ:ũ seruent. De hoc dicitur j. e ex litteris 2. Ber.

†Ca.18.e.ti. in 1.cõpil.& post.cõc.La. par.12.c.8. Et vide cõc.Tri. ses.24.de refor. matri. c. 3.& Couar. i epitome li. 4. decretalium par. 1. c.2.

r Hęc Tanc. opinio vera est, & cõiter sequunt eã Doct.tũ hic, tum alibi vt docet Couar.initio ca p̃leis citatus, quẽ videto.

† al.Mandamus, vt absque vore, quatenus.

CAP. III.

Ivuenis, † qui puellã nondũ septennem duxit, quamuis ætas repugnaret: ex humana tamen fragilitate forsan tẽtauit quod complere nõ potuit. Quia igitur, in his, quæ dubia a sunt, quod certius existimamus, tenere debemus: tum propter honestatẽ ecclesiæ, quia ipsa coniunx b ipsius fuisse dr: tum propter prędictam dubitationem; Mandamus, † quatenus consobrinam ipsius puellæ, quam postmodũ duxit, diuidas c ab eodem.

¶ Alexander tertius Papien. episcopo.

¶ *Ex sponsalibus contractis cum consanguinea, oritur publica honestatis iustitia.*

Ivuenis.] Si maior septẽnio cũ proxima septẽnio, in qua malitia supplet ætatẽ, sponsalia ꝯhit, ex his oritur iustitia publicæ honestatis, maximè si cõmisceri tẽtauerit. Ita cõiter sũmatur. sed i veritate summariũ non colligitur ex litera. Diuiditur. Primo narrat factũ, & casũ dubiũ. Secũdo duplici rõne diffinit, ibi, Quia igitur. Abb S c.

CASVS. Quidam iuuenis duxit quãdam puellam nõdũ vij.annorũ sponsalia ꝯhendo cũ ipsa, & tentauit cũ ipsa quod cõpellere non potuit. Tandem mortua fuit. vel dictus iuuenis ab ipsa recessit, antequã post vij.annũ sponsalibus consentiret: & cum alia consanguinea ipsius puellæ matrimoniũ ꝯtraxit. Quærebat, vtrum possent simul remanere? Rñdet Papa, in his quę dubia sunt, quod certius est, seruari debet: & ideo tam propter honestatem ecclesię, quia dicebat sposa eius, quam propter prædictum dubium, debent abinuicem separari. Notandũ ergo, ꝙ in dubijs semper tenendum est illud, quod securius est & certius.

[Gl. seq. not. in dubijs, &c. & soluit contrarium. Secundo obij. it per locum à diuisione, & soluit.]

a Dubia.] sic ergo patet, ꝙ in dubijs semper certius est tenendũ de pæn.dist.7.c.2.§.itẽ si.vbi dr, tene certũ, & dimitte incertũ.& j.de homi. ad audientiam. & 14. dist.sicut.& in re dubia certa non potest fieri snia. 11. q.3.graue.& 33.dist.habuisse. & 30.q.vlt.§.vlt & Inst. de re diui illud quæsitum. Inst.de act.§.curare.qnq; tñ cum obscura suam iura partiũ, certa fertur sententia s. de sñ.instru.inter dil. &os.in fin. Sed non dr dubia res ibi, quia actor non probauit clare, & ita ꝓ possessore iudicari debet. a Sed quare dicit, in his q dubia sunt? Quia si ex toto ante septenniũ d'cta fuit, & post vij. annũ non consensit, vel ante recessit, res non est dubia, sed certa quia non impeditur matrimoniũ cum consanguinea, etiam cum matre j. tit prox. litteras.& c.accessit. si post septimũ annũ consensit, sponsalia tenuerũt & ita non est res dubia. j.eo sponsam.& j. ti.prox. continebatur.§.si vero. Solu. Si intellige, puella ista post vij.annum non consensit, vel nõ constabat de consẽsu

a Facit qd no. 3 c. 9. de terminis & hic de triplici ambiguitate, vt not. 33.di.c.vl.& qđ dicit his Vi.uide i Sp. de sen. ꝑla. §. qualir r. uersi.itẽ dẽt. Ioan.

quia statim recessit ab eo, vel mortua est, veruntñ quia tentauit forsitan quod complere nõ potuit, præsumitur ꝙ erat doli capax siue quia malitia supplebat ætatem quo ad spõsalia, sicut supplet malitia quo ad matrimonium. j. titu. proxi. de illis.& c. vlt. vnde propter hoc dubiũ, tũ q̃a hoc plene non constabat, tũ ẽt ꝑ p honestatẽ ecclesiæ, non potest habere consobrinam illius. j. cap. ꝓxi. arg. alias non videtur, ꝙ posset stare illa litera, si diceremus, ꝙ post vij. annos cõsensit, vt dixit Tancr. q̃a sic nõ esset res dubia.

b Cõiux.] i. spõsa.

[Glo. s.q. signat cõtrarium & soluit.]

c Diuidas.] arg. ꝯ. 35 q.3. extraordinaria. Sol. ibi extra naturalia eam polluit. & non maritali affectu. hic verò tentauit in naturali ꝑ, & maritali affectu.

CAP. IIII.

AD † audientiã nostri Apostolatus peruenit, quod cum H. Papiensis ciuis, filiam suã cuidam filiorum L. dare vellet vxorem: iurauit, quod si ille d eã habere casu aliquo interueniẽte non posset, alteri filio, quem de alia vxore genuerat, eandẽ matrimonio copularet. Contractis autem à filio priore sponsalibus; quidam cõsanguinitatem inter eos esse, iuramẽtis interpositis firmauerunt: Ideoque pręfatus H. eandem dare alteri filio nititur, vt iurauit. Sed quoniam scriptũ est, † quod sponsam e fratris, frater habere f non potest: Mandamus, quatenus eum suũ

†Ca. 1. eo. tit. in 1. cõpila. & quatenus hic agit de ĩpedimẽto iustitiæ publicę honestatis qđ ea sit, & vñ ꝓueniat vide oĩno p B.Th. i qõnibus additis ad 3. part. q. 55. art. 4. & Sot. li. 4. sen. d.41. q.vni. ca. ar. 2. & ar 3. i fi.& vide ꝯc.Tri. s priori capite citatum.

AD audientiam.] Primo narrat factum. Secundo decidit, ibi, Sed qm. Abb.

CASVS. Quidam ciuis Papien. nomine Hugo, volebat copulare filiam suam matrimonialiter cuidã filiorum cõciuis sui nomine L. iurauit, ꝙ si ille eam aliquo casu habere nõ posset, alteri filio quẽ ab altera vxore genuerat, eandem matrimonio copularet, & sic contraxerunt sponsalia: postea quidam probauerunt consanguinitatem inter eos, vnde præfatus H. eandem filiã dare vult alteri filio. vt iurauit. Quæritur, an possit? Respondet Papa, scriptum est, ꝙ frater sponsam fratris habere non potest: Vnde mandat, quod ille suum propositum non adimpleat, & pęnitentiam accipiat de illicito iuramento, & si opus fuerit, per excommunicationis sententiam compellatur. Nota, quod sponsalia quæ nulla sunt, impediunt matrimonium contrahendum cum consanguinea alterius: sed hoc facit sola publicæ honestatis iustitia. Item illicitum iuramentum non est seruandum. Item ad pœnitentiam quis potest compelli, admoneri tamen prius debet, & postea compelli.

† Vide Leui. c.20. & Mat. c.14 sed hæc nõ de spõsa, verũ de vxore fratris loquunt, fortè ergo respexit Papa hic ad illa decreta, quæ affert Gratian.[a] 27. q.2.c. 10.11. 12.13.& 14.

d Quod si ille.] hæc conditio nulla fuit: ex quo despõsatur uni fratrum, alius eam habere non potest. 27.q.2. si quis vxorem, & cap seq. nisi forte ante septennium contracta essent sponsalia. j. ti. prox. litteras.& c. accessit & c. duo pueri. cessante eo quod dicitur s. titu. ꝓxi. 27 q.3. si quis desponsauerit.

[Glo. s.q. alleg. a concor. signat vnum contrarium, & soluit.]

e Sponsam fratris.] 6. dist. c. vna tantum. §. Ioannes. 27.q.2. si quis desponsauerit. Arg. contrà. 8.q.1. olim.& j. de maior. c.vlt. Solutio, illud mysticũ fuit & obtinuit in fratre sine sobole defuncto hodie secus.

[Glo. s.q. obijcit, allegat pro, & soluit.]

f Habere non pot. it.] sed uidetur, quod hæc rõ nulla fuerit, quia inter eos nullũ obligatorium vinculum de iure fuit contractum, consanguinitate impedienre,

quia

quia impossibiliū nulla est obligatio Instit. de inuiti. stipula. §. si impossibilis. & ff. quæ sent. sine app. rescin. Paulus. Sed impossibile est id quod ꝯ bonos mores est ff. de condi. instit. filius fa. & 22. q. 2. faciat homo. & ei quod esse non potest, nulla est promissio. Inst. de inut. stipu. §. 1. & arg. optimū in decret. Greg. ī. de pact. c. vlti ergo hic nulla spōsalia fuerūt, quæ sunt promissio futurarū nuptiarū 30. q. 5. nostrates. ff. de spons. l. 5. ergo nulla fuerunt prędicta spōsalia. ergo nō præstant impedimētum quo minus illa possit cōtrahere cum alio fratre. ī. tit. ꝓx. literas. & c. accessit. Sed ꝯ matrimoniū plerumque attēditur consideratio facto, nō iure. ī. de big. nuper. & C. de adul. eum q. plus enim in talibus consideratur quandoque opinio, quam veritas. ī. qui fil. sint legi. cū inter Ioannem. Quid ergo respōdes? Potest dici ꝙ publi. ę honestatis iustitia impedit, vt ī. c. prox. & 27. q. 2. si quis despōsauerit. Ber.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cōp. & post cōci. Latera. par. 6. c. 12. Et de materia textus & glos. ꝑter Docto. hic, uide Couar. in epitome lib. 4. decretalium part. cap. 5. Sot. li. 4. sen. d. 27. q. 2. arti. 3. & citatos sup glossa in uer. si per eas stete rit.

implere propositū [a] non permittas; sed vt pęnitētiam agat de illicito iuramento, monitione præmissa, ecclesiastica districtione compellas.[b]

¶ Idem Panormitano archiepiscopo.

¶ Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert, sponsa libere cum alio contrahit. si tamen per eam stetit, quo minus matrimonium perficeretur, sibi pœnitentia imponitur.

CAP. V.

De† illis autem, qui prestito, iuramento promittūt se aliquas mulieres ducturos, et postea eis incognitis, dimittūt terram, se ad partes aliàs transferentes:[c] Hoc tibi volumus innotescere, quod liberū [d] erit mulieribus ipsis (si non est amplius ī facto processum) ad alia se vota trāsferre; recepta tamen de periurio pęnitentia, si per eas

a Propositū.] quod illicitū fuit, & ideo non seruandum. 22. q. 4. in malis.

b Compellas.] ar. ꝙ quis compelli pt ad satisfaciendū de quolibet crimine. 24. q. 3. itaq; & 6. q. 1. illi q. & 22. q. 1. ꝑlicā dum. 1 & ad ecclesiā pertinet decernere d quolibet peccato, & corripere quemlibet Christianum. ī. de iu. li. nouit. B.

1 Dic ut no. 31. q. 2. quicūq; 10. Au.

De illis.] Communis diuisio. Secūda pars. ibi, Hoc tibi Abbas,

CASVS. Quidam promittunt iuramento interposito, se ducturos in vxores aliquas mulieres, & postea antequam matrimonium ꝯhū: transferunt se ad partes alias. Quærebant quid facere deberent illæ mulieres, vtrū possint cum alijs ꝯhere? Rūdet Papa, ꝙ si non fuerit amplius in facto processum, liberū est illis mulieribus cum aliis ꝯhere, recepta pęnitentia de periurio, si per eas steterit, quo minus matrimonium fuerit cū aliis consummatum. Nota, ꝙ sponsa non tenetur sequi sponsum vagabundum nec diu ipsum expectare sine aliqua pœna dummodo non fuerit in mora.

[Glo. seq. ponit opinionem, quam reprobat.]

c Transferentes.] vnde non tenetur sequi ipsum vagabūdū. ff. de oper. lib. quod nisi fiat. §. ex prouincia. & sic de sponsa intelligunt quidam illud ca. 34. q. 2. si qs. sed non est verum, immo de vxore iam cognita.

d Liberum erit.] post tres annos secundum leges C. de repu. l. 2. Et hoc intellige de spōsa de futuro, de qua hic loquitur: secus in spōsa de præsenti. ī. eo. in præsentia. & ī. de secun. nup. dominus noster.

Glo. seq. obijcit, & soluit, & ponit tres casus, quibus soluuntur sponsalia de futuo.]

e Si per eas steterit.] vnde in culpa fuerunt, quare imponitur eis pęnitentia. Sed si per eas stetit, quare dat ecclesia licētiam ꝯtrahendi? Rūdeo, ne deterius inde contingat. scilicet periculum fornicationis. sim. ī. qui cler. vel vouen. veniens. sed si per eas non steterit, quo minus matrimoniū cōpleuissent, nō imputaretur eis periuriū. ī. eo. sicut. si hoc certum esset. si verò dubiū esset, ꝑ tale dubiū imponitur eis pęnitentia saltem ad cautelā. Habes ergo vnū casum, 2 in quo sponsalia de futuro soluūtur aliū habes ī. de iureiur. quēadmodū. Itē si ꝯait cū aliqua per uerba de præsenti. ī. e. si inter virum. & ī. de spons. duorum. c. 1. Bernar. ADDITIO. Pro illis & similibus dātur tales uersus.

2 Casus, in quibus spon. 1. l. a dirimūtur enumerat. & explicat B. T. in qōnibus additis ad 3. pat. q. 43. ar. 3. Syl. in sum. uer. sponsalia. qō. 10. Dñicus Sot. lib. 4. sen. di. 27. q. 2. art. 5. & Couarru. initio capitis citatus.

steterit, [e] quo minus fuerit matrimoniū cōsummatum.

Idem Paduano episcopo.

¶ Non omnis violentia impedit contractum matrimonij. hoc dicit, quo ad titulum.

CAP. VI.

De† muliere, quæ est inuita tradita viro & detenta: cū inter vim & vim [f] sit differentia, & vtrum postea consensus intercesserit, certū [g] nobis nihil postea exꝑssisti. nihil certum † inde tibi possumus respondere.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cōp. & post cōci. Latera. par. 6. c. 19.

Lepra sugueniēs, furor, ordo, sanguis, & absens.

Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas.

Ac hæresis lapsus fideique remissio prorsus:

Sponsos dissociāt, & vota futura retractant.

† Vox certū, deest in operibus antiquis codicibus, in uno peruetusto ita: nihil intentioni tuę possumus & c.

Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ Si aliqui apti ad matrimonium contrahunt per verba obscura, communem verborum intellectum sequi tenentur.

CAP. VII.

Ex† litteris; & infra. ¶ De hoc autem ꝙ

De muliere.] Cōmuniter ñ summatur quo ad titulum, sed quo ad literam sic. Incerto quæsito, non potest dari certa responsio. Abbas.

† Cap 6. eo. tit. in 1. cōp. & post cōci. Lat. par. 41. c. 3. Vide Alex. cōs. 152. in 5. uolu.

CASVS. Quædam mulier per uim tradita fuit uiro & detēta: Quærebāt à Papa. an inter eos esset mr̄imoniū? Rñdet Papa: Inter uim & uim est differentia, nec constat, an post uiolentiam consensus interuenerit: & ideo certum Papa non potest dare responsum. Not. ꝙ inter uim & uim est differentia. Item certa & finita debet esse qstio, & non duplex, ad hoc, ꝙ certa dari possit responsio.

f Inter uim & uim.] hoc ideo dicit, quia duplex 3 est uis, siue metus, qui cadit in constantem uirum, & ille metus excusat, nisi postea consentiret. infra titu. proxim. de illis 2. & alius est metus uanus siue uis, & illa uis non excusat. ī. eo. ueniens. & c. consultationi. & ī. de his quæ vi, metusue causa fiunt, cū dilectus. & ff. de re iudi. si quis ab alio. & ff. quod metus causa. l. 2. Ber.

3 Pro intellectu huius glossæ & textus. uide B. Tho. in qōnibus additis a 3. par. q. 47. arti. 1. & seq. & Magistrū sen. & ibi late Soto & Doctores lib. 4. dist. 29.

g Certum.] quia nesciuit quæ violentia fuit illata; vnde certum non potuit dare responsum. 11. quæst. 3. graue. & 30. q. vlt. §. vlt. & ī. c. iuuenis. unde dicit lex. Vt congruum possit habere responsum, insere pacti exemplū. C. de transact. ut responsum poterat tamen si voluisset respondere distinguendo inter uim & uim vt ī. c. veniēs. & c. consultationi, & de eo, qui renunciat episcop. capit. 1. Ber.

Ex litteris.] Diuiditur quia primo ponitur consultatio. Secundo responsio; ibi, Respōdemus Ab Sic.

CASVS.

consuluisti, quid debeat obseruari, quando inter aliquos sponsaiia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit: Respõdemus, ꝙ inspiciẽdum est iudici, si matrimonium contracturi ad id faciendũ sint idonei scientia [a] & ætate [b] quo cognito, si alter non intellexerit [c] quod alter ꝓposuit, [d] ad communẽ verbi intelligentiam [e] recurratur, † & cogatur vterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.

Idem Vigilieñ. episcopo.

¶ *Inter sponsam & consanguineos sponsi oritur impedimentum publicæ honestatis, impediens, & dirimens matrimonium inter eos contrahendum.*

CAP. VIII.

SPõsam † alterius (maximè si ẽ nubili [f] ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

¶ Idem abbatibus S. Eadmundi † & Demer. †

¶ *Si vir & mulier inuicem promittunt, quod ab eo tempore se pro coniugibus habebunt, contractum est matrimonium de præsenti hoc dicit, & est casus notabilis.*

CAP. IX.

EX † parte C. † mulieris nobis intimatum est, ꝙ Andreas iuramentum præstitit, quod

CASVS. Quidam vir & mulier ꝯtraxerunt sponsalia, nec alter intellexit quod alter proposuit, & dicebāt se non intellexisse. Quærebatur quid deberet obseruari? Rñdet Papa, iudex primo debet videre verũ contrahentes sint idonei ad hoc discretione & ætate, vt per hoc ꝓsumatur pro eo qđ dicunt, vel contra: quo facto seu cognito, si alter nõ intellexit quod alter proposuit, recurrendum est ad communem ĩtelligẽtiam verborum, & vterque compellatur verba prolata in eo sensu retinere, quẽ solent rectè intelligẽtibus generare. Nota ꝙ in matrimonio discretio & ætas est attendenda & consideranda. Item uerba obscurè prolata ad cõmunem intelligẽtiam sunt reducẽda.

a Scientia.] idest, discretione: Nam furiosus contrahere nõ potest quia non habet cõsensum. 32. q. 7. neque furiosus. & j. eo. dilectus, nisi ꝑ interualla dilucida laboraret. 7. q. 1. quamuis triste. 3. quæst. 9. indicas.

b Aetate.] xij. annorum in muliere & xiiij. annorum in viro. j. tit. prox. attestationes. & cap. continebatur. vel cum malitia supplet ætatem. j. tit. prox. de illis 2. & cap. vlt.

c Intellexerit.] idest, si dicat se non intellexisse siue ꝑ se, siue ꝑ interpretẽ, ff. de verb. oblig. l. 1. in fi. cum tñ contrarium præsumatur, cum sint eiusdem vulgaris.

[Glo. seq. dist. an actor tantum, an reus, an vterque committat dolum. Secundo arg. non recedendũ, &c. alleg. 6. iura. & 2. alleg. in contrarium.]

d Proposuit.] nota ſm canones si actor tantum dolum adhibet, intelligẽda sunt verba, vt reus intelligit, qui non adhibet dolum. 22. q. 5. humanæ. §. itẽ obijcitur. & c. quacunque. Si ergò reus tantũ, tunc ſm quod actor intellexit. 22. q. 5. §. ex his. & cap. quacunq; & q. 2. ne quis. Si verò vterque dolum adhibet, locũ habet quod hic dicitur, vt verba prolata in suo proprio sensu intelligãtur. Et sic est argu. ꝙ non est recedendum à significatione verborum, nisi cum constat testatorem aliud voluisse. ff. de leg. 3. non aliter. & infra de verb. signifi. intelligentia argu. de conse. dist. 4. retulerunt & ff. qui & a q. maio. l. prospexit. quia nõ ex opinionibus singulorum, sed communi vsu nomina sunt intelligenda. ff. de supel. leg. l. Labeo. & s. de deci. ad audientiam argu. contra. C. de verb. signifi. cum quidam. & de consecr. dist. 2. in calice.

[Glo. seq. de ambiguitate uerborum determinat & subdiuidit ponit primo duo membra Et primũ sub diuidit in duos, secundum in tria, & illorum tertiũ iterum in duo.]

e Intelligentiam.] huiusmodi ambiguitas verborũ quandoque incidit in iudicijs, quandoque in cõtractibus: In iudiciis circa litis exordium 1 plus creditẽ actori q̃ reo. ff. de uerb. oblig. inter. stipulantem. §. j. postea in confessionibus urgeri debet confitens, ut certũ confiteatur: alioquin id accipietur quod magis expedit aduersario suo. ff. de confess. certum. ff. de inter. act. de ætate. §. nihil. In contractibus & pactis distinguitur 2 aut certum est quod consenserunt, & tunc quod valet agitur: aut non consenserunt, & tunc non valet quod agitur. ff de contrahen. emp. & ven. in venditionibus 2 & 30. q. 2. vbi, aut dubitatur ꝙ senserint, & tunc sub distingue, q2 aut valet intellectus secundum vnã partẽ, aut ſm vtranque: si ſm vnam partem, commodius est id accipi vt res đ qua agitur magis valeat q̃ pereat. ff. de reg. iur. quoties idem sermo. & ff. de verb. obli. l. quoties. & s. đ fidẽ instrumẽ. inter dilectos. j. đ verbo. signifi. abbate. si secundum vtranque, tunc id quod verisimilius est accipiendum est. ff de verbo. obli. eum qui calendis. & quod quandoq; cõsueuit accidere 1 & d. de Syracusanæ. vel ꝯtra eum fit interpretatio, qui pactum apposuit, qui debet legẽ id est pactũ apertius apponere. ff. de pact. veteribus. & secundum promissorẽ fit interpretatio: qa liberum fuit stipulatori verba latè concipere. ff. de verborum obligat. quicquid.

ADDITIO. De hac materia nota. ff. de verb. oblig. quoties in stipulationibus.

SPonsam. CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ sponsam alterius maximè nubilem & septẽnem, nullus de cõsanguinitate uiri ducere potest in uxorem: Nota quod sponsam consanguinei consanguineus habere non potest.

f Nulli.] illud, maximè, ponitur propriè comparatiuè: quia ex quo habet vij. annos tenent sponsalia, & ita nullus consanguineorum potest eam habere. j. tit. prox. litteras. & c. accessit. ergo multo fortius impedit cum est proxima nubili ætati. Idem videtur si est ꝓxima septennio, & doli capax. s. eo. iuuenis. Ber.

EX parte.] Primo ponit casum narratum. Secundo diffiniendum committit: ibi, Quia igitur. Abbas.

CASVS. Quidam Andreas nomine, iuramentum præstitit, quod C. mulierem ab eo tempore in antea pro uxore haberet & ei fidem seruaret & illa similiter promisit eidem. Quo facto, dictus Andreas illam dimisit, & aliã superinduxit; vnde illa mulier domino Papæ fuit conquesta. Dicit Papa, nemini licere suam vxorem dimittere sine manifesta causa fornicationis: & tunc aut debet illam sibi reconciliare, aut viuere continenter ea viuente: unde mandat dictum Andream compelli, ut illam quam superinduxit, dimittat, & ad primam redeat, & affectu maritali pertractet. Nota quod qui uxorem suam causa fornicationis dimittit, aliam super inducere ea uiuente nõ potest, & debet cõtinenter uiuere. Item qui dimissa uxore legitima, contrahit cum alia, debet compelli eam dimittere, & ad primam redire.

†Concord. tex. in l. Labeo. & ibi Barto. ff. de supel. leg.

1 De hoc supra de restitu. spo. cũ ad sedem. Ioan. And.

2 Sequitur vtriusq; consensus necessarius est, sed si in venditione dissentiunt in pretio vel corpore, imperfecta est emptio. Io. An.

† Cap. 7. eo. tit. in 1. cõp. & post concliũ Lateran. par. 6. cap. ra. Et uide citatos supra eo. tit. ca. ad audientiam. & cõciliũ Tri. sess. 24. de reform. matrimonij. ca. 3. & Doct in c. 1. de sponsalibus, lib. 6.

† Cadmundi & de Mesia.

† Ramensis

† Cap. 8. eo. tit. in 1 cõp. & post cõciliũ par. 6. ca. 25. uide citatos sup glo.

a Pro coniuge teneret.] & sic contractum fuit matrimonium inter eos. Sed nunquid per ista verba tantū cō trahitur matrimonium. Iuro, quòd de cætero habebo te pro legitima coniuge, & ècōuerso, &c. non vr: quia ista verba tantum futurum tempus respicere videntur. hæc quæstio r ponit 30. q. 5. c. si quis diuinis. Et dicit Ioan. q̄ est matrimonium, secūdum quod ex illa nouella latit patet: & hic videt Hugo, aliter intelligere illa verba, scilicet, q̄ post matrimoniū contractum de præsenti accedant illa verba, vt notauit ibi. Arg. contra. s. eo. de illis. Ber.

b Eandem.] supple, & cum alia cōtraxit.

c Manifesta.] probata scilicet, & sentētia subsecuta: quia aliàs non licet dimittere. 33. q. 2. seculares & §. in hoc. & 35. q. 6. multorum. & ĩ. de diuor. porro.

d Continere.] quia non potest cum alia contrahere. 32. q. r. dixit. & si cum alia postea fornicaretur, cōpelleretur redire ad ipsam, non obstante sententia. ĩ. de diuor. ex litteris.

e Cogatis.] & super inductam, si nollet ab ea recedere, vel si impedimentum pręstaret, posset excommunicari. ĩ. eod. veniens. in fi. Ber.

† In codice Barbatiæ ita ab eo tēpore in antea.

† Vide Iaf. in l. serui electione. ff. de legat. 1.

1 De hac qōne vide Archi. & Turr. & alios in d. c. si q̄s diuinis. & Sot. li. 4. sen. dis. 27. q. 2. ar. 3.

† Pictauen.

eam ab †eo tempore pro coniuge[a] teneret, & ei sicut vxori suę fidem seruaret. Ipsa quoque eidē Andreæ iurauit, se illum pro marito habiturā, † & fidem ei tamquā viro proprio seruaturam: quo facto, prænominatus A. reliquit eandem.[b] ¶ Quia igitur nemini licet vxorem suam, sine manifesta[c] causa fornicationis dimittere, & tūc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere:[d] Mandamus, quatenus eundem, vt super inducta dimissa, ad vxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet, monitione præmissa, per ecclesiasticam censuram cogatis.[e]

¶ Idem Pictauień. epo. †

¶ *Qui iurauit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum per censuram ecclesiasticam contrahere compellitur.*

ij Ex litteris.] Primò ponit casū narratum. Secundò committit ipsius diffinitionem ibi, Quia igitur. Abb.

CASVS. Duo nobiles viri Syluaneñ. episcopatus, scilicet G. & B. filios & filias impuberes habebant, conuenerunt inter se, quòd eos adinuicem copularent, quod promiserunt adinuicem facturos, & hoc tam parentes, quam filij iurauerunt. vnus illorum, scilicet G. filiam alterius consentiente patre iurauit ducere in vxorem: postmodum verò voluit aliam ducere in vxorem; Episcopus compellebat eum ducere illam, quam iurauerat. Quæsiuit episcopus à Papa, quid esset in hac causa faciendum. Respondet Papa, periculosum esse dicto G. contra iuramentū suum venire. Mandat Pictauień. episcopo, vt si de hoc sibi constiterit, moneat illum & compellat quatenus ipsam recipiat quam iurauit, & eam maritali affectu pertractet, nisi rationabilis causa impediat. Nota, quod sponsalia contrahi possunt per verba generalia. Item iuramentum impuberis tenet. Item compellitur quis accipere illam quam iurauit se ducturum in vxorem.

[Glos. seq. alle. vnam concor. obijcit, & soluit.]

f Tam patres.] sim. 31. quæst. 3. si qui parentes. Sed videtur, quod istud iuramentum non valeat, & sit anceps periurium, cum sit de facto alterius. ff. re. amo. Marcellus. §. 1. & ff. de in lit. iur. videamus. Et argumen. ad hoc ff. de verbor. obligat. stipulatio ista. quia vt ibi dicit, qui alienum factum promittit, non obligatur: tamen hic factum suum potius promiserunt, vt procurarent bona fide, 2 quod filij contraherent, vt ea. lege, & in illa stipulatione. Ber.

[Gl. seq. obijcit, & soluit, secundò quærit alle. pro, & contra, ponit opi. quam reprobat, reprobationem impugnat. Impugnatio ni respondet.]

CAP. X.

ij Ex † litteris Syluani episcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri sui episcopatus G. † scilicet de Monstra, & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se conuenerunt, quod eos adinuicem matrimoniis copularent: & hoc tā patres,[f] † quam filii, sub iuramento[g] † se promisere facturos: inter quos siquidem G. filiam alterius consentiente patre, se iurauit ducere in vxorem: quo volente ad alia vota migrare, eum episcopus compellere voluit, vt quod iurauerat, adimpleret: & infra. ¶ Quia igitur prædicto G. periculosum est, contra suū iuramentū venire. Fraternitati tuę mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, cum moneas:[h] & si nō acquieuerit monitis, ecclesiastica

¶ *Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur quo ad probationem: & intellige, vel alia signa æquipollentia. hoc dicit secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.*

CAP. XXV.

Tuæ † fraternitati: & infra. ¶ Postulasti vtrum ex solis verbis, & ex quibus matrimoniū contrahatur. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, qđ matrimonium ...

Tuæ fraternitati.] Per legitimum consensum contrahitur matrimonium: inter eos tñ qui loqui possunt, debet consensus verbis exprimi: hoc dicit. Primo ponit quæstionem. Secundo eius solutionem, quam probat exemplis. Secunda ibi, Nos igitur. Abbas.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa, vtrum per sola verba possit contrahi matrimonium: & si per sola verba, qritur ex quibus. Rñdet Papa, q̄ matrimoniū in veritate contrahitur per legitimum consensum viri & mulieris. sed verba necessaria sunt q̄tum ad ecclesiā, exprimētia consensum mutuū de pñti: & per consensum generatur contrahitur matrimoniū: quia muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuū sine verbis, dum-

dummodo p aliqua signa consensum exprimant. Sed pueri ante legitimos annos per sola verba non contrahunt, cum antea eorũ consensus non sit legitimus. No. ꝙ solus cõsensus facit matrimoniũ expressis verbis, vel signis. Item mutus potest contrahere matrimonium. Item pueri non possunt matrimoniũ cõtrahere, quia nõ possunt consentire.

a Consensum.] 27. q. 2. sufficiat. ī. eod. cum ad locum.

b Verba.] licet enim solo consensu contrahatur matrimonium sine verbis, vt in mutis ī. eod. cum apud, tñ in his qui loqui possunt, nõ contrahitur sine verbis, per quæ exprimatur consensus, q̃ ad hoc inuenta sunt. 22. q. 2. is autem qui Vel per aliquod aliud, puta ipso facto per qđ intelliguntur consentire, ꝯtraherẽt mr̃imonium, sicut dicit lex de fideicõmisso; qđ nutũ relinqui possit, dum tñ possit loq. 1 C. de fideic. l. & ī epistola ff. de lega. 3. nutu. Si tamen parẽtes contrahant pro filijs præsentibus & scientibus, sufficit nutu eorum taciturnitas. 32. q. 2. honorantur. ff. de spon. sed ea quę patris. Et idẽ credo si per alios cõtrahat subsequente annuli subarrhatione, vt no. ĩ. ti. ꝓxi. c. vlt. in prima notula. Et in multis solus consensus nõ sufficit immo signa necessaria sunt consensum exprimentia. Et ita hoc idem faciunt signa in mutis, quod verba in loquentibus. ī. eod. cum apud. Et hoc intellige cum matrimoniũ contrahitur solis verbis exprimentibus consensum mutuum de præsenti; & hoc expressè apparet ex forma consultationis, dum dicit vtrum ex solis verbis; & ad hoc respondet: secus in matrimonio præsumpto, vbi ipso facto præsumptiuè contrahitur matrimonium. ĩ. eo. is qui. Et secundum quod not. ĩ. tit. prox. c. vlt. & s. de re iudi. tenor.

ADDITIO. Et idem credo si per alios contrahatur subsequente subarrhatione, vt no. ĩ. eo. c. prox. in prima notula, & melius ĩ. tit. proxi. c. vlt.

c Nam.] & istud, nam, respicit quod dixit ī. per lĕ gĕtimum viri & mulieris consensum: quia mutus contrahit per consensum.

d Sine verbis.] sed non sine signis vel nutibus. ī. eo. cum apud.

e Verba.] ergo patet, ꝙ duo sunt necessaria ad istud sacramentum, scilicet verba, 2 & signa vel consensus: altero subtracto non est matrimonium, sicut dicitur de baptismo. 1. q. 1. detrahe.

f Non contrahunt.] quia non possunt reddere debitũ. ĩ. de frig. & malef. quod sedem, & consensum non habent, vt hic dicit: quia ætas illa ignorat quid videat. C. de Falsmo. l. 1. Bern.

T Va nos.] Generaliter summari sic potest: Non est matrimonium vbi alter contrahentiũ nõ consentit. hoc dicit. Sed hoc summariũ nullam dubitationẽ hẽt. Primo ponitur cõsultatio. Secũdo rñsio: ibi, Sup quo. Secunda verò est duplex. Prima quo ad forũ iudicialẽ. Secunda quo ad pœnitentialem: ibi, Nos autem. Abbas.

CASVS. Quidã iuuenis sæpè req̃sierat quãdam mulierẽ, vt ei carnaliter ꝯmisceretur, sed ipsa contentire nolebat, nisi desponsaret eandẽ: tandẽ nullo præsente, ac nulla sollẽnitate adhibita dixit illi mulieri; Ioãnes te despõsat: cum non vocaretur Ioannes sed finxit se sic vocari, non credẽs ꝑ hoc matrimonium contrahere cũ eadẽ, ex eo ꝙ ipse nõ vocarẽt Ioannes, nec habebat propositũ ꝯtrahẽdi cũ ea, nec consẽtit in illa. Quæritur, vtrum sit matrimoniũ inter eos? Rñdet Papa, ꝙ cum præfatus vir mulierẽ illã desponsauerit sub ꝓpria persona, & sub nomine alieno, quo vocari se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta, vt ꝓ matrimonio præsumendum, nisi expressè dictum fuisset Papæ, quòd ille nec proposuit nec cõsensit illã ducere in vxorẽ. Item dicit Papa, ꝙ si res ita se habet, vt licet ꝙ ille nõ proposuit eã ducere in vxorem, nec consensit in eam, non debet ex illo facto matrimonium iudicari: quia in eo non inuenitur substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi matrimonium: quia ex altera parte dolus solummodo affuit; & defuit omnis consensus, sine quo matrimonium non contrahitur. Nota quod ad hoc vt matrimonium contrahat, necesse est vt vterque contrahentiũ consentiat in alterum, & quòd forma verborũ per q̃ matrimoniũ ꝯtrahitur, expressè vel tacitè exprimat: & sic substantia & forma necessaria sunt: aliàs nõ est matrimonium. Item destructo principali destruitur accessoriũ.

[Glo. seq. obijcit & rñdet. Secũdo quærit, & soluit.]

g Mulierem.] si iste desponsauit istam mulierem, quibuscunque verbis vsus fuerit, potius considerandũ est quod fuerit factum, quam quđ dictũ. arg. ī. de appel. ad audientiam. & ĩ. de ver. sig. in his. C. plus val. quod agi. si quis. Item simulatio siue dolus non impedit matrimonium spirituale. 27. distin. quod interrogasti, ergo nec carnale. Sed hæc non procedunt: quia simulatæ nuptiæ non sunt nuptiæ. ff. de rit. nup. simulatæ. & propter rationem, quæ inferius redditur. Sed pone quod aliquis protestetur coram pluribus, ꝙ oia quę dicet vel faciet, non faciet animo contrahendi matrimoniũ, & postea publicè dicat. Cõsentio in te nũquid est hic mr̃imoniũ, vel nõ; In casu isto dico quòd ecclesia iudicare dẽt pro matrimonio: 3 quia recurrendum est ad communẽ verborum intelligentiã. ĩ. eo. ex litteris 8. Talia enim verba non possunt seruire suæ intentioni,

monium in veritate cõtrahitur per legitimũ viri & mulieris cõsensũ: a sed necessaria sunt quantum ad ecclesiã, verba b consensum exprimentia de præsenti. Nam c surdi & muti possunt contrahere matrimonium, per cõsensum mutuum sine verbis: d & pueri ante annos legitimos, per verba e sola non contrahunt, f cum intelligantur minime consentire.

¶ Idem.

¶ Si alter contrahentiũ vtitur verbis dubijs, animo decipiendi mulierem, & eam postmodum cognoscit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: secus in pœnitentiali, hoc dicit secundum verum & communem intellectum.

CAP. XXVI.

TVa† nos duxit fraternitas cõsulendos: & infra. ¶ Consequenter quæsiuisti: cum quãdam mulierem g quidã aliter inducere nequiuisset, vt sibi cõmisceret carnaliter, nisi desponsasset eandem: nulla sollemnitate adhibita, vel alicuius p̃sentia, dixit illi. Te Ioannes desponsat: cum ipse Ioannes non vocaretur, sed finxit se vocari Ioannẽ, non credens esse cõiugium, eo quod ipse nõ vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi, sed copulã tantũ exequendi carnalem: vtrum inter prædictos sit matrimoniũ celebratum, cum mulier consenserit in eundem, & † ille dissenserit & dissentiat, nec † aliud quicquam egerit, quam supe rius est expressum, nisi quod cognouerit eandẽ? ¶ Super quo tibi respondemus, quod cum præfa-

† Dictio, surdi, deest in oib[9] antiqs codicibus.

e Nisi morbus esset ei impedimento, ita dicit lex nutu. Ioan. And.

† Cap. 1. eo. ti. in 4. cõp. Vid. B. Tho. quodlibeto 5. q. 8. ar. 15. Adrianũ super 4. sentẽ. tract. de matrim. q. 2. & Syluestrũ ĩ summa, verbo, mr̃imonium 4. q. 8.

2 Cõcor. gl. inf. l. cũ nouissimi. C. de pscript. xxx. annor.

† In codice Barbatię ita: & ille dissẽserit in candẽ, & dissentiat.

† nec aliud aliqd egerit

3 Et rectè, nam aliter daret oibus mr̃imonia ꝯtrahẽtibus materia fic. ꝓtestãdi. vt postea diuertẽrent a coniugibus si displicerent. Ioan. And.

dioni. præterea si probet quòd illa verba potestatus fuit primo, potuit postea recedere ab illa voluntate, & consentire in illã, & hoc videtur per illud quod postea publicè facit, & si dicat quòd adhuc tẽpore cõtractus erat in eadem voluntate, non creditur ei: quia contra eum debet fieri interpretatio, qui dolum adhibet, vt dictum est supra eod. ex literis.

tus vir prædictam despõsauerit mulierem in propria persona, † & sub nomine alieno quo tunc vocari se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta; videtur † fortè pro coniugio præsumendum, nisi tu nobis expressè scripsisses, quòd ille nec proposuit, nec consensit illam ducere in vxorem; quod qualiter [c] tibi constiterit, non videmus.

¶ Nos autẽ quid iuris sit rescribentes; dicimus, quòd si res ita se habuerit, videlicet, quòd ille eã non proposuit ducere in vxorem, nec vnquam cõsensit in prædictam personam, nõ debet ex illo facto coniugium iudicari; cum in eo nec substãtia cõiugalis cõtractus, nec forma [d] contrahendi coniugium valeat inueniri; quoniam ex altera parte dolus solùmmodò affuit, & defuit omnino consensus, sine quo [e] cętera nequeunt fędus perficere coniugale.

a Copula subsecuta.] Per hoc videtur consensisse. j. eod. is qui. & j. de condi. ap po. de illis & cap. per tuas.

b Videtur fortè.] quibusdam non rectè intelligẽtibus est dubium, sed rectè intelligentibus non est dubium.

c Qualiter tibi constiterit.] imò benè potuit constare: quia vir ille hoc ei cõfitebatur: qa hoc dicimus scire, quod ab alijs audiuimus. 22. q. 5. hoc videtur. Vel qa ille hoc ei confessus fuit in pœnitentiali iudicio in quo cuilibet est credendum, vt j. de homi. significasti, quia soli sibi fit praiudicium: & vide non est verisimile, quòd sit immemor suæ salutis. 22. q. 7 sancimus. sed in iudicio pro tribunali non crederetur ei in præiudicium alterius.

d Nec forma.] nota, quòd ad esse matrimonij duo sunt necessaria, scilicet substãtia [1] & forma, sicut ad esse hominis: pro substantia est bi consensus, & pro forma verba ad exprimendũ cõsensum deputata: quam formam habes. j. eo. si inter. j. de spons. duorum, licet præter. & quia hic defuit substantia & forma, nullum fuit matrimonium. Idem esset, & si alterum defuisset. s. eod. cum apud. & cap. tuæ & j. de frigi & malefi. quòd sedem. & matrimonium quamuis duo exigat res tamen simplex est & indiuidua. 27. q. 2. §. j. & in matrimonio præsumpto ipsum factum habetur pro substantia, per quod præsumitur sufficiens consensus. infra eodem, is qui.

e Sine quo.] s. eo. cũ lo. si. & 27. quæst. 2. sufficiat. Ber.

CVm in tua.) Communis diuisio. Secunda pars ibi, Ad quod. Abbas.

CASVS. Quidam vir & mulier volebant contrahere matrimonium secundum consuetudinem loci: propositum fuit publicè in ecclesia, vt qui sciret impedimentum, illud exponeret: Sed nullus apparuit cõtradicens; fama tamen priuatum impedimentum parentelæ deferebat, vt omnis suspicio tolleretur, ex parte contrahentium offerebantur iuramenta maiorum suorum ex propinquitate sua. quia nulla esset consanguinitas inter eos: Quæritur, quid sit in hoc articulo faciendum?

† De multiplici errore circa matrimonium, & qualis error illud impediat, vide Magistrũ & theologos lib. 4. senté. dist. 30.

† videretur.

1 Id est materia & forma, q̃ qualis sit in sacramẽto matrimonij, multis, disceptatur à Theologis scholasticis, sed de hoc articulo vide plenè per Sotum li 4 sent. dist. 1. q. 1. art 6 & distin 26. q. 2. art. 1. ad primum argumẽtum.

Respondet Papa, quòd si persona grauis, cui meritò sit fides adhibenda, denunciat, quòd illi sunt consanguinei, & de fama probat vel scandalo, aut etiam ipse iudex de plano certificari per se possit; iudex non solum debet iuramenta parentum spotè oblata non recipere, sed etiam debet illos cõpellere, vt à tali contractu desistant, ex quo fama vel scãdalum est probatum, si moniti induci non possunt, vel cõtra famam huiusmodi iuramenta exhibeant propinquorum: alioqn si persona denunntians talis nõ fuerit, vel si talis fuerit & de fama vel scãdalo nõ probauerit monẽdi sunt ne cõtrahant, sed non compellẽdi. Nota, quod qui denũciat debet esse honesta persona & grauis alias repellitur à denuntiando. Item fama vel scandalum impedit matrimonium cõtrahendum Item contra famam probatio admittitur.

¶ Idem episcopo Beluacen.

¶ Ad denuntiationem vnius honesti viri, qui defert consanguinitatem, & de fama vel scandalo docet: impeditur matrimonium contrahendum.

CAP. XXVII.

CVm in tua diœcesi; & infra. ¶ Sanè qa contingit interdũ, quod aliquibus volẽtibus matrimonium contrahere, bannis [f] (vt tuis verbis vtamur) in ecclesijs editis, ac nullo contradictore publicè comparente, licet [g] fama † priuatum impedimentum deferat parentelæ, cum ex parte cõtrahentium, iuramenta maiorum de sua propinquitate (vt suspicionis tollatur materia) offerantur † quid tibi sit faciendum in casibus huiusmodi quæsiuisti; Ad quod taliter respondemus, quòd si persona [h] † grauis, cui fides sit adhibenda, tibi denunciet, quòd hi, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate contingant, & de fama [i] vel

f Bannis.] id est, denunciationibus. 2. & hodie consuetudo ista, reducta est ad ius commune. j. de clande. despon. cum inhibitio.

[Gl. seq. no. rationem, & reddit contrarium, & soluit.]

g Licet fama priuatum.] & sic est fama aliquid quod dicitur occultum siue priuatum. s. de coha. cleri. & mu. tua. & ideò dicitur fama priuatum impedimentũ: quia per famã solam non cõstat de impedimẽto, nisi alia probatio adsit, vt cap. tua. Sed si fama hæc erat de consanguinitate, quare non interdicitur matrimonium: vt infra. de consan. & affi. super eo, quod signatur pro contrario, sed non est contrarium: quia hic non constabat de fama vt infra dicitur, sed denunciatur fama: vel priuatum impedimentum deferebat, vndè primo debet inquiri de fama: contrarium intelligitur quando constat de fama.

[Gl. seq. signat contrariũ, & soluit. arg. & remittit.]

h Persona grauis.] imò & turpis persona videtur mitti ad impediendum. s. eo. præterea. 2. Sed illud obtinet cum impedimentum oritur à persona denunciante ȝ consanguinitatem, quæ tenetur reuelare impedimentum consanguineo. 35. q. 3. si homo. Est ergo hic arg. quòd criminosi nõ admittuntur ad denunciationẽ criminũ. ar. 35. q. 6. episcopus in Synodo. & s. de testib. cogen. præterea. §. 1. De hoc no. 2. q. 1 si peccauerit.

[Gloss. seq. alleg. duas concor. & signat vnum contrarium.]

i De fama.] ergo fama probari potest. s. de testi. tam literis. & c. cum causam 1. Argum. contra. j. de accusa. inquisit.

† Cap. 2. eo. tit. in 4. cõp. Denunciandum est publicè in ecclesijs inter quos matrimonium sit contrahendũ. Cõc. Lateranen. sub Innoc. iij. cap. 51. Conciliũ Trid. ses. 24. in decreto de reformat. matrimonij. c. 1.

† Vide Iuliũ Clarum in pract. crimi. §. fin. q. 6. vnde intelliges quę ad hunc locũ spectant:

† offeratur.

† Vide citatos sup. hoc tit. in c. præterea.

2 Et fortè dicebant bãna, quia sub banno, vel sub pęna excõicationis præcipiebat sacerdos, quòd null⁹ impedimenta celaret. ar. 16. q. 1. statuimus. secundum. Host. Ioan. And.

3 De hoc articulo vide latius hic per Hostiẽsem. & Io. And.

inquisitionis in fin. Item sola denunciatio non impedit matrimoniũ, nisi adsit fama, & ita sola fama impedit matrimoniũ, j. de consang. & affi. sup eo. & vnus testis s. de testi. sup eo 2. sed iste denunciãs nõ testificabatur.

[Glos. seq. elicit vnum notabile.]

a Scandalo.] nota, φ pp scãdalum impedit matrimoniũ, vt hic patet, sic j. de cog. spi. super eo. in fi. Et ita habes, φ scãdalũ siue ꝯsuetudo reddit aliquos inhabiles ad ꝯhendum; secũdum quod notatur in illa decre. super eo.

b De plano.] summaria cognitio sufficit hic. sic j. de accu. sicut olim, & c. olim. sic eodẽ modo vr̃ φ iudex possit inqrere de fama alicuius de plano, & sine iudiciorum strepitu. multiplex enim clamor famam inducit, ita vt prelatũ moueat ad inquirẽdum. j. de accu. qualiter & qñ 2.

[Glos. seq. elicit vnum notabile.]

c Famam.] not. hic, φ si probes famã ꝯ aliquẽ, φ potest probari ꝯrium ad tollendã famã: & ita si ꝓbasti aliquẽ esse malę famæ, ipse potest probare se esse bonæ famæ. 2 q. 5. presbyter. & c. si mala.

d Arbitriũ.] quasi 1 dicat, licet multa dixerimus, & te instruxerimus, & multa dicãt iura circa hãc materiã, tñ cũ ex varijs causis varia ꝓsumantur, nec pp malitiã hominũ, & varietatẽ tporum certa regula dari possit, finaliter arbitrio tuo relinquimus, vt pensatis ꝑsonis, causis & tpibus, facias hoc vel illud arg. j. de homi. sicut. de transac. c. fi. ff. de vsur. mora. ff. de testi. l. 1. ff. de verb. oblig. continuus. & noi. s. c. præterea 2. & cap. sicut. in fi. & j. c. seq. secundum Hostiensem. Ioan. And.

† & de fama, &c.

† Besguenẽ. Besguẽ. Belguecẽ. Besguenñ. Bononiẽ. 1 Hæc glos. vr̃ esse Ioã. And. ut finis indicat.

† Vide præ alijs hic Hẽricu Boich, & Præpositum.

scandalo [a] doceat; aut ẽt per te ipsum possis certificari de plano; [b] non solum debes iuramenta parentum sponte oblata non recipere, verumetiã eos, qui sic contrahere nituntur, si moniti induci nequiuerint, compellere, vt à tali contractu desistant; vel contra famam [c] huiusmodi, secundum tuæ discretionis arbitrium, [d] iuramẽta exhibeant propinquorum. Alioquin si persona denuncians non extiterit talis, vt diximus; vel † de fama, vel de scandalo non poterit edocere; ad desistendum monere poteris, non compellere contrahentes.

¶ Honorius iij. episcopo Berguen. †

¶ *Mulieri, quæ negat se in matrimonium consensisse, nõ creditur, marito probante contrarium: secus si probat se consensisse per metum, qui potest cadere in constantem virum.*

CAP. XXVIII.

CONsultationi † tuæ breuiter respondemus, quòd mulieres, quę veniũt ad valuas ecclesię benedicendę cum sponsis, & ibi reclamãtes affirmant, se nunquam in eorum matrimonium consensisse, audiri (sponsis legitimè probãtibus contrarium) non oportet; cũ legitimis & idoneis testibus nõ debeat illarum simplex assertio [e] præualere.

¶ Sanè illis, † quæ benedictione accepta, mox à sponsis aufugiunt ante carnis copulã [f] subsecutam, asserentes se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas, verba ꝓtulisse consensus, licet animo dissentirẽt non statim est audiẽtia denegãdas sed de illato metu est cũ diligentia [g] inquirẽdum; & si talis metus inueniatur illatus, q cadere potuit in constantem [h] virum, † erunt non immeritò audiendæ.

¶ Gregorius nonus.

¶ *In matrimonijs & sponsalibus debet esse libertas, vndè in eis promissio pęna non obligat.*

CAP. XXIX.

GEmma † mulier nobis exposuit, φ cũ T. filia eius cum C. contraxit † matrimoniũ. B. de Alferio † ea occa-

tim ante carnalem copulam aufugiunt à sponsis, dicentes se nullatenus in illos consensisse; sed compulsæ per metum ꝓferebant verba consensus, sed animo dissentiebant: Quæritur, vtrũ istæ sponsæ sint audiendæ? Rñdet φ sic: & si talis metus ꝓbatus fuerit, qui possit cadere in constantẽ virum, à spõsis meritò sunt separãdę. Nota, quòd potius testibus credẽdum est, quàm simplici assertioni alicuius. Item matrimonium per metũ contractum, q possit cadere in cõstantem virum non valet.

e Assertio.] assertioni illarũ non est credendum, sed potius testibus, q iurati ꝓbauerũt ꝯrium, ergo si vellẽt ꝓbare ꝯriũ videtur quòd sint audiẽdæ: sed non vr̃ φ possent hoc probare, cũ sit negatiua, scilicet, quòd nunq̃ consenserunt. s. de ele. memoriæ. imò possent ꝓbare metum, vt dicit in fin.

f Ante carnis copulam.] secus si post: quia tunc cõsensisse vr̃, 1 ita φ postea in contrarium reclamãtes nõ audiant. s. eo. ad id quod. & j. qui ma. acc. pos. insuper.

g Cum diligentia.] nota, φ dicit, cũ diligentia: qa vbi maius periculũ vertit, cautius & diligẽtius agẽdum est. 7. q. 1. c. vlti. & circa maiora maius periculum vertit. 42. dist. quiescamus. ff. ad Car. l. 1. §. si quis. §. 3. & arg. 61. dist. miramur. vndè causæ matrimoniales non sunt committendæ nisi iurisperitis, 2 & qui potestatem habeant iudicandi. j. de consan. & affi. ex literis. in fi.

ADDITIO. Nec potest compromitti in matrimonijs. s. de transact. c. vlt. & s. de resti. in integ. c. penult.

h In constantem.] sic s. eod. veniens 2. Est talis metus continet mortis periculum, aut corporis cruciatum. C. de transact. interpositas. s. de his, quæ vi metusve causa fiunt cum dilecti. & c. perlatum. 31. q. 2. Lothariu. & ead. causa q. 2. si verum. aliàs vanus timor non excusat. ff. quot met. causa. metum autem 2. ff. de re iudi. si quis ab alio. Ber.

ADDITIO. Hoc autem arbitrio discutitur iudicantis ff. quibus ex cau. ma. l. metus.

† Vide Couar. in epitome lib. 4 decretaliũ par. 2. c. 3. §. 4 & seq. ad de citatos supra hoc tit. i c. cũ locũ.

1 Nisi appareat eas inuitas, detentas & cognitas, ẽm Vincen. Ioan. And.

† Adde qs dicatur talis metus, not. gl. & Doct. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acq. hæ.

† Vide Cõc. Trid. ses. 24. de refor. matri. cap. 9. & Couar. in epitome lib. 4. decretaliũ part. 2. c. 3. §. 7.

† contraxerit.

† de Alfio.

2 Per iurisperitos non intelligas laicos, sed eos q habẽt notitiam vtriusq; iuris, & theologię; nã causę matrimoniales iudicibus ecclesiasticis sũt committendæ. Cõc. Tri. ses. 24. de sacramẽto matri. canone. 12.

CONsultationi.] Duos casus determinat. Secundus ibi, Sanè. Abb.

CASVS. Cõsuetudo est in quibusdã locis, quòd sponsus & sponsa cum debent benedici, veniunt ad valuas ecclesiæ, idest, ad ostia ecclesiæ: sponsa tunc dicit, quòd nunquam consensit in sponsum matrimonialiter: sed sponsus vult probare contrarium: scilicet, quòd in matrimonium illius consensit: Quæritur, vtrum sponsa sit audienda: & dicitur, quòd nõ debet audiri, cũ eius simplex assertio non debeat legitimis testibus præualere. Secundò ponitur alius casus: Quidam desponsauerunt aliquas in vxores: sponsæ benedictione recepta, sta-

GEmma.] Duo facit. Primò ponit mulieri querelam. Secundò dat iudicem ibi, Cum itaque. Abb. Siculus.

CASVS. Teberga filia Gemmæ, dum esset infra vij.

annum

annum constituta, contraxit sponsalia cum Petro filio B. de Alferio, præsentibus ipsa Gemma & B. prædicto: pœnam fuit apposita à parentibus, vt pars, quæ contraueniret, pœna alteri parti persolueret. Postmodum dicta T. contraxit matrimonium cum alio C. nomine. Vnde hac occasione dictus B. à prædicta Gemma pœnam in stipulatione appositã nititẽ extorquere: Vndè cõquesta ẽ domino Papæ; Papa dicit, cum matrimonia libera debeãt esse: & ideo stipulatio pœnæ in matrimonio, vel sponsalibus apposita merito sit improbanda: Mãdat Papa, quatenus, si est ita, iudex dictum C. per excõicationẽ cõpellat, vt à petitione dictæ pœnæ desistat. Nota † matrimonia siue spõsalia libera debẽt esse ab omni coactione personæ vel pecuniæ: & si pœna fuerit apposita, non tenet promissio siue stipulatio pœnæ.

†1 impositionem

[Glossa seq. ponit duas lecturas: secundum primã duplex est causa, iuxta secundam vna tantum.]

sione, quod inter P. filiũ suũ & prædictam puellam intra septennium [a] cõstitutos sponsalia contracta fuerunt, pœnam soluendam à parte, quæ contraueniret in stipulatione apposítam, ab ipsa nititur extorquere. Cũ itaq; libera [b] matrimonia esse debeant, & ideò talis stipulatio, [c] pp pœnæ interpositionem †, sit merito improbanda: Mandamus, quatenus, si est ita, eundem B. vt ab extorsione prędictæ pœnæ desistat, ecclesiastica censura compellas.

¶ Idem episcopo Cœnomañ.

¶ *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per carnalem copulam subsecutam, sed non per nisum carnalis copulæ tantum. hoc dicit cum cap. fi. inf. eodem.*

a Infra septẽniũ.] vndè non tenuerunt spõsalia. ĩ. tit. proxi. litteras. accessit. & s. de resti. spol. ex parte. ergo nec pœna etiam si licita fuisset aliàs nõ tenuit: quia si principale non tenuit, nec accessoriũ. s. de re iud. cum inter. & C. de legi. nõ dubium, cũ suis cõcor. sed si post vij. annos fortè consenserunt, & tenuerũt sponsalia: pœna tamen non tenuit. Ber.

b Libera debeant.] ab omni coactione s. e. cum locũ. & c. requisiuit & ẽt à pęna pecuniaria vt hic patet.

[Gl. seq. recitetur per q scilicet, an teneat stipulatio arrharum. tenet quod sic. argu. contrarium. redit ad primum.]

c Stipulatio.] stipulatio pœnæ in sponsalibus apposita non tenet propter rationem, quæ redditur in littera: sed arrhas datas pro sponsalibus perficiendis amittit, qui resilit sine iusta causa. C. de spon. l. vlti. & ff. de verb. oblig. Titia vndè hæc decr. sumpta fuit. C. de inut. stip. l. 2. & hic. Sed videtur q idem sit in arrha quod dicitur de pęna: quia eadem est ratio vtrobique: ergo eadem debet esse prohibitio, & idem ius. s. de confir. cũ dilecta. cum alijs concor. ibi positis & s. de transla. inter corporalia sed secus est secundum leges, vt dicit lex prædicta de sponsa. in C.

ADDITIO. Vel dic, q arrha est res fauorabilis, & etiam matrimonium, & ideo arrha potest esse in matrimonio, pœna vero non: quia res est odiosa. vt ibi dicitur.

IS, qui fidem.] Primo ponit thema, ex quo tacite elicitur quæstio. Secundo illam soluit, & rationẽ submittit ibi. Ad primum Abbas.

CASVS. Quidam iuuenis dedit fidem cuidam mulieri, q eam duceret in vxorem, & eam postmodum carnaliter cognouit: postea in facie ecclesię cum alia matrimonium contraxit. Quæritur, quam istarum dẽat habere? Dicitur, q ad primam redire tenetur, quia licet præsumptum primum matrimonium videatur tamen contra talem præsumptionem probatio in contrarium non est admittenda: Vndè sequitur, q matrimonium postea de facto contractum, nullum sit: Nota, q hæc est præsumptio iuris, & de iure, contra quam probatio non admittitur.

CAP. XXX.

IS, † qui fidem dedit M. mulier super matrimonio cõtrahendo, carnali cõpula subsecuta, & si in facie ecclesiæ ducat aliã & cognoscat, ad primã redire tenet: [d] quia licet præsumptum primũ matrimonium videatur, cõtra præsumptionem [e] tamen huiusmodi non est probatio admittẽda: Ex quo sequitur; quod nec verum, nec aliquod censetur matrimonium, q de facto est postmodum subsecutum.

d Redire tenetur.] sic s. eo. veniẽs. & ĩ. de cõd. appo. de illis & c per tuas.

[Gl. seq. distinguit circa præsumptiones in si obijcit, & sol.]

e Contra præsumptionem.] nota circa huiusmodi præsumptionis, 1 q præsumptio alia est iuris, & canonis siue legis, alia hominis, alia naturæ, alia facti. Præsũptio iuris & canonis, siue legis, siue iuris, siue de iure, quod idẽ est, non recipit pbationem in cõtrariũ, vt lex psumpsit, mulierem stipulatã dotẽ sibi reddi, quæ nõ est stipulata. & si qs vellet probare cõtrarium, nõ auditur. C. de rei vxo. actio l. j. §. 2. Idem est in arrogato, q semper intelligitur stipulatus quartam partẽ de bonis arrogatoris, si emãcipatur. ff. de adop. si arrogator. & de tali loquitur hic. Et ita præsumptum dicitur istud matrimoniũ. similis præsumptio est 11. q. 1. si quis clericorum. & ĩ. q. matrimo. accu. post. insuper. sim. s. eo. ad id quod. & 54. dist. fraternitatem. & ĩ. de Iudæ. c. vlti. qd loquitur in eodem casu cum c. fraternitatem. Præsumptio hominis est cum præsumitur contra aliquem hominem propter malam famam 4. contra hanc præsumptionem bene admittitur probatio in contrarium. s. eo. cum in tua. & 2. q. 5. presbyter. & c. si mala fama ĩ. de pur. can. cum P. & ff. quod met. cau. non est verisimile. Præsumptio naturæ est, vt cum exhæredo filium meum, præsumitur ꝯ me, q iniustè exhæredaueri eũ, & hoc pp naturam, & ideò hæredes mei probare tenentur, q iuste exhẽdauerim eum. C. de inof. test. l. omnimodo. ver. si cũ. Presũptio facti alia præcedentis circa futura, vt si semel calumniatus es contra me, & iterum velis me accusare, præsumitur modo te velle iterum calumniari. ff. de a cu. si cui §. idem, 3. q. 10. placuit. & c. si accusatorum. & s. de pręsum. mandata. & c. scribam eis. Pręsumptio facti subsequentis circa præterita est, vt si aliqui fuerint accusati de crimine adulterij, quod depellebant prętextu proximitatis, si postea in matrimonium se coniunxerint, manifestè præsumitur facinus, in quo accusati fuerunt. C. de adulte. si hi qui adulterij. ff. ad Macedo. item si filius. alias incipit sed Iulianus. §. interdum circa fin. & in authent. vt nulli iudi. §. si quis vero. colla. 9. Et est alia præsumptio iuris tantum, ut si vir diu cohabitauit vxori præsumitur ab eo cognita. 32. quæst. 1. dixit dominus. & 27. quæstio 1. nec aliqua. & contra hanc præsumptionem probatio admittitur. s. de probat. proposuisti. & ff. de proba. si chyrographum. 2 sed hic non fuit substantia & forma coniugalis contractus. de qua dr. s. eo. tua. unde non est matrimonium. Satis dr hic fuisse substantia & forma: g a cõsensus & forma fuit hic, licet per uerba de futuro, q per

† Præter Henricũ Boich, & præpositũ hic, vide Couar. in epitome lib. 4 decretal. par. 1. c. 4. §. 1.

1 De materia huius glossæ vide Alciatũ in trac. de præsumptio. & Io. Milleum in pract. criminali, tractatu de præsumptione. & Simancã de catholic. inst. tit. 50.

2 Cãcellatio chirographi pũmptionẽ facit de solutiõe debiti, recipit cũ p bõn ei ꝯriũ, Io. And.

per carnalem copulam subsequentem fiunt de p̄senti præsumptiue: sed, per carnalem copulā subsequentem præsumitur consensus, per verba præcedentia designat forma, licet illa ab initio fuerint de futuro. Ber.

SI inter virum.] Duo sunt dicta. Secundum: ibi, Verum. Abbas Sicu.

¶ Idem.

¶ Sponsalia de præsenti non soluuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum, sed spōsalia de futuro etiam iurata, soluuntur per sequentia de præsenti.

CAP. XXXI.

SI † inter virū & mulierem legitimus cōsensus interueniat de p̄senti, ita quod vnus alterum mutuo cōsensu, verbis cōsuetis expresso, recipiat, vtroq; dicente. [a] Ego te in meā accipio: & ego te accipio in meū, vel alia verba [b] consensum exprimētia de præsenti: siue sit iuramētū [c] interpositū, siue nō, non licet alteri ad alia vota [d] trāsire: quod si fecerit, secundum matrimoniū de facto contractum (ēt si sit carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in sua firmitate manere. ¶ Verū si inter ipsos accessit † tantummodo promissio de futuro, vtroque dicente alteri. Ego te recipiam in

CASVS. Si inter virum & vxorē consensus de p̄senti interuenerit sub hac forma verborū. Ego accipio te i meā. & ego accipio te in meum: vel p alia verba ꝯsensum exprimentia de p̄senti, siue iuramentum interuenerit, siue non, non licet alteri postmodū ad alia vota transire: qđ si fecerit, etiā si carnalis copula sit subsecuta, debent separari, & primum matrimoniū in sua firmitate manere: Sed si inter eos verba interuenerint de futuro, vtroque dicente alteri. Ego accipiā te in meā, & ego accipiam te in meū: vel similia verba: si alter cū altera p uerba de p̄senti postmodū ꝯxerit, non debēt separari, etiā si inter ipsam & primū iuramentū interuenerit, sed de fide mētita ei est pœnitentia iniungenda. Nota ꝙ iuramētū nō est de substantia matrimonij.

† Vide Dñicu Sotū li. 4. sen. dist. 27. q. 2. art. 5. Syluestrū in summa verbo spōsalia. q. 10. & Couarruuiā in epitome lib. 4. decretaliū, par. 1. c. 5.

[Gl. seq. arg. alleg. 2. iura subdit signa sufficere, alleg. cōtrarium.]

a Dicēte.] ergo altero loquente tm̄, nō est matrimoniū: qa non loquens suū cōsēsum nō exprimit. arg. 30 q. 2. c. 1. Item arg. ꝙ qui tacet, nō ꝯsentit quia verba sunt necessaria ꝯsensum exprimentia. s̄. eo. tuæ. fi. ff. de ꝓcu. filiusfamilias. §. inuitū. 1. & si consensum exprimat alter aliquo signo vel nutu, licet nihil exprimat ore, satis vr̄ idē. Arg ꝯ ꝙ n̄ sit matrimoniū: quia stipulatio nō ꝯhit nisi vtroque loquēte, etiā si annuat sine verbis. ff. de verb. obl. l. 1. in prin. & §. si quis ita ergo idē in matrimonio. arg. istius lr̄æ. vtroq; dicente; muti tn̄ sine ista forma ꝯhere pñt, dum tn̄ consensū exprimant signis. s̄. e. cum apud. & ff. de iure do. mutus. arg. ff. de tute. muto. & illa signa æquipollent huic formæ: & ita non refert dummodo consensus exprimatur, etiam in loquente subsecuta subarrhatione per immissionem annuli: nam multæ propter verecundiam annuunt potius, quam loquantur, maxime præsentibus parētibus 32. q. 2. honorantur.

† accesserit

1 Dr̄ procurator inuitus, qui expresse nō cōsentit. Io. And.

b Alia uerba.] s̄. e. ex parte. & 30. q. 5. §. si quis diuinis.

c Iuramentum.] & ita iuramentum non est de substantia matrimonij.

d Ad alia uota.] ad religionem tn̄ bñ posset ante carnalem copulam transire. s̄. de conuer. cōiug. ex publico.

[Glo. seq. dat unum simile.]

e Non poterit separari.] quia fortius vinculum superuenit, & sic soluuntur sponsalia, non obstante iuramento: sic & votum simplex soluitur superueniente matrimonio. 27. dist. si vir. & 27. q. 1. nuptiarum. & minus punitur propter bonū mr̄imonij subsequētis vt cap. si vir. Ber.

meam: &, ego te in meum: siue verba similia: si alius mulierem illā per verba de præsenti despōsauerit, etiam si inter ipsam & primum iuramētum interuenerit (sicut diximus) de futuro hm̄ōi desponsationis intuitu, secundum matrimoniū nō poterit separari, [e] sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungenda.

¶ Idem.

¶ Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matrimonium.

CAP. XXXII.

ADolescens, † qui desponsatam sibi per verba de futuro, licet sępe nisus fuerit, carnaliter non cognoscens, cum alia postmodum p verba de pręsenti [f] contraxit: non primam, cū qua nec fuit verum matrimonium ex forma cō tractus: nec pręsumptum, [g] cum conatus [h] non habuisset effectum: sed secundam debet habere vxorem.

ADolescens.] Ponit dictū, cām inferens ibi, Cum qua. Ab. as.

CASVS. Adolescens quidam cū quadam ꝯxit p uerba de futuro, nisus fuit sæpe illam cognoscere sed non potuit: postmodū cū alia ꝯxit p verba, de p̄senti, quæritur, quam illarū debeat habere? Dr̄ ꝙ primā habere nō potest: qa cum illa non fuit verū matrimonium, nec p̄sumptū quia conatus non habuit effectum, & ita secūdā hēbit vxorē, No. ꝙ conatus siue voluntas sine effectu nō nocet: & verba cū effectu accipiēda sūt.

f De p̄senti ꝯxit.] & sic soluta fuerunt priora sponsalia. s̄. c. ꝓxi. & j. de spō. duorū. duob. & sic remanebit cum secūda, & aget pœnitentiam de fide mentita, vt dicit c. duobus. Ber.

g Nec p̄sumptū.] verum non fuit, quia ibi non fuit consensus de præsenti: præsumptum non fuit, quia non fuit carnalis copula subsecuta. De præsumpto matrimonio habes s̄. eo. is qui, s̄. de re iud. tenor. vbi de hoc. & 27. q. 2. si quis vxorem.

† Præter Do. hic, uide Geminianū & Frācū i. c. 1. § idē. de despō. impub. lib. 6. Syluestrū in summa, verbo: mr̄imoniū. 2 q. 16. & Alciatū trac. de p̄sumpt. rla 3. p̄sumptione 38.

[Glo. seq. no. effectum ponderandum, non conatum vel verba, allegans plura iura in contrarium.]

g Conatus.] nota ꝙ conatus siue uoluntas sine effectu non nocet. vt hic patet. & de pœn. dist. 1. hæc autem verba. & §. cogitationis pœnam, & ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. sicut. §. si voluntate. & 17. q. 4. si quis suadente, & ff. quod quisque iu. l. 1. in fi. Et eum condemnatum accipere debemus tantum, qui iure condemnatus est, ita vt sententia teneat: & si nulla est sententia, non dicitur condemnatus. ff. de re iudi. si se. § condemnatum. Item argu. quod verba cum effectu sunt accipienda. s̄. de cler. non resid. relatum. & ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi ex. l. pen. §. docete. Arg. contra, quod uoluntas seu conatus delinquentis puniri debeat, quamuis sine effectu. s̄. de Liga. nuper & c. vl. & 50. distin. si quis post acceptum. & de pœni. dist. 1. si quis non dicam. si quis cum telo. & quattuor §. seq. & ff. de extraor. cri. l. 1. & C. si quacūque præd. po. l. 1. in prin. 2 & s̄. eo. iuuenis.

2 Punit̄ ī x. libris auri. p̄dictus p̄tāres, q minas ꝓ nuptijs, īfert subiectæ vl̄ parentibus: ēt si nuptias nō peregerit. Io. And.

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM

Supra visum est de sponsalibus in genere,nūc de eis submittit in specie.scilicet,de illis,quæ ɔhūtur per impuberes.Vel aliter,& sic:Quia ad sponsalia contrahenda,certa ætas determinata est à iure: ideò subijcitur ista rubrica, in qua tractat de ętate habili ad sponsalia,ideò, &c.

De hac materia vide 30.q.2.& facit.2.q.1.cap.1. & repetitur in Sexto. Abbas.

TITVLVS. II.

De desponsatione impuberum.

¶ Hormisda.Eusebio epō.

¶ *Pater pro filio impubere sponsalia contrahit,pro pubere verò non nisi consentiat.*

CAP. I.

TVa† fraternitas requisiuit de filio adulto, quē pater matrimonium vult contrahere,si sine voluntate adulti filii facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit [a] filius,fieri non posse.¶ Potest autem filium nondum adultum (volūtas cuius discerni non potest) pater,cui vult matrimonio tradere. Et postquam filius peruenerit ad perfectam ætatē, omnino debet [b] hoc dimplere.

¶ Nicolaus Papa.

¶ *Impuberes ambo,vel alter nisi pro bono pacis coniūgi non debent.*

Tva fraternitas.] Habet tria dicta. secūdum:ibi, Pot st tertium ibi,Et postquā Abbas Siculus.

† Cap.2. eo. tit.in 1.cōp. Vide concilium Trid. sessio. 24. de refor. matr. cap.9.B.Thomā. in quæstionibus additis ad 3. par.q.47. ar. 6.& Sotū li. 4.senten. di. 29.q.1.art.4.

CASVS. Pater vult ꝙ filius eius ɔhat cū aliqua muliere,filius adultus nō vult cū illa ɔhere;Quæritur an pater filium compellere possit,vt cū illa ɔhat? Dicit, ꝙ si filius nō cōsentit: hoc fieri non potest Sed filium nondum adultū potest pater cui vult in matrimonium tradere,qa ipsius voluntas adhuc discerni non potest. Sed postq̄ venerit ad legitimā ætatē, debet factū patris ratū habere,si sibi placuerit:sed non compellitur. No. ꝙ libera debet esse voluntas i matrimonio ɔhendo: & filius non adultus in hoc patri subiacet.Item pater non potest cogere filium adultum ad ɔhendum.Filium uerò non adultum cogere potest,ut uidetur,quod uerum est, quo ad sponsalia,non quo ad matrimonium: quod patet cum dicitur in littera;dum uenerit ad legitimā ætatem.& illud quod postea sequitur, debet exponi, de debito honestatis,non necessitatis.

[Glo.seq.reci.per q.quid si filius uel filia coactione patris,&c.]

a Consentit.] si coactione paterna ductus consentiret in aliquā, quam aliàs non esset ductutus, eam voluisse uī,& est matrimoniū ff. de rit nup. parte. cog. tū non debet.ff.eo.non cogitur,& C.de nup.ante filiū nec potest eum cōpellere inuitū.ff.de spon.filio familias.quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus consueuerunt habere ti.prox.requisiuit.& 31.q.2.§.1.secus uī de filia s̄m alios;nam illa ɔdicere nō potest,nisi pater dederit ei turpem, vel moribus suis indignum.ff.de spō. sed quæ patris.secus tamen secundum canones. 1 supra tit.prox.cum locum.& 27.q.2.sufficiat.Ber.

1 Neque est à sanctione canonum recedendum, quicquid leges ciuiles iubeant.

b Debet.] debito honestatis,non necessitatis. sup. de testi.c.1.

VBi non est.]Primo ponit dictum.Secundò excipit ibi,Nisi Tertiò exemplificat ibi,Vt potè. Abb.

CASVS. Dī hic, ꝙ aliqui quorum vterque vel alter, ad legitimam ætatē,ad matrimoniū non ꝑuenerit,coniungi non debent,nisi forte aliqua iusta causa interueniente,vt puta pro bono pacis: huius ɔtrium fuit causa huius prohibitionis,puta contrahebāt aliqui in minori ætate,cum ad ætatem legitimā peruenieb ant, displicebat alteri,& sic non ɔhebant,propter quod scandalum & odium inter parentes oriebatur.No. ꝙ pro bono pacis reformando toleratur matrimoniū quod aliàs fieri iter diceretur.

CAP. II.

VBi † non est consensus.. & inf.¶ Districtius inhibemus,ne aliqui, quorum vterq;, vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus determinatam nō peruenerit,cō iungātur. [e] Nisi fortè aliqua vrgentissima necessitate interueniente:vt potè pro bono pacis [f] talis coniunctio toleretur.

¶ Isidorus †

¶ *Puberes sunt quo ad matrimonium, qui ex habitu coporis concipere & generare possunt.*

CAP. III.

PVberes à pube sunt uocati,idest,à pudentia [g] † corporis nuncupati;quia hæc loca primo lanuginem ducunt.Quidam tamen ex annis pubertatem existimant:idest,eum esse puberē, qui xiiij. annos [h] impleuit, quamuis tardissimè [i] pu

c Consensus.] vetus,vel præsumptus. d Canonib.] ætas ad matrimonium ɔhēdum tā s̄m leges q̄ secūdum canones est xij. annorum in fœmina. ff. de titu. nup minorē,& j.eo. cōtinebatur. In viro xiiij.annorum.j.eo. attestationes.quantū ad spōsalia ætas vij. ann.ff.de spon. & in sponsalib.j.eo. litteras.accessit.& c.duo. Bernar.

[Gl.se.ponit duas lecturas.

e Coniungantur.] matrimonialiter:qa consentire non possunt.j.de frigi. & malefi.ꝙ sedem.Vel intellige quātum ad spons. lit;& ideò ꝓhibent,qa sæpè mutant postea voluntatem:vnde propterea oritur discordia iter ipsos: & diuertentes consanguineis copulantur,ut s.tit.prox. iuuenis quod esse n. potest s. titulo pro ximo sponsam.Ber.

f Pacis.] nota pro bono pacis admittēdum,quod alias prohibetur. 3.q.6. hoc quippe Vnde uersus:

Pax vt seruetur,moderamen iuris habetur.

† Cap.4.eo. tit.in 1.cōp. Pannormita lib.6.tit.11. ca.3.in ie ca. 122. Gratiā. 30.q.2.cap. ubi.non est. uide Syluestrum 1 summa uerbo. spōsalia.q.3.

† Lib. 11. Etymologiarum.c. 2. & c.7. eod. tit. in 1.compi. Et uide p̄ ceteris hic Hostiensem.

† Fortassis legendum a pudendis, ut apud Isidorum: qd̄ & textui conuenit,sequit.n. quia hæc loca primo lanuginē ducunt , quod rectè obseruat Antonius Augustinus sed de his uocibus consule humaniorum litterarum professores.

PVberes.]Primò narrat dictum,Secundo refert unā opinionem ibi,Quidam.Tertio aliud dictum: ibi, Certum.Quarto aliud ibi,Et puerperę.Abbas.

CASVS. Isidorus interpretatur quis dicat pubes: dī enim pubes à pudentia corporis, quia loca illa primo lanuginem ducūt. Quidam tā computant pubertatem ex annis primis, idest, illum puberem dicunt,qui annum xiiij. compleuit, quamuis tardius pubescat. Sed verum est,illum puberem esse ,qui ex habitu corporis pubertatem ostendit,& generare possit; & puerperę dicuntur,quæ in puerilibus annis pariunt. No.ꝙ in matrimonio contrahendo non debet considerari tempus sed vtrum sit talis,qui generare uel concipere possit, tam in masculo,quam in fœmina.

g Pudentia.]idest, a pudore quē patiebātur inspicientes, & inspecti in partibus siue membris pudendis,ut Insti.quib.mod.ut fin.circa prin.

a Hæc glos. nō inuenitur in antiquis exemplarib.

h Xiiij.annos.] 20 q.1.illud ꝙ j.de regu. ad nostrā.

[Glo.seq.quærit, opi. ponit, contrarium sol.]

i Tardissime.] quid si iste qui iam cōpleuit xiiij. annos,talis appeat, ꝙ nullo modo possit generare,& ɔhai,num

hat, nunquid tenet matrimonium? Dicunt quidam, quod tenet matrimonium: contrarium credo, 1 quia nec est pubes, & infra dicitur; nec in eo reperiuntur tria bona matrimonij, quæ sunt fides, proles, & sacramentum 27. q. 2. omne itaque iste non est talis, qui possit habere prolem, quod etiam satis patet per literam sequentem. Ar. j. eod. de illis.

1 Idem dixit Alanus in c. 3. eo. ti. in 1. compilatio. quod omisit in hac sua collectione Raymundus, hæc tamen glossæ opinio non placet hic Ioan. And. tu eum uide eum.

Herfor. Herfordensi.

[Gl. se. distinguit pubertatem matrimonij & tutelæ.]

a Ostendit, & generare.] ergo pubertas ex vigore naturali, non ex annorum numero comprobatur: quod verum est quo ad matrimonium, ut supra uendit, vt dixi. j. c. de illis 2. & c. vl. vbi malitia supplet ætatem. ex quibus etiam probatur quod matrimonium consideratur ex pubertate tantum, & non ex annorum numero: quo ad tutelam vel curam ætas annorum tantum consideratur. C. quando tu. vel cu. esse de. indecorum. inst. quibus mo. finit tu. in prin. sed quo ad matrimonium benè inspicitur mulier, & etiam uir, an sint apti ad matrimonium. 27. q. 1. nec aliqua. & s. de proh. proposuisti. & c. causa matrimonij. Ber.

bescat. Certum autem est eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare a iam potest. ¶ Et puerperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt.

¶ Alexander tertius Herfordensi † episcopo.

¶ Ex sponsalibus contractis cum minore septennio, non erit impedimentum publicæ honestatis; secus si cum maiore vel minore consentiente post septennium: & affinitas sequens dissoluit sponsalia præcedentia de futuro.

CAP. IIII.

Litteras † tuæ fraternitatis accepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod cum quidam esset perfectæ ætatis quandam puellam in cunabulis desponsauit: procedente verò tempore, matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit; & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si præfatus vir matrem puellæ antequam septimum annum complesset, in vxorem accepit, matrimonium non dissoluas: b cum desponsationes huiusmodi nullæ sint, quæ in cunabulis fiunt. † Verum si postquam puella septimum annum compleuit, prædictus vir matrem eius accepit vxorem, cum sponsalia extunc c placere consueuerint: d inter eos sententiam diuortij non differas promulgare: nec ipsum filiam, e seu matrem habere permittas:

¶ Idem Eboracen. archiepiscopo.

¶ Sponsalia nulla ex defectu consensus, non creant publicæ honestatis iustitiam: sponsalia verò aliqua, sic, licet legitimo modo fuerint dissoluta.

CAP. V.

Accessit † ad præsentiam nostram: & infra. ¶ Fraternitati tuæ

† Cap. 5. eo tit. in 1. comp. & post conci. Lateranen. sub Alexan. iij part. 12. c. 2.

Et de impedimento iustitiæ publicæ honestatis, uide quod nominatim cauerit conci. Trid. sess. 24. de refor. matri. c. 3. adde cit. tit. s. tit. præcedenti. c. ad audientiam. & de materia uide to Couar. in epitome libri 4. decretalium par. 1. c. 2.

Litteras.] Qui desponsauit minorem septennio, cum ei matrem coniungere potest: secus si tempore sponsaliorum erat maior. quia si tunc fuit minor, & eadem voluntate permanente facta sit maior: si cum matre coniungitur, & eam cognoscit, nec matrem habebit, nec filiam. hoc dicit. Communis diuisio, secunda ibi, Consultationi. Abb.

CASVS. Quidam cum esset ætatis legitimæ ad matrimonium contrahendum, desponsauit quandam puellam in cunabulis: postmodum cognouit matrem, & eam in vxorem accepit: Dubitabatur, an eam in vxorem habere possit? Respondet Papa, quod si præfatus vir matrem puellæ in vxorem accepit, antequam puella septimum annum compleret, matrimonium tenet: quia huiusmodi desponsationes, quæ infra septimum annum fiunt, nullæ sunt. veruntamen, si postquam puella vij. annum compleuit, vir ille matrem accepit: quia extunc placere consueuerunt sponsalia. matrimonium illud separari debet, & nec matrem, nec filiam habere poterit. No. quod sponsalia ante septimum annum contracta nulla sunt, post septimum annum valent, & tenent. Item quod ab initio non valuit, tractu temporis ualere incipit.

[Glo. seq. signat contrarium, & ibi remittit.]

b Dissoluas.] arg. quod sponsalia contracta de facto non inducunt publicæ honestatis iustitiam at. contra. s. tit. prox. ad audientiam. vbi de hoc & cap. iuuenis.

c Ex tunc.] s. post septem annos. 30. q. 2. c. ult.

d Placere consueuerint.] & si placuerint, sola ratihabitione confirmantur, licet ab initio nulla fuissent: & intelliguntur tacitè habere, nisi expresse contradixerint ætate legitima adueniente, vt hic colligitur: sed intelligo quod sponsalia debeant placere, cum simul cohabitant: quia tunc intelliguntur consentire, ex quo non contradicunt. ff. de ritu nup. maiorem. secus credo si seorsum habitant quia tunc non intelliguntur consentire, nisi vel verbo vel ipso facto, puta quia vadit ad domum suam, vel dat aliqua munuscula, & consimilia, quæ sponsi facere consueuerunt. argu ad hoc infra c. prox. in prin. vbi dicit, & postea in eum non consenserit. Item arg. ad ea quæ frequentius accidunt iura adaptari debent. 28. dist. de Syracusanæ. & s. de cle. coniuga. diuersis fallaciis. C. de la. li. tol. l. vnica. §. sed & si quis homini. & 14. q. 5. denique & Insti. de re. diui. §. illud & 19. q. 2. duæ sunt. & ff. de serui rusti. præd. cum essent. §. per plurimos. ff. de vsuca. l. iusto. j. responso. in fin. ff. de leg. nam ad ea, & 3. q. 5. accusatores. imo quandoque ad ea quæ nunquam uel raro accidunt. ff. si pars hære. pe. l. antiqui. 19. dist. in canonicis in fin. ff. de reg. iur. ea quæ raro. de conse. dist. 4. sanctum est baptisma. in fin. C. de leg. hære. si maior. & 51. distin. qui in aliquo. ver. quicunque. ff. de stat. hom. non sunt. & l seq. 2 Sol. regulariter obtinet prima rubrica. Contraria casualia sunt, quæ negotijs non cohærent. ff. de reg. iur. ea quæ raro.

† Vide l. quatum. ff. de sponsalib. cum tibi notatis.

† Cap. 6. eo. tit in 1. comp. & post conci. Lateran. sub Alexand. iij. par. 6. c. 7.

2 Formabis ibi casus de ancilla, cui relicta erat libertas, si tres liberos pareret. peperit vnum, & postea tres vno partu, ultimus est liber. Io. An.

e Filiam.] quam habere non potest propter affinitatem superuenientem. 35. q. 3. nec eam quam. nec matrem propter publicæ honestatis iustitiam, ut j. cap. proxi. & s. tit. proxi. ad audientiam. & j. eo. continebatur. §. ulti. Ber.

Accessit.] Summatum est s. cap. proxim. Distinguit duo membra. secundum ibi. Sane. Abbas.

CASVS. Quidam G. nomine contraxit sponsalia cum quadam puella in minori ætate, siue infra nobiles annos, & cum ipsa in dictum G. consentire nollet, ab eo fuit per archiepiscopum absoluta. postmodum dictus G. cum matre puellæ matrimonium contraxit. & ex ea filios suscepit: Dubitauit archiepiscopus, utrum matrimonium illud teneret, & an filij eorum legitimi sint habendi? Super hoc Papa consultus respondet, & mandat archiepiscopo, quatenus si constiterit ei, quod puella non esset vij. annorum, quando præfato G. desponsata fuit, & quod idem G. fuisset absolutus ab ipsa, matrimonium illud legitimum iudicet, & prolem eorum legitimam denunciet. quia desponsationes infra vij. annum non tenent, si consensus postea non accedat: Si uerò dicta puella ante quam

quā desponsata pdicto G fuisset, vij annū compleuerit, quis ab ipsa absolutus fuisset, quia in eū consentire nolebat, matrē puellæ habere non potest. No. ꝙ diuortiū dr̄ celebrati, inter quos nullū fuit matrimonium. Item spōsalia ī. vij. annū ɔ̄cta nō tenent, & ita non impedit cōiungi, q. contraxit cū matre illius puellæ, dūmodo post septimū annū adinuicem nō cōsenserint. Itē ratihabitio subsequēs cōfirmat cōtractū præcedentem.

mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod puella non esset septennis, quando G. † desponsata fuit, & postea in eū nō consenserit,[a] & quod idem G. † ab huiusmodi desponsatione per te fuerit absolutus,[b] † matrimonium inter eundem G. † & matrem puellæ celebratum, præcipias inuiolabiliter obseruari, & eorum prolem[c] denuncies esse legitimam: quia desponsationes & matrimonia ante septē annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit.[d] Sanè si præfata puella ante desponsationem[e] septimum annum compleuerat, licet prædictus vir à desponsatione ipsius puellæ, ipso iure[f] fuerit absolutus, cum ea in eum consentire noluerit: inhonestum[g] tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia fuit † sibi desponsata.

¶ Idem Noruicen. episcopo.

¶ Si impubes desponsata, & traducta petit licentiam pubes facta alteri nubendi, non auditur, si vir iurat se eam cognouisse: nec auditur, si nondum pubes, sed proxima pubertati prebetur cognita. Et ex sponsalibus contractis cum impubere maiore septennio, oritur publica honestas.

CAP. VI.

Continebatur † in literis tuis, quod cum quædam puella infra nubiles annos, cuidam in vxorem tradita fuerit, & ab ipso traducta: hæc ad nubiles annos perueniens, alij nubendi licentiam postulauit: asserens se in eundem nullatenus consensisse: & infra.

¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum in decretis[h] † habeatur expressum, quod si vir dixerit, quod vxorem suam cognouerit, & † mulier negauerit, viri standum est[i] veritati, præfato viro, qui dicit se mulierem ipsam cognouisse, fides est adhibenda, si id firmauerit iuramento.[k]

¶ Si autē fuerit ętati pro-

a Consenserit.] dic super hoc, vt s. c. px.

b Absolutus.] maximè. hæc absolutio factū tm̄ respicit, cū nulla fuissent sponsalia. s. c. prox. Ber.

c Prolem.] quia vbi matrimoniū legitimū est, & filij legitimi erunt. 34. distin. si quis viduā. & 32. q. 4. dicat aliquis. & si matrimonium reputatur legitimū, licet nō sit, filij tñ erunt legitimi. ī. q. fil sint legi. cū inter. hodie idem obtinet denunciatione præmissa. 1 ī. de clande. despōs. cum inhibitio.

d Accedit.] tacitè vel expressè, vt dictū est s. cap. proxi.

e Ante desponsationē.] ipsius puellæ. B.

[Gl. seq. ponit opinionem, & lecturam quam reprobat.]

f Ipso iure.] hoc ideò dicit, quia cum maior contrahit spōsalia cū minore, adueniēte ętate, si minor noluerit cōsentire in matrimoniū, ab ecclesia debet absolui: & qa illa noluit cōsentire, fuit absolut' ab epō. Nec intelligas ipso iure, idest, sponsalia nulla fuerunt ipso iure, vt quidam 2 dixerūt, quia ipsa non consenſit in sponsalibus. Sed hoc stare non potest: quia si hoc fuisset, non separaretur matrimonium contractum cum matre, cum nulla fuissent sponsalia, vt patet per princ. c. vbi non separantur.

g Inhonestum.] quia nullam de consanguinitate 3 illius puellæ poterit recipere in vxorem: ergo multo minus matrem. s. tit. proxi. ad audientiam. & c. sponsam. & c. iuuenis. cum illa puella fuerit sponsa illius, vt ī. c. proxi. in fine.

Continebatur.] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, Consultationi. Abbas.

CASVS. Quædam puella infra nubiles annos constituta, tradita fuit in vxorē cuidam iuueni, & ab eo traducta. postmodum cum peruenit ad nubiles annos postulauit licentiam cum alio contrahendi, dicens, quòd in illum non consensit: Iuuenis ille in contrarium allegauit, quod & si fortè cum desponsauit eam, nondum annum xij. attigisset, ita erat ætati proxima, quod eam carnaliter cognouit: & parentes ipsius asserebant eam esse ætatis legitimæ. Quæsitum fuit à Papa cui esset potius credendum? Respondet Papa, quòd in decretis habetur expressum, vt si vir dicat, quòd vxorē suam cognouerit, & mulier negauerit, standum est verbo viri: & in casu præmisso standū est verbo viri, qui dicit se eam cognouisse, si illud iuramento firmauerit: Si verò fuit ætati proxima, vt in xj. anno. vel circa xij. & cum assensu suo desponsata, & cognita ab eo, separari nō debet: præcipuè cum parentes ipsius eā legitimæ ætatis faterētur. In fine dicit, ꝙ si puella infra nubiles annos alicui fuerit desponsata, non licet alicui de consanguinitate illius, cui desponsata fuerat, eam ducere in vxorē, nec sponsus poterit aliquam accipere de cōsanguinitate sponsę. Nota, quòd potius creditur viro, quam mulieri. sed hoc est fauore matrimonij. Itē ab xj. anno dicitur mulier proxima nuptui & apta. Itē sponsalia infra nubiles annos cōtracta, licet ad matrimoniū non perueniant, impediunt matrimonium contrahēdum cum omnibus cōsanguineis alterutrius.

h In decretis.] 33. q. 1. si quis acceperit vxorem. §. 1.

[Glos. seq. signat contrarium, & soluit.]

i Viri standū est veritati.] arg. cōtra. 27. q. 2. quod interrogasti. & 33. q. 1. requisisti. Sol. vbi vir dicit cognouisse vxorē, & ista negat, statur verbo viri, vt hic & 33. q. 1. si quis acceperit. sed c. requisisti intelligitur, qñ vterque confitetur, quòd carnaliter iungi pp frigiditatem nō possunt, & vterque septima manu propinquorū debet iurare, quòd non possunt carnaliter commisceri. c. quod interrogasti. intelligitur, qñ maritus non dicit, quòd vxorē cognouerit: vndè auditur mulier. præterea quod dicit hic, fides est adhibēda viro si iurauerit, hoc intelligo, quando mulier non probat se virginem per aspectum corporis: quia tunc bene auditur. s. de probat. proposuisti. & c. causam. 4

K Iuramento.] sed quare compellitur iste iurare, cum sit reus. 6. quæstio. 5. actor? Ideò compellitur iurare, ne hoc diceret in fraudem, & in præiudicium mulieris, nec credere tenetur ei mulier sine iuramēto, præcipuè in causa matrimonij propter periculum animæ. Lau. dixit, ꝙ hoc ideò, quia fundata videbatur intentio mulieris: quia traducta mulier fuerat minor: vnde ad tollendam præsumptionē illam dēt iurare: secus esset si mulier

† al. V. al. ita: qñ ab G. desponsata, &c. aliàs: ab V. desponsata.

† V.

† Vide citatos c. præcedenti.

† V.

1 Cum alter ignorat impedimentū, secus cum ambo sciūt, vt ibi Ioan. And.

† fuerat.

2 Tanc. s. sed mouebat ex antiqua, vbi pcipiebatur matrimonium simulando sustineri ɔ̄ctum cum matre.

3 De hoc articulo latè disputant Doct. ī c. 2. de spōs. li. 6. sed tene qđ nouissimè diffiniuit Conc. Trid. sess. 24. de refor. matri. c. 3. adde citatos s. ti. pcedēti. c. ad audientiam.

† Ca. 8. e. tit. in 1. comp. & post concilium Lat. sub Ale. iij. par. 6. c. 10.

† In cōcilio apud Compendium c. 20. vt est apud Burchardū li 9. decr. c. 42 & Iuonē par. 8. c. 180.

† cognouit.

4 Facit l. 1. cum no. C. de re iud. & l. 1. C. si aduers. liber.

mulier omnino nihil probasset, vt s. de iureiu. c. vl. vbi de hoc sim. j. eo. attestationes. Et sic est arg. q in causis matrimonialibus non debet omitti iuramentum, ne in fraudē aliquid tentetur. s. de testib. tuis quæstionibus.

[Glos. seq. quærit, & soluit.]

a Proxima.] sed qn̄ dr̄ ætati proxima? Potest dici, q cū distat à pubertate per sex mēses vel minus. j. eo. attestationes. & ff. de excu. tut. nō tm̄. & sic proximus pubertati furti obligatur. Inst. de ob. q ex deli. naf. §. in summa. & intellige nihilominus q malitia supplebat ætatē, alias non esset matrimoniū etiam post xij. annum, vt dixit eo. puber. &.

b Præsertim.] i. maximè. & q parentes confitebantur illam legitimæ ætatis, nullum facit pro viro, & contra puellam.

c Alicui de consanguinitate.] sic s. c. 2 accessit. in fi. s. ti. p. xi. ad audientiā. & c. iuuenis. & c. sponsā.

De illis.] Tria sūt dicta: Secūdū ibi, Si verò. Tertiū ibi, Mulier Abb.

CASVS. Alioqui infra nubiles annos cō stituti maiores vij. annis ɔhunt sponsalia, siue vterque, siue alter anteq̄ ad legitimos annos perueniant, si postulēt separari, nō sunt audiendi: Si verò alter eorum perueniat ad legitimos annos, altero in minoribus adhuc existente, maior si petat separari non est audiendus, nisi cum alter ad ætatem legitimam peruenerit, & petierit separari quia tunc iudicio ecclesiæ possunt separari: Si verò qn̄ contrahunt sponsalia, alter eorum maior fuit, & alter minor, si maior postulet separari, non est audiendus: q a ex quo in eum semel consensit, non potest amplius dissentire: nisi minor cum peruenerit ad ætatem legitimā petierit separari. Nota, quòd illi, qui in minoribus annis contrahunt ante legitimam ætatem non possunt resilire. Item maior debet expectare minorem. Item sufficit semel in aliquem consentire.

1 Pubertati proximus qs dicat̄ docet hic p alijs, Præpositus. vide Areti. & alios, i § i summa. Inst. de obl. q ex delict. naf. ad le gl. De ciū, & alios i l. pupillus. ff. de reg. iu.

† illius. † fuit.

† B non Bathonien. sed vt plurimū Bathonien. Hæc via iu ra à glossa citata, inuenitur ita nunc sūt per Côc. Trid. paulo ante citatū.

xima, [a] vt in vndecimo, vel circa duodecimū annū, & cū suo assensu despōsata, & cognita ab eodem viro, separari non debet: præsertim, [b] cum parentes eius ipsā fuisse ætatis legitimæ faterentur. ¶ Si verò puella infra nubiles annos alicui desponsata fuerit, non licet alicui[c] de consanguinitate ipsius, † cui desponsata fuerit, †eam ducere in vxorem, nec fas est eidem sponso, de consanguinitate sponsæ sibi aliquam copulare.

¶ Idem Bathonien. † episcopo.

¶ Si maiores septennio contrahunt sponsalia, neuter ante pubertatem resilire potest. hoc primò Et ille, qui primò fit pubes, alterum expectabit. hoc secundò Quod si tempore contractus alter erat pubes, non ille, sed alter factus pubes resilire potest. h tertio.

d De illis.] tres articuli continentur in hac decretali, Primus est hic in principio, De illis vsque, Si verò. Secundus est ibi, Si verò alteruter. Tertius ibi, Mulier autem. Ber.

e Vllatenus audiendi.] propter fragilitatem ætatis: & est arg. quòd impubes de eo quod facit ante pubertatē reclamare non valet. arg. 27. dis. de alijs. & 20. q. 1. illud. & ff. de neg. gest. Pomponius. & arg. ad hoc ff. de min. denique. §. 1. Ber.

[Gl. seq. ponit lecturam, quam reprobat.]

f Cum sponsalia contrahuntur.] i. altero existente infra annos pubertatis, sicut existebat quando sponsalia contrahebantur, si alter perueniat ad ætatem, nō est audiendus, si petat separari, sed expectabit quousque alter ad ætatem peruenerit. quidam dicebant, quòd alter eorum erat maior, & alter minor, quando sponsalia contrahebantur: & secundum hoc non differret à sequenti versu. Ala.

g Minoris ætatis.] vr̄, q in optione illius, qui vltimò ad ætatem peruenit, sit reclamare, & tū dic, q idem iuris est de alio, q potest reclamare, etiam si minor velit consentire, aliter non differret à sequenti uersu.

†

CAP. VII.

De † illis, [d] qui infra annos aptos matrimonijs sponsalia cōtrahunt, siue vterque, siue alter reclamet, antequā ad annos matrimonijs aptos peruenerint, & postulent separari, nō sunt vllatenus[e] audiendi. ¶ Si verò alteruter istorū ad annos pubertatis peruenerit, infra eosdem annos altero existente, cū sponsalia[f] contrahuntur: si is qui minoris[g] ætatis est, cū ad annos illos peruenerit reclamauerit, nec in alterum voluerit consentire: iudicio[h] ecclesiæ poterūt ab inuicem separari. ¶ Mulier autem, quę postquā annos nubiles attingit, ei qui nondum ad annos aptos matrimoniis venerat, nupsit, [i] cū in eum semel[k] cōsensit.

[Gl. seq. successiuè signat duo contraria, & soluit.]

h Iudicio ecclesiæ.] sic j. c. px. Et ita pu tet, q sponsalia dissol uūtur iudicio ecclesiæ; tm̄, nisi fortius vinculum superueniat, puta matrimonium cum alio, vel votū solenne: quia tunc ipso iure soluta sunt. arg. s. tit. prox. si inter. & j. de sponsa. duorum c. 1. Arg. ɔ. j. eo. ex literis. vbi soluuntur sponsalia antequā alter perueniat ad ætatē. Sed non est cōtra: quia ibi non tenuerunt sponsalia, vt patet ex fine, hic verò tenuerunt. Itē sim. s. tit. prox i. prętere a. & c. requisiuit, ibi similiter sponsalia, ne de tetius inde cōtingat. & ita sponsalia ɔhen tes, si nolūt vterque, vel alter pficere matrimonium, nō sunt compellēdi, vt colligitur p hęc iura. Sed cōtra est expressum, q omninò sunt compellēdi per ecclesiasticam censuram. s. tit. prox. ex literis 2. & c. sicut. Quid ergo rn̄debis? Dicas, q illa dicere ex literis 2. & c. sicut loquuntur qn̄ iuramentū interuenit, licet illi et essent impuberes, sed erant doli capaces. ita q tenuit iuramētum, vn̄ pp periculū iuri cōpelli dēnt ad ɔhendū. & illa decre. requisiuit, reducitur ad illam ex literis, vt ibi plenè dictū est, & qd̄ dicit illa decr. prętere a potius est dispensatio, vt ibi dictū est: & quia vterq; dissentiebat, ideò facilius tolerat̄. hic ergo loquit̄ de spōsalibus minorū. Si ergo iuramētum interueniat, compellēdi sunt perficere matrimonium, siue sint maiores, siue minores, dum tn̄ fuerint doli capaces: quia ętas illa plena est periurijs. j. de delict. pue. pueris. Si verò iuramentū non interuenit in sponsalibus. non sunt inuiti compellendi quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus consueuerūt habere. 3. & ita planum est: ex causa tamen compelluntur. vt dictum est s. de sponsal. ex literis. 2.

i Nupsit.] idest, sponsalia contraxit, quia matrimonium contrahere non poterat. sic j. c. prox.

[Glos. seq. arg. semel probatum, &c. alle. 8. iura. & in contrarium vnam l. secundò arg. claudicare contractum. alle. 7. iura in contrarium alle. 4. & soluit.]

k Semel consenserit.] arg. quod semel probatum est, amplius non possum reprobare 3. q. 3. offeratur. & 8. q. 2. dilectis simi. & 20. q. 3. eos qui. 32. quæst. 5. horrendus. & 5. dist. in istis. & s. de causa pos. cum olim. ff. de neg. gest. Pomponius 1. & ff. de adul. si vxor. in fin. Arg. contra ff. de mi. & ho. vt gradatim. §. reprobari. §. Item arg. quòd cōtractus claudicat. arg. s. de cle. nosti. & 32. quæst.

† Cap. 9. eo. ti. in 1. cōp. & post cōc. Later. par. 26. c. 29. Et pro intellectu text9 & glossarū vide Couarr. in epitome li. 4. decretaliū. c. 5. §. 1.

3 Adde q p hoc facit qd̄ no. ī l. pe. in glos. 2. C. de fideius.

4 Ibi medicus semel probatus reprobatur, & est ipale pp bonū inū tacitate. Iu. A.

q.5. proposito. & q.2. aliqn. & 33. q.5. manifestum. 12. q.2. si qua de rebus. & Instit. de auctor tu. §.1. & C. de procura. non eo minus. Argu. contra ff. de arbi. cum dies. § sed & si. & l. sed si interpellatur. §. vlti. 21. q.5. si quis cuiuslibet. & 4. q.5. quisquis. Solu. verum est, quod multi cōtract⁹ claudicāt, & ex vna parte possunt teneri, & ex altera nō, vt si pupill⁹ ɔtrahat cū minore sine tutoris auctoritate. Insti. de auctor. tu. §.1. & l. prædi nō eo min⁹, & ca. si qua de rebus, secus in matrimonio, quia illud vinculum nō potest constare nisi ex duobus consensibus sup. tit prox. tua. & quod di. it hic non obstat, quia ille tenet expectare nō ratione matrimonij, sed ratione suæ promissionis vndè si contraheret cū alia teneret, etiā si iuramentum interuenisset sup. tit. ꝓx. si inter.

A Nobis.] In effectu idem dicit iste tex⁹ qđ pcedēs nisi qđ addit, de copula & consensu tacito post aduentum pubertatis. Primo ponitur qō. Secundo solūtio: ibi, Ad qđ Abbas.

C A S V S. Quidam ī nubiles annos iunguntur nōie matrimonij: si vterque vel alter anteq̄ ad legitimos annos ꝑueniāt, petierint separari: quæritur vtrum sint audiendi? Respondet Papa, quòd cum ante legitimos annos coniugalem consensum non habeant, vsque ad legitimam ætatem expectare tenentur: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut infirmetur, nisi carnalis copula antea interuenerit, cum illa tempus anticipare soleat pubertatis. Nota ꝙ ante annos legitimos non possunt aliqui matrimonialiter consentire. Item matrimonium nō semper consideratur fm annos: quia aliqñ carnalis commixtio anticipat ætatem, & inducit matrimoniū ꝑcedentibus spōsalibus, & malitia etiam supplet ætatem.

a Matrimonij nomine.] scilicet, futuri: quia loquitur de sponsalibus, supra ca. proxi.

[Gl. seq. dat simile quærit, & dupliciter soluit.]

b Consensum non habent.] quousque perueniant ad ætatem legitimam. sic etiam & in voto. 20. q.2. firma. ī. de frigi. & male. fedēr Sed pone ꝙ dicant. Accipio te in meum: & ego te in meā, intendentes etiā cōtrahere matrimoniū? Rñdeo matrimoniū nō cōtrahunt ætate ꝓhibente: sponsalia nō contrahunt, quia nolūt. ff. de spon. quæsitum. argu. ī. de offi. deleg. cum super. & C. si quis alteri vel sibi. multum interest, si in eadē volūtate ꝑsistant vsque ad legitimam ætatem matrimonium prius inutile ratihabitione tacita vel expressa confirmatur. argu. ī. cap. proxi. & ff. de spon. quæsitum. de rit. nup. minorem. Posset tñ probabiliter dici, ꝙ sponsalia ɔtrahunt iuris potestate, licet ea cōtrahere nō intēdāt.

† Vide l. nuptias. cum similibus. ff. de reg. iur.

† Vox eidē, desideratur in pluribus antiquis codicibus.

† Simile not. ī. tit. 1. ex litteris in fi. 2. gl. I. A.

† Ca. 10. eo. tit. in 1. cōp. Pio intellectu vide Couaruuias. citatum ī. eo. ca. de illis.

† al. carnis.

rit, amplius non poterit dissentire: nisi ipse cui nupsit, postq̄ ad legitimam ætatē peruenerit, in eam suum negauerit præstare consensum. †

¶ Idem eidem. †

¶ *Impuberes sponsalia contrahentes ante pubertatem separari non debent, sed post pubertatem possunt, si contradicūt sponsalibus, nisi copula carnalis interuenerit.*

CAP. VIII.

A Nobis † tua discretio requisiuit, vtrū ijs, q infra annos nubiles matrimonij a nomine cōiūgunt, vel eorū alteri, antequā ad annos aptos matrimonio pueniant, liceat à matrimonio tali discedere. Ad qđ respondemus, ꝙ pro eo ꝙ ante nubiles annos cōiugalem cōsensum b nō habent vsq; ad legitimā ætatem expectare tenentur: c & tunc aut confirmetur matrimoniū, aut (si simul esse noluerint) separentur: nisi carnalis † commixtio ante interuenerit, cum inter dum illa tempus anticipare d soleat pubertatis.

¶ Idem Genueñ. † archiepiscopo.

¶ *Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonij obligantur: nisi violentia intercedat.*

CAP. IX.

ij De † illis, qui in minori ętate despon sant: e & infra. ¶ Respōdemus, ꝙ si ita fuerint ætati proximi, ꝙ potuerint copula f carnali cōiungi, minoris ętatis intuitu separari non debent, † si vnus in alium visus fuerit consensisse: g cum in eis ætatem supp⁹ pleuisse malitia h videatur. Sed cuiuscunq; sint ætatis, se possunt per illatam violentiam excusare: nisi post violētiam consensus k accedat.

¶ Vrbanus iij. Cenomañ. episcopo.

¶ *Contractus ante pubertatē etiam cum nisu carnalis copula, non facit matrimoniū.*

CAP. X.

A Ttestationes † sup causa matrimonij,

ī. eo. attestationes. ar gu. & ca. duo, Ala.

c Tenentur.] sup. c. prox. & 20. q.1. illud 18. dist. de his.

d Anticipare.] inf. eo. ca. prox. & ca. vlt. & ī. eo. puberes.

ij De illis.] Primo decisa cōsultatio. Secundò responsio: ibi, Respondemus. Abbas.

C A S V S. Quidam in minori ætate sponsalia cōtrahūt, & traducuntur: postmodū diuortiū petunt minorē allegantes ætatem, aut vim sibi illatam. Quæritur, quid iuris? Rñdet Papa ꝙ si ita fuerint ætati ꝓximi, ꝙ potuerūt carnaliter coniungi, prętextu minoris ætatis non sunt separandi, si vnus in alium vis⁹ est consensisse: quia i eis malitia supplet ætatem: sed cuiuscūque sunt ætatis, se possunt per illatam sibi violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat. Nota ꝙ malitia supplet ætatē in matrimonio, quod intelligo sapientiam, discretionē, doli capacitatem. Item violentiam omni tempore excusat. Item matrimonium per vim cōtractum, per consensum sequentē fit firmum, quod prius erat infirmum.

e Desponsantur.] & traducunt in domum: postea allegant minorem ætatem vel violentiā.

f Copula carnali coniungi.] hoc solum cōsideratur, vt possint coniugali vinculo sociari, & non numerus annorum, supra eo. puberes.

g Consensisse.] qđ facere potuerunt, licet nondū peruenerint ad ætatem, cum pubertas ꝑuenisset ætatem.

h Malitia.] alibi appellatur prudentia 2 ī. eo. ca. vlt. simile C. si minor se maio. dixe. l. 3.

i Excusare.] sic ī. eo. tit. proxi. veniens 2. & ca. consultationi.

K Consensus.] expressus vel præsumptus: vt si patienter cohabitet illis talis violentia transit in consensum. ī. tit. proxi. ad id quod. & ī. qui cle. vel vo. insinuante. C. quod met. caus. 2. vel si carnalis copula subsequatur. ī. de eo qui dux. in ma. quam pos. per adult. significauit. & ī. qui ma. accu. poss. insuper. Ber.

A Ttestationes.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Consultationi. Abbas.

† Iaueñ.

† Cap. 12. eo. tit. in 1. cōp. & post Concilium Later. par. 50. c. 41. § de illis vero.

† Vide l. penult. ff. qñ di. leg. ce. & l. cōtinu⁹. §. cū ita. ff. de verb. oblig.

† Ca. 13. eo. tit. in 1. cōp. Et de intellectu præter Doctores. hic, vide Couaruuiā in epitome li. 4. decretaliū. par. 1. cap. 4. §. 1. nū. fin.

2 Quod intelligit Tancr. sapientiā, discretionē, & doli capacitatē. & secundū Philosophum bonitas supplet ętatē. C. de ꝓxi. sac. scri. l. vnicuique, & 77. distin. monachus. Ioan. And.

CASVS. Quędam causa matrimonialis vertebatur inter H. iuuenem, & G. mulierem. super causa illa corā ordinario testes fuerunt ꝓducti: Dubitauit iudex, qualiter in causa procederet: misit attestationes testiū dño Papę. Attestationibus illis inspectis, cōstitit dño Papę, ꝙ iuuenis ille nondū attigerat xij. annum qn̄ dictam G. in vxorem accepit: & licet nisus fuisset eam corrumpere, ſm quod vterque cōfitebatur, mulier tn̄ credit se virginem euasisse: Sed ipse antequam peruenisset ad xiiij. annū ab ea recessit, & cū postmodū ad annos legitimos peruenisset, petebat illū in virū suū? Rn̄det Papa eidem epo, dicēs, ꝙ si mulier illa per idoneos testes probare nequiuerit, ꝙ post xiiij. annū ętatis suę, vel circa finē xiiij. anni, prędictus iuuenis cōsensisset in eā recepto iuramento ab ipso quòd postq̄ ad legitimā ętatē peruenit, eam habere, non consensit vxorem: dictum iuuenē à prędicta G. debeat separare, & dare vtriq; licē tiam cum alio contrahēdi, vel alia. Nota, quòd inutilis conatus non facit pręiudicium. Item post publicatas attestationes de nouo possunt testes recipi. Itē hic defertur iuramētum reo, quāuis actor nihil probet cum tā deberet absolui; quia actore non probante reus absoluitur; sed hoc fit propter pręsumptiones, quia tentauit eam corrumpere, & etiam fauore matrimonij.

quæ inter H. iuuenē & G. mulierem vertitur, accepimus: & ipsis inspectis nobis innotuit, ꝙ pdictus iuuenis, nondum duodecimum annū attigerat, cum præfatam G. accepit vxorem: & licet nisus fuisset [a] (sicut vterque confessus est) ipsam corrumpere, mulier tn̄ credit se virginem euasisse [b] verum ipse antequā ad annū decimum quartum peruenisset, a memorata muliere recessit: quem † cum xvij. annos habeat, eadē pro viro sibi vendicare contendit: & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respōdemus, ꝙ si mulier per idoneos testes [c] probare nequiuerit, ꝙ post decimumquartum annum ætatis suæ, vel circa [d] finē decimiquarti anni, prædictus iuuenis cōsensisset in eam, ab ipso iuramento [e] recepto, quòd postquam ad legitimam ætatem peruenit, ipsam habere non consensit vxorem: ab impetitione mulieris eum potes & debes absoluere: & ad alia vota vtrique dare licentiam transeundi.

† In codice Barbatiq. ita: quem cum xviij. annos haberet. sed in aliis vt est impressum. in antiqua cōpilatione apertior est hic locus ita: quē eadem mulier instā ter nūc repetit. & pro viro sibi vindicare contendit; sed cum vir x. & vij. annos habeat, ipsam recipere non contradicit.

1 Adde nisi mulier, per aspectū corporis virginem se ꝓbaret de ꝓb. ꝓposuisti. ſm Tāc. vel ſm Innoc. licet mulier corrupta fuisset, & non vir, nō esset matrimonium. remittit ad ea, q̄ not. ꝉ. de eo. q cog. cōsā. fraternitati. Ioan. And.

a Nisus fuisset.] & ita conatus nō pęiudicat, cū nō habuit effectū. s. ti. ꝓx. c. vlt. vbi de hoc. Ber.

[Glo. seq. recitatur per quæstionem.]

b Euasisse.] cui creditur in hoc, quòd ꝯ se cōfitebat. 34. q. 2. §. 1. & ff. de interro. act. de ætate §. 1. aliàs staret verbo viri, vt s. eo. continebatur. c prout ibi dr̄. Ber.

[Glo. seq. recit. per quæstionem.]

c Per idoneos testes.] quod facere poterit non obstāte publicatione aliorum testium, cum iste sit alius articulus de testi. fraternitatis. & c. tam litteris. & c. causam 2. c. ex tenore. & cap. series.

[Glo. seq. recitatur per quæstionem, quando dicatur circa finem: soluit allegans tria iura; allegat vnum contrarium: & demum determinat, quæ dixit.]

d Circa finem.] fortè per sex menses. ff. de excus. tuto. non tantum 2 ff. de mu. & ho. ad rem publicam, & sup. eo. cōtinebatur. arg. cōtra 20. q. 2. illud. hoc intellige, si iuuenis iste tunc esset viripotens, quia malitia præuenit ætatem quandoque. s. eod. cap. proxi. aliàs nō tenet matrimonium, etiam si compleuisset, xiiij. an. vt supra eo. puberes. dictum est. Ber.

[Glo. seq. quærit opponendo, & soluit.]

e Ab ipso iuramento.] Sed quare exigitur iuramentum, cū ipse sit reus. 6. q. vlt. actor? Ideò defertur ei iuramentum, quia præsumptio erat pro muliere: quia constabat, ꝙ cum ipsa contraxerat, & q. aspirauerat ad carnalem copulā vndè ex hoc erat præsumptio cōtra illum. sic s. eo. cōtinebatur. Dic vt ibi. Quando debeat iuramentum deferri reo, vel actori, q̄re illud s. d iureiu. c. vlt. Et iō iurat, ꝙ poterat esse, ꝙ post xiiij. annos ꝯsensisset in illam, & timore iuramenti cō fitebitur veritatē B.

Idem Pisano archiepo.

¶ *Si maior inuita contraxit sponsalia cum minore, non tenetur ipsum expectare donec veniat ad ætatē adultā.*

CAP. XI.

EX † litteris tuæ fraternitatis accepimus ꝙ puella q̄dam anno. † xij. iurata fuit, & desposata [f] cuidam puero nouem vel decem annorum: & tempore procedente, de volūtate parentum potius [g] quā de sua (sicut asserit) ad domum patris pueri adducta † vbi nolens & inuita, minis † parentum impulsa, moram fecit per annū [h] & amplius; & tandem indè recedens, ad domū propriam est regressa: & infra. ¶ Cū autem dictus puer nondū ad decimū quartum annum peruenerit, nec ad eandē carnaliter [i] accessū habuerit: Discretioni tuę taliter respōdemus, quòd si puella cōmonita, vt donec cōpleat idem puer annū decimumquartū expectet, non duxerit expectandum, ei secundum ea, quæ proposita sunt, accipiendi alium

† Cap. 14. eo. tit. in 1. compilatio.

† annorum.

† ducta abducta.

† Vide Paulū de Castro cōsil. 312. & Iaso. in l. Titia. ff. de verbo. obli.

EX litteris.] Communis diuisio. Secunda ibi, Cum autem.

CASVS. Quædam puella duodecim annorū desponsata fuit cuidam puero ix. vel decem annorum: & postmodū de volūtate pris nō de sua, vt dicebat, ad domū patris illius pueri ducta fuit inuita & nolēs, & minis parentū cōpulsa, fecit ibi p annū morā. & tandē ad domū patris est reuersa, dicens ꝙ nunq̄ in eū cōsēsit, nec vult consentire, immo petebat licentiā cū alio ꝯhendi. Quærebatur, quid iuris? Rn̄det Papa, cū dictus puer nō dum ad xiiij. an. peruenerit nec ad eā carnaliter accessum habuerit, mādat ꝙ si puella cōmonita ipsū noluerit expectare; quousq; ad ætatē legitimam peruenerit, si est ita, vt est propositum, liberam tribuat licentiam cū alio contrahendi. Not. ꝙ sponsalia p vim ꝯcta non tenent, & ideò datur huic licentia ꝯhendi. Itē cohabitatio vnius anni non sufficit ad præsumendum consensum matrimonialem: qđ verum est, vbi inuitè quis contrahit, nec vnq̄ consensit.

f Desponsata.] ea non consentiente.

g Potius.] electiuè, & non comparatiuè B.

h Per annum.] si hoc fecisset sponte, sic tenuissent sponsalia ex patientia consequentis temporis, sup. tit. prox. ad id quod. & sic non fuisset ista mulier audita, quousq; alter peruenisset ad ætatem s. eod. de illis 1.

i Carnaliter.] quod si fecisset, statim præsumeretur consensisse ꝉ. de eo qui dux. in matrimo. quam pol. per adul. significauit. Ber.

Glo.]

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a Tribuas] arg. 5. s. eo. de illis i. & c. à nobis. Sol. illud verũ est, qñ certum est, q sponsalia tenuerũt: hic nõ tenuerunt; & ideo datur ei licentia cũ alio ꝯhendi, Ber.

DVo pueri] Primo narrat factum. Secundo respõdet ibi, Quia igitur. Abbas.

† Vide l. si pr. & ibi Bar. C. de sponsa.

† Contius & alij habent, Alexãder. id in oibus anti[qui]s, Clemens in vno aut altero, Cælestinus.

† Cap. vnico e. ti. li. 2. cõp. Vide Siluestrũ in summa, verbo, sponsalia. & Sotum lib. 4. sent. dist. 27. q. 2. arti. 1. & seq.

† al. ita Guilielmã scilicet, &c.

CASVS. Duo pueri, G. sex annos habẽs, & Guilielma vij. matrimonialiter sũt coniũcti, qui sic tres annos manserunt: & sic sponsalia tenuerunt, quæ ab initio nõ valebant: postmodũ pater puellæ, ipsã copulauit cuidã alij M. noie, cũ quo pacifice p septẽ annos p mansit. Tandẽ dimisit eãdẽ, qa credebat ipsam aliũ virũ G. habere; cui fuerat primo desponsata: G. ad annos discretionis p ueniens, cũ alia ꝯhẽdi licẽtia postulauit, qua obtẽta, cõtraxit cũ quadã S. noie consobrina dictę Guilielmæ, & cũ ea p aliqđ tps cohabitans (vt dicebat non cognouit eandẽ; ipsa tñ ab eo se cognitã asserebat: postea verò pr Guilielmæ, cũ vidisset eã à secundo viro dimissam, compulit dictũ G. vt S.neptẽ suã dimitteret, & ad Guilielmã (quæ postmodum p bienniũ cohabitauit eidẽ) rediret: Quæsitũ fuit à Papa, qd sup his esset agẽdũ? & ipse rñdet, q inter Guilielmũ & Guilielmam nõ fuit matrimoniũ, puerili ætate impediente: & licet idẽ (postq̃ illa nupsit alij) potuerit aliam ducere in vxorem, cõsobrinã Guilielmã habere nõ potuit, p p publicã honestatem, siue eã cognouerit, siue non; nec ad G. potuit redire; qa fuit alteri legitime copulata. Cum ergo Guiliel. dicat se non cognouisse S. consobrinam Guilielmæ, aliam, si uoluerit, poterit ducere in vxorem, & S. alteri viro poterit copulari: & cum fuerint separati, pœnitentia debet vtrinque iniungi ad tempus, pro vitando scandalo. Si verò constaret Guiliel. S. cognouisse, neutri altero viuente dabitur licentia contrahendi, & G. manebit cum M. imposita ipsi M. pœnitentia competenti ad tempus, qui pro sua voluntate, sine iudicio ecclesiæ, dimisit eandem. Nota, q publica honestas impedit matrimoniũ cõtrahẽdũ, & dirimit iam cõtractũ. Itẽ matrimoniũ superueniens sponsalibus dissoluit ea. Item vir caput est mulieris. Itẽ p̃p scandalum pœnitentia debet iniungi. Itẽ incestus impedit matrimonium contrahendum. Item nemo sine iudicio ecclesiæ debet vxorem suam dimittere.

¶ Clemens † tertius.

¶ Sponsalia contracta cum minore septennio, per cohabitationem mutuam post septenniũ conualescunt, & inducunt publica honestatis iustitiam; soluuntur tamen per matrimonium de præsenti.

CAP. XII.

DVo † pueri Guilielmus, & Guilielma matrimonialiter [b] sunt coniuncti, puero sextum puella vero septimũ annum agente: qui simul p tres annos [c] manserunt: tunc pater puellę subtrahens eam sponso, ipsam alteri M. nomine copulauit. cum quo per septẽ annos quietè permansit: ipse verò tunc reliquit eandem, quia credebat eam aliũ virum habere, illum † scilicet, cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perueniens, à prædecessore tuo contrahendi cum alia licentiam impetrauit: qui quandam nomine S. cõsobrinam prioris in vxorem [d] accepit: & cum ea per aliquod tempus existens, eam (vt ipse fatetur) carnaliter nõ cognouit, licet illa † se ab eo cognitam asseueret, cum autem pater memoratæ Gulielmę eã vidisset a secundo viro relictã, prænominatũ Gulielmum, cui prius eam desponsauerat, compulit, vt S. neptem suã omninò dimitteret, & ad Gulielmam suam desponsatam rediret: [e] qui postmodũ per bienniũ cohabitauit eidem. ¶ Quia igitur quid tibi faciendũ sit, postulas edoceri. Breuiter respondemus; quod impediente puerili ætate, matrimoniũ [f] inter G. & G. non fuit. & licet idẽ, postquam illa nupsit alij, potuerit aliam ducere in vxorem: tamen quia dictam S. duxit consobrinam mulieris eiusdem, siue eã cognouerit, siue non: non debet tamen cum eadẽ S. propter publicæ honestatis [g] iustitiam † remanere, nec ad primam habere regressum, quia alteri fuit legitimè [h] copulata: & inf. ¶ Cum vero vir caput [i] sit mulieris, & Gulielmus dicat, [k] se non cognouisse pri9 S. supradictam: aliã, si voluerit, poterit ducere in vxorẽ, & S. viro legitimo copulari: post separationẽ verò: pro vitando populi scãdalo, vtrique ad tempus

b Matrimonialiter.] idest, vt matrimonialiter iungerent ætate aduenięte; sed sponsalia contrahendo. i Ber.

c Per tres annos.] & ita tenuerunt spõsalia ratihabitiõe sequenti. s. eo. ex literis. & quæ patri in sponsalibus non contradicit, cõsentire videtur. ff. de spõsa. sed ea quæ patris. Ber.

d In vxorem.] quã habere non potuit. s. tit. proxi. sponsam.

e Rediret.] redijt iste pater ad id quod damnauerat. 26. q. 5. nec mirum. Ber.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem, quã sol. & signat . rium.]

f Matrimonium.] sed sponsalia fuerũt tunc iuris potestate: qa si ñ valet q ago, vt ago, valeat vt valere potest. Intẽdebant enim obligari adinuicem, & ideo interpretatio fieri dẽt vt res potius valeat q̃ pereat. s. de fide instru. inter dilectos. § cæterum. vt dictum est s. eo. a nobis & hoc patet per sequẽtia. arg. ff. de action. & oblig. obligationum. § verborum obligatio.

g Publicæ honestatis iustitiã.] quæ impedit etiã matrimoniũ ꝯtrahendũ, & dirimit iam cõtract ; quare ille Guilielm9 nõ potest habere aliquã de cõsãguinitate Guilielmæ. s. ti. px. ad audiẽtiam. & ca. iuuenis. & cap. spõsam. & s. eo. accessit. in fin. & cap. litteras. In qbusdã tñ sublata ẽ publicę honestatis iustitia, vt i sobole suscepta ex secũdis nuptijs: & in secũdo & tertio genere affinitatis. j. de consangui. & affini. non debet.

r Imo ꝯtrahẽrũt p verba de p̃senti, p q̃ intelligunt ꝯ[tra]xisse spõsalia, vt j. not. & p q̃ mrĩmoniũ p̃sũptũ inducit, si p p pubertatẽ interueniat tẽtatio, vt no. s. eo. attestatiões s̃m Hos. Io. And.

† Vide cõcil. Trid. sess. 24. de refor. matri. c. 3. & citatos s. e. tit. c. ad audientiã. vñ intelliges, quam vim hodie hẽat s̃nia gl. hic, in verbo: publicæ. honestatis.

h Legitime.] idest, per matrimonium, quod tanq̃ fortius vinculum soluit sponsalia. s. ti. proxi. si inter. & j. de sponsa duorum, ca. i. alias non contraxit legitime, qa nõ debuit frangere fidem: de qua debet agere pœnitentiam. vt c. si inter.

i Caput.] sic 33. q. 5. cum caput. vnde sibi potius creditur, quam vxori s. eo. continebatur. & 33. q. i. si quis acceperit.

K Dicat.] satis fuit de facili credendum, quia nihil iuris

iuris acquirebat alteruter: 1 quia siue cognouerit, siue nõ eam habere non potest. vt s. eo. patet. secus coitus faceret ad probationem obligationis, 2 vt s. de proba. pro posuisti. & j. de frig. & malefi. c. 1.

a Siue antea.] hoc est, postquam fuerit compulsus redire ad Guilielmam: siue ante compulsionẽ siue post cognouit Stephanam.

[Gl. seq. quærit opponendo, & dupliciter soluit.]

b Neutri dabitur licentia.] sed quare hoc, cũ inter Guilielmũ & Guilielmã nõ fuit matrimonium? Potest dici, quod propter scandalũ, vt innuit litera præcedens: vel potius propter delictũ vtriusque, propter spõsalia quæ præcesserãt inter eos & sic orta erat publicæ honestatis iustitia: vnde non poterãt Guilielmus & S. vlterius carnaliter coniũgi: & ideo prohibentur: quia ex certa scientia cõtraxerũt, & carnaliter cõiuncti fuerunt: tamen si contrahũt matrimoniũ tenebit 3 j. de matrimonio contracto cõtra interdictũ eccle. cap. 1.

c Cum M.] nisi voluerit eam repellere prætextu adulterij.

1 Arg. de homi. signific. sti 2. ultra medium. Io. And.

2 Dicebat Host. vbi ex confessione copulæ firmat matrimoniũ credit & mulieri sec⁹ vbi per illã nõ firmat matrimoniũ, sed tñ peccatũ: probat, vt dixi hic sup ver. compulit. Ioan. And.

† Malabrancæ.

3 Arg. ad hoc in l. furor. ff. de sponsali.

est pœnitentia iniungenda. Si verò legitimè constaret ipsam S. ab eo siue post, siue antea [a] cognitã extitisse, neutri viuente altero dabitur [b] licentia contrahẽdi. Remanebit ergo Guilielma cum M. [c] imposita ipsi M. ad tempus pœnitentia competenti, qui pro sua opinione sola Guilielmam (iudicio ecclesiæ non requisito [d]) dimisit.

¶ Innocen iij. C. & P. quondam filijs Malebrancæ. †

¶ *Accusari non potest matrimonium, quod non est, vt si cum minori septennio sit contractum: denunciari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.*

CAP. XIII.

AD † dissoluendũ, quod factũ fuerat inter I. & S. inf. ¶ Accusatione [e] pro puella sup cõsanguinitate pposita, pfatus I. multas exceptiones proposuit: per quas nitebatur, vos ab accusatione multipliciter remouere: & inf. ¶ Interloquendo pronũciamus, inter iuuenem & puellam, nec matrimonium [f] nec sponsalia fuisse contracta: cum cõstet puellam nondũ ad septennium peruenisse. Quocirca nec accusatio locũ habeat, cũ nõ esset, quod posset legitimè accusari. [g] Denunciari [h] † tñ poterat cõsanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contrahendũ. Ad denũciationẽ ergo legitimè pbandã, terminũ assignamus, saluis exce-

nos nec matrimoniũ nec sponsalia contrahi possũt. Item matrimonium quod non est, accusari non potest. Item contra accusationem, quæ non tenet, exceptio proponi non põt. Item non solum tenetur quis denunciare crimen quod iam est commissum, sed etiam committendum. Item quod fit contra præceptũ Papæ, non tenet.

[Glo. seq. inchoat casum.]

e Accusatiõe.] hoc intellige ita: 5 Quidã Io. nomine cõtraxit cũ quadã puella infra septenniũ cõstituta, tandem ex parte puellæ accusabatur matrimonium propter cõsanguinitatem, & dum vellent producere testes ad probandã cõsanguinitatem cõtra illos accusatores, exceptiões pposita fuerunt ex parte viri: vt ab accusatione repellerent: super hoc pronũciauit Papa secundũ quod in littera sequitur. Ber.

f Matrimonium.] sim. s. de desp. impu. ex parte. nec cõsẽsit post vij. ann. quia si post cõsẽsisset, teneret sẽt spõsalia, nisi cõsãguinitas impediret. s. e. litteras, accessit. sim. s. de iudi. examinata. sic isti ineptam proposuerunt accusationem manifestè, & ideo statim debent repelli, vt ibi dicitur: vnde adhuc possunt proponere aptam, scilicet, denunciare.

5 Hęc intelligeta aperti⁹, quam antiquam decretalem legerit.

† Vide conc. Trid. ses. 24. de refor. matrimonij ca. 1. & conc. Lateranẽ. sub Inno. iij c. 51.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõp. Vide Dñicũ Sotum supe riori capi. citatum.

d Non requisito.] nota quod sine iudicio ecclesiæ nullus debet dimittere vxorem suam, cum hæc sit pœna, quæ nulli est inferenda nisi per iudicem. 4 33. q. 2. seculares. & §. in hoc. & 35. q. 6. multorum quantumcunque etiam impedimentum sit manifestum. j. de diuo. porro. tunc circa coitum distingue j. de sent. excom. in quisitioni.

4 Scilicet ecclesiasticũ. concil. Trid. ses. 24. de sacramẽto matrimonij, capi. 12.

AD dissoluendum.] Tria facit. Primo factum narrat. Secundo interloquitur ibi, Interloquendo. Tertio prohibet & decernit ibi, Ne verò. Abbas.

CASVS. Quidam nomine Ioannes contraxit matrimonium cum quadam puella S. nomine infra septennium constituta: tandem ex parte puellæ accusabatur matrimonium propter consanguinitatem: & dum testes producerentur ad probandam consanguinitatem, prædictus Io. multas exceptiones proposuit, per quas intendebat accusatores ab accusatione repellere. Cumque super exceptionibus ipsis fuisset multipliciter disputatum: Papa auditis quæcunque partes proponere voluerunt, interloquendo pronunciauit, inter prædictum iuuenem & puellam, nec matrimonium, nec sponsalia fuisse contracta: quia puella nondum ad vij. annum peruenerat: vnde accusatio locum habere non poterat: cum non esset quid posset legitimè accusari, sed denunciari poterat cõsanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contrahendum: Vnde Papa statuit terminũ ad denũciationem probandã, saluis exceptionibus ppositis, ac etiam proponendis: ne verò in puellam aliquid interim attentetur, præcipit Papa, ne in negotio vlterius procedatur de nouo, donec cesset à denunciatione, vel ea pbata ordine iudicario procedatur: quod si contra hoc mãdatũ aliquid in præiudicium puellæ fuerit attentatum: illud decreuit Papa irritum, & inane. Nota, quod infra vij. an-

[Glo. seq. coadiuuat tex. per octo similia, & duo inducit ad contrarium, & soluit.]

g Legitime accusari.] bene dicit: quia primo dẽt existere in rerum natura, id de quo agitur nec ante iuris ratio quam persona quærenda est. ff. de iure codi. quidam referunt. §. 1. ff. & collegio quod nõdũ est, nõ datur priuilegium. s. de ec ædifi. ad audientiam 2. 6 nec rescriptum datur ad lites futuras. s. de rescri. c. vlti. nec potest dici verũ quod nunquam fuit. de pœn. dist. 2. in fi. nec dr mortuũ quod nondũ vixit. 32. q. 2. quod verò non. vbi de hoc. & j. de homi. sicut ex tuarum. & testamentum quod non dum est, rumpi non potest. ff. de iniust. rup. test. nam & sub conditione arg. ff. de ædil. edic. bouem. §. vlt. 7 sic aquæ, quæ nondum apparet, non potest constitui serui tus aquæ ductus. ff. de seru. vendi. l. vlt. & ei quod nondũ natum est, non pscribitur. C. de an. excep. l. 1. §. nemo. 8 & ff. quemad. ser. amit. si quis alia. vbi dr, quod quamdiu paries non est, seruitus non acquiritur. arg. cõtra quia ædificio quod nondũ est, pscribitur. ff. de seru. vrba. prædi. si seruitus, §. futuro. & ff. de seruit. rusti. prædio. Labeo. & vsuris futuris præscribitur. C. de vsur. eos, & argu. s. de consue. cum olim. Sol. verum est, quod rei quæ nondum ẽ, non potest seruitus constitui, vt dicunt primæ concor. potest tamen obligatio acquiri de ipsa constituenda, cum res fuerit in rerum natura: & sic intelliguntur cõtraria.

6 Et per Gofs. de cõsect. cum olim. Ioan. And.

7 Si homo venditus est sub cõditiõe, nihil ... cũ non ... cũ venditio perfecta ... tit. Ioã. And.

8 Actioni ... scribitur ... quo nata e... Ioann. And.

h Denunciari.] & ita denunciari põt crimen nondũ commissum. 93. dist. diaconi. & ff. de dam. in f. ct. l. 2. imò vnus solus potest impedire matrimonium. s. tit. prox. pterea 2. & valet denunciatio in primnã statim dicuntur malæ fidei possessores. arg. C. de rei ven. si fundum. &

a & in matrimonio cõtrahendo, id qđ certius eſt, tenẽdum eſt. ff. de ritu nup. adoptiuus. §. j. in fi. & ſ. tit. ꝓx. inuenis. Ad hanc denũciationem non admittitur niſi grauis & honeſta ꝑſona. ſ. tit. proxi. cum in tua. & quilibet tenetur ad hanc denunciationẽ. j. de cog. ſpi. tua nos: & etiam admittunt qui denunciant famam. ſ. ti. prox. cũ in tua. & de auditu. 22. q. 5. hoc vſ ſine aliqua admonitione ꝓmiſſa: quod non fit in alijs denunciationib. 2. q. 8. ſi peccauerit & ſ. de iud. nouit & eſt ius cõe, qđ qui libet tenet & poteſt denunciare. j. de clã de. de ſpõ. cum inhibitio.

[Gl. ſeq. ſoluit cõtrarium, demum q̃ſit, & ſoluit]

a Saluis exceptionib.] ſic patet, q cũ variatur modus agẽdi, pũt opponi exceptiones omiſſæ 1 in primo iudicio. ſic ſ. de teſti. veniẽs 2. vnde nõ obſtat ſ. de except. paſtoralis. Io Sed quæ fuerit hmõi exceptiones? Poteſt eſſe q excipiebat vir, q accuſatores erant crim inoſi, vel malæ famæ; vel fortè dicebat, q admonitio nõ ꝓceſſerat: ſed in iſto caſu non eſt neceſſe admonitionem ꝓcedere. Vel fortè dicebat, non ſunt admittendi ad accuſandum tanq̃ ſuſpecti: quia tpe ↄtus nihil dixerunt, & erant præſentes quando denunciatum fuerat matrimonium contrahendum. j. qui ma. accuſa. poſſ. cum in tua.

b Interdicimus.] ita q ſi per extorſionem vel uiolentiam quicquam fieret in præiudicium puellæ, ſiue in iudicio ſiue extra, non præiudicaretur ei.

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

c Irritũ.] quo ad iudicium, qđ mouetur in præiudicium ipſius. ſimile ſ. de præb. inter cętera, ſec⁹ eſſet ſi clauſula illa non apponatur. licet mandet Papa aliqđ fieri. ſ. de præb. dilectus 1. & c. dilectus 2. Sed quid ſi cõtraherent matrimoniu cõtra interdictũ 2 Papæ, nunquid irritabitur matrimonium? Dico q non: ſed ſeparabuntur ad tẽp⁹. ſ. e ſponſa. cum in Apoſtolica quouſque cognoſcatur de impedimento. j. de mat. cõtract. contra interdi. ecc. ex litteris. & cap. de muliere. nam fortius eſt matrimonium quam interdictum Papæ.

T Væ nobis.] Primo quæſtio. ſecundo diſtinguens reſponſio. ibi, Quia verò. Abbas.

CASVS. Quidam filiam ſuam circiter xij. annos habentẽ, deſponſauit cuidã nobili, qui ſubarrhauit eandẽ ꝑ annuli immiſſionem, conſenſu mutuo accedente; poſtmodum puella ipſa fuit alteri copulata. Dubitatum fuit, vtrum illa puella deberet remanere cum ſecundo: an deberet redire ad illũ, cui fuit primo deſpõſata. Conſultus Papa rñdet, q non conſtitit ei cui⁹ ætatis eſſet puella, qñ cum primo uiro extitit deſponſata, cum dicatur q circiter xij. annos habebat, uel utrum malitia ſuppleret ætatem: Dicit, q ſi puella nubilis nõ erat ætatis, cũ viro extitit deſpõſata, & malitia nõ ſuppleret ætatẽ, ꝓculdubio inter eos non matrimonium ſed ſponſalia fuerunt ↄcta, q̃uis ab ipſo viro eadẽ prel la fuerat ſubarrhata: & ita remanere debet cũ ſecũdo viro, cũ quo ↄxit in ętate legitima. Not. q malitia ſupplet ætatẽ circa matrimoniũ ↄtrahẽdũ. Item matrimonium contractum in ætate legitima, ſoluit ſpõſalia in minori ætate contracta.

[Gl. ſeq. tractat de multiplici ſubarrhatione, et ipſi⁹ effectu.

d Subarrhauit.] ſic 27. q. 2. ſi quis vxorẽ. & c. ſe. Et hæc ſubarrhatio ſ fit qñq; per immiſſionẽ annuli, iuxta illud. Annulo ſuo ſubarrhauit me: qñque. p dationẽ altari rerũ, vel aliorũ inſigniũ: & qñque fit talis ſubarrhatio interueniente cõſenſu expreſſo, ut hic qñq; et nõ interueniẽte; ſed ſiue interueniat ſiue nõ, dũmodo ↄſtet de ſubarrhatione, præſumit matrimoniũ donec probetur ↄriũ, ar. 30 q. 5 noſtrat. s & c. feminæ. 27. diſt. q interrogaſti. & ſup. deſpõ. is qui. qa nihil intereſt an facto an verbo qs declaret voluntatẽ ſuã. 43. diſt. c. 1. ibi, Paſtore recta loq timuiſſe, q. l. aliud ẽ dicere, q̃ terga tacendo præbuiſſe? vel ibi, veſtimẽta ſacerdotis, quid aliud quam recta opera, &c. vbi de hoc ff. de l. g. de quibus. 4 & ſ. de reg. cap. pen. arg. opti. & ſi fiat a patre, præſumuntur ſponſalia, ut cap. noſtrates. ſed inter ſponſos præſumitur matrimonium, ut hic in fi. niſi conſuetudo in contrarium eſſet. arg. ſ. de præſumpt. illud.

e Circiter.] ſic ſ. eo. continebatur. & atteſtationes. Ad modicam quantitatem 5 refertur hæc dictio, circiter, & conſimiles, vt ff. de ver. ſig. hæc adiectio. B.

f Nubilis.] nota nubilis ætas in viro eſt xiiij. ann. femina xij. vt dixi. ſ. eo. cap. vbi. & ita ſi non fuit talis non fuit matrimonium inter eos, ſed ſponſalia tantũ, niſi malitia ſuppleret ætatem, ut j. ſequitur.

[Glo. ſeq. dat ſimile in delictis.

g Prudentia.] id eſt, carnalis concupiſcentia. argu. 33. q. 1. non in ſola alibi appellatur malitia. ſ. eod. cap. de illis 2. ſic etiam 6 delictis doli capacitas ſupplet ętatẽ. j de delict. pu. pueris. & inſti de obl. quæ ex delic. na. §. in ſumma. circa fin. & ff. ad l. Aquiliam, ſed & ſi quæcunque. §. 1. 6 C. ſi minor ſe maiorem dixerit. l. 3. ſi. m. 77. diſt. monachus nouitius. & C. de his qui ue. æta. impe. l. ſecunda.

h Subarrhata.] & ita collige, q per ſubarrhationem contrahitur matrimonium uel præſumptum, ut dixi in prin. niſi ætas repugnet. ut hic patet. & eſt hic arg. 7 manifeſtum, qđ ſi minor in contrahendo vtatur uerbis pertinentibus ad matrimonium contrahendum, contrahit ſponſalia.

---

ptionibus a non ſolũ ꝓpoſitis, ſed etiã proponẽdis. ¶ Ne verò quicquã in puellam interim attẽtetur: auctoritate Apoſtolica interdicim⁹, b ne in negotio de nouo procedat vlterius donec vel à denunciatione ceſſetur vel ea probata ordine iudiciario procedat. Quod ſi contra interdictũ noſtrum in præiudiciũ ipſius aliquid fuerit attentatum, id † irritum c eſſe decernimus, & viribus omnino carere.

¶ Idem epiſcopo Abbatẽſi.†

¶ *Si quis per verba de præſenti contrahit cum impubere, in qua ætatem malitia non ſupplet, intelligitur non matrimonium, ſed ſponſalia contraxiſſe, etiam ſi ſubarrhatio interceſſerit.*

CAP. XIIII.

T Væ † nobis exhibitæ litteræ continebant, quod quidam filiam ſuã circiter duodecim annos habentem, cuidam nobili deſponſauit, qui ſubarrhauit d eãdem, cõ ſenſu mutuo accedente: & inf. ¶ Quia verò nobis conſtare non potuit, cuius ætatis eſſet puella, cum eidem viro extitit deſponſata, cum dicatur quod circiter e duodecim annos habebat, vtrum ne prudentia tũc in illa ſuppleret ętatem. Reſpondemus, quod ſi puella nubilis f nõ erat ætatis, cum ſæpefatus † vir deſponſauit eandem & ætatem in ea prudentia g non ſupplebat, proculdubio inter eos non coniugium, ſed ſponſalia contracta fuerunt: q̃uis ab ipſo uiro eadẽ fuerit ſubarrhata. h

---

1 Subaudi, vel non admiſſę; uel eſt hoc ſpeciale propter periculũ animæ, ſecundum Hoſtiẽſem. Ioa. And.

† illud

† Abertadeñ. Albertadeñ. Alberẽñ. Abbatadeñ.

† Capitu. 2. eod. tit. in 3. compil. Et de intellectu contra Præpoſitum & alios uide Couarr. in epitome lib. 4. decretalium. par. 2. ca. 4. §. 2. num. 2.

2 Ambigua eſt qõ cum multipliciter intelligi poſſit Papæ interdictum pro intellectu ergo uideto hic præ alijs Præpoſitũ, & omninò Henricum Boi h. in cap quanto ſupra de cõſuetu. ubi latè explicat hanc articulum.

3 Quid ſit arrha, uide per Palaciũ Rubium in Rubrica de donat. inter uirũ & uxo. §. 2.

† ſæpe præfatus ſæpedictus.

4 Vide & re iudic. tenor. ſuper 3. glo. Ioan. And.

5 Trium ſcilicet dierum ſm Hoſtiẽ. Ioan. An.

6 Sicut impubes teneẽ furti, ita & Aqliæ, ſi ſit capax iniuriæ. Io. And.

7 Imò caſus ſecundum Phi. quod etiam mihi uidetur. Io. And.

DE CLANDESTINA desponsatione.

¶ Quia matrimonia & sponsalia quandoque contrahuntur palam, quandoque clãdestinè: ideò post generales rubricas præcedentes subijcit istam rubricam specialẽ de clan. de despon. Nam quãque puellæ subducũtur ad contrahẽdum clam parentibus: & qa de tali matrimonio posset dubitari, ideò, &c.

† Clandestinæ desponsationes & coniugia nouissime irrita fecit & annullauit cõci. Tri. ses. 24. de refor. matri. ca. 1. unde cessant de hac re ueterũ altercatiões interpretum.

De hac materia vide 30. q. 5. per totũ. & 3. q. 4 cap. consanguineorum & nõ reperitur alibi. Ber.

SI quis.] Hoc dicit secundum communẽ intellectum: ei qui asserit matrimonium, incumbit probati. Primo ponitur thema. Secũdo determinatio ibi, Viro. Abb. s.

CASVS. Si aliquis occultè despõsauerit aliquam mulierẽ, & ipse eam petat postmodum in vxorẽ, & ipsa neget desponsationẽ, vir debet hoc probare: & è cõuerso si vir hoc negauerit, mulier ꝓbare debet, alias absoluetur vterque. Not. ꝙ qñ negatur matrimonium clandestinè contractum, ei qui stat pro matrimonio, incumbit probatio.

[Gl. seq. obijcit, dat tres solutiones, & primam reprobat, quæ fuit Ala.

a Viro incumbit probatio.] quia caput est mulieris. 32. q. 6. non mœchaberis. 33. q. 5. cum caput. & q. 1. si quis vxorem. hoc dixit

TITVLVS III.

De clandestina † desponsatione.

¶ Ex concilio Arelatẽ.

¶ *Pro clandestino matrimonio non præsumitur, sed illud alleganti incumbit onus probandi.*

CAP. I.

expressus consensus. ff. de rit. nup. in eo. præterea prior consensus non facit matrimonium, quia nullus fuit, sed nouus requiritur. de eo qui dux. in mat. quā pol. veniens. & ca. 1. & ita videtur antiquus perdurare nisi nouus exprimatur. sim. j. de bapt. maiores. in fi. ff. de pre ca. sed si manente. ff. de arbit. si cum dies, in prin. & l. Labeo. §. pen. & ff. d verb. obl. l. 1. §. cum adijcitur. Dicas, ꝙ de facto tūc cōtrahitur matrimonium, quā aliqua verba præcesserunt ad spōsalia vel matrimoniū licet tunc non habuerunt effectum, postea vero ipso facto cōtrahitur matrimonium siue sponsalia. s. de despon. imp. litteras. accessit. & ff. de tran. sed quæ partis. & tale matrimonium p̄sumptum appellat. s. de spon. is qui. Sed pone, ꝙ aliquis cōtraxit cum ancilla ignoranter, & dn̄s postea illā etiā manumittat viro ingnorāte: nunquid est matrimoniū? Dico, ꝙ non: quia adhuc commiscetur ei ex priori consensu, q nullus fuit. arg. C. ad Velle. quāu s. & l. si muliet a. ff. de mino. l. 3. §. scio. Itē si dn̄s ancillæ, tanquam liberam eā alicui tradat in vxorem, qui liber ē, eo ipso intelligitur ei dedisse libertatem. in authen. de nupt. §. si vero ab initio. coll. 4. Sed pone, libera cōhit cum eo, quē credebat liberū, postea sciuit illū esse seruū, nihilominus vult esse cū eo, sed ille non vult remanere? Dicit Ioann. ꝙ non est matrimoniū, tamen illa debet compelli, ex quo vult cū eo esse. simile supra de eo qui dux. in matri. quā pol. per adul. c. 1. Io. quod verum credo.

in eādem, propter quod per Cardinalem eūdem ab eius fuerit consortio separatus, contrahēdi cū alia, liberam ipsi concedas auctoritate Apostolica facultatem.

TITVLVS X.

De natis ex libero ventre.

¶ Gregorius. †

¶ Natus ex libera vel liberta, liber est.

CAP. I.

Indecens esse credimus, ut progeniti ex liberta,[a] siue libera, filij ad seruitium retrahantur. Propterea tibi præcipimus, ut si documenta nulla sint ab ecclesiæ parte, quæ documentis huiusmodi[b] debeant obuiare, ab eius molestia sine aliqua retractatione compescas eādem: durum est enim, vt si alij pro mercede libertates tribuunt, ab ecclesia,[c] a qua tueri[d] debent, reuocentur.

† In aliquot vetustis codicib. additur, nonus. sed mēdose, cū sit Gregori⁹ primus. li. 1. epi. 53. regesti. Iuo pa. 16. c. 73. & c. vni. e. ti. i. 1. cōp. Vix aūt hoc fragmētū intelliges, nisi fontes, vn̄ sumit cōsulas. & d̄ materia vide citatos c. vl. tit. p̄cedentis.

DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

¶ Quia error conditionis seruilis impedit matrimonium, & ex hoc sæpè dubitare contingit, vtrum natus ex libero uentre sit iudicādus seruus vel liber. ideo post rubricā p̄cedentem cōgruo ordine ista subijcitur.

Indecens.] Primo ponit generale dictum, ex quo casum diffiniri mandat: ibi, Propterea. CASVS. [1] Quædam ecclesia manumisit quandam suam ancillam, postmodū filios suscepit: ecclesia volebat eos reuocare in seruitutem: mulier ista accessit ad Papam, & ostendit ei instrumenta manumissionis suę, conquerendo de ecclesia, quæ filios suos uocabat in seruitutem. super hoc dicit Papa indecens est, vt filij nati ex libera, vel liberta, ad seruitium ecclesiasticum reuocentur: Vnde præcipit, vt si ex parte ecclesiæ nulla alia documenta ostendantur, quæ obuient instrumentis istius mulieris, compellat iudex ecclesiam ab eius molestatione sine aliqua retractatione; quia durum est, vt ecclesia libertatem debeat reuocare, quæ libertatē defendere debet. Not. ꝙ instrumentum potest reprobari per aliud instrumentum. Itē nō debeo impugnare quod debeo defendere.

1 Hic est casus seu facti specié, verius & incorruptius effinges, si loca, vbi est itegra decretalis, videas. S.

a Ex liberta.] fallit tamen in casibus. 15. q. vl. cum multæ. Item in alio. j. de iudi. ita quorundam. Bern.

b Huiusmodi documētis.] quia dicebat mulier ista se habere d̄ manumissione matris suæ siue de sua, quædam instrumenta, quæ forte ostēdit Papæ, quibus instrumentis stabatur, nisi ex parte ecclesię contraria instrumēta ostendantur. & sic est arg. quod instrumentum per aliud instrumentum potest reprobari [2] & per alias ēt p̄bationes poterit ecclesia reprobare huiusmodi documēta.

c Ab ecclesia.] 87. dist. libertos.

[Glo. seq. alle. 9. iura allegat in contrarium, & soluit.]

d A qua tueri.] ar. ꝙ non debeo id facere, à quo teneor aliū p̄hibere, & qui me defendere tenetur, me non debet impugnare. ff. si ser. ven. l. altius, ff. de cond. inde. frater à fratre. & 16. dist. vna tantum. & 25. dist. c. vlt. & 11. q. 1. Sylueſter. ff. de fideiuſ. tuto. & 42. dist. §. 1. ff. de admin. tut. quoties. §. 2. ff. de nego. gest. si pupilli. §. videamus. secus in marito, q. alios ab uxore prohibere debet. & arg. 3. q. 6. quamuis. Sol. in præmisso generali suppletur. nisi sit tale factum, quod sibi soli ex officio competebat. Bar.

2 De hoc notat s. de fi. instru. c. imputari, vbi vid̄ p Io. An. & alios.

TITVLVS XI.

De cognatione † spirituali.

¶ Alexander tertius Salernitano archiepiscopo.

¶ Filij duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem licitè contrahunt, nisi consuetudo repugnet, separantur autem, si per eorum alterū vel vtrumque compaternitas est contracta h. d. cum c. super eo. infra eod.

CAP. I.

Vtrum † autē

† De materia huius tit. præter docto. hic vid̄ Theologos scholasticos & p̄ alijs B. Th. & Sot. li. 4. sen. di. 42. a̓ de oīno qd̄ nouissime decreuit cōci. Tri. ses. 24. de refor. ma. c. 2.

† Ca. 1. eo ti. in 1. compil. & post cōci. Lateran. sub Alex. iij. par. 32. cap. 1.

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

¶ Viso de pluribus impedimentis matrimonij, submittit de impedimento cognationis tam spiritualis quā legalis & carnalis: Et quia spiritualis cognatio inter alias est dignior: ideo tractatur auctor de triplici cognatione, præmisit de spirituali. Abbas.

De hac materia tractatur 30. quæst. 1. & 1. q. 3. & 4. per totum.

Vtrum autem.] primo dubitatio. Secundo duorum canonum contrariorum inductio: ibi, Et licet. Tertio posterioris approbatio, ibi, vnde. Quarto exceptio: ibi, Nisi. Abbas.

CASVS. Aliqui contraxerunt adinuicem compaternitatem, quæritur vtrum sibi istorum nati ante compaternitatem vel post. possint adinuicem copulari: Cōsultus Papa respondet, ꝙ canones secundum diuersorum locorum consuetudinem contrarij reperiuntur, primus canon super hoc editus, prohibet natos post cōpaternitatem adinuicem copulari: Alter canon posterius editus, primum videtur corrigere: in quo dicitur, quod siue ante, siue post nati sint simul possunt coniungi,

iungi, illa persona excepta, mediante qua ꝯpaternitas fuit ꝯtrc̄ta: Vndè secundum posteriorem canonem debet obseruari, nisi ꝯsuetudo ecclesiæ, quæ scandalum generaret, aliter se habeat. Nota ꝙ priora iura trahuntur ad posteriora. Item consuetudo tollit ius, & ei præiudicat.

SI vir.] Cōis diuisio. Secunda ibi, Consultationi, & ibi primo recitat canonum antiquorum contrarietatem. Secundo alteram partem approbat; & rationem addit, ibi, Ideoque. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquis vel aliqua, filium suum scienter vel ignoranter de sacro fonte suscepit; Quæritur an debeant separari? Respondet Papa, ꝙ in quibusdā canonibus generaliter statutū est, vt debeāt separari: alij aliter, & melius, statuerunt: vnde dicit Alexāder, siue ex ignorantia, siue ex malitia hoc fecerunt, nō sunt separandi: quia ignorantia eos excusat, & ex malitia commodum habere non debent. Nota quod ignorantia excusat. Itē dolus suus nemini debet prodesse.

† Hæc duo uerba, aut filiæ, desunt in antiquis codicibus.

a Filij.] s. duorum compatrum.

b Posterius.] primus canon est. 30. q. 3 post susceptū, & debet esse Paschalis primi, licet in quibusdā libris dicatur Paschalis secundi: canon posterius editus est ea. causa, & q. ead. super quibus. qui corrigit primum, vt hic dicit sed canon ille ita potest legi ꝙ teneat, prout ibi exponitur. sed Alexander aliter illum intellexit 1 vt hic patet.

1 Vel forte loquitur de alijs canonib⁹, quos non habemus secundū Ala. Goff. & Inno. Io. And.

[Gl. seq. ponit op. Hug. cōtra quam allegat 3. iura. dat duas solu. & primam approbat.]

c Nisi ꝯsuetudo ecclesiæ q̄ scādalū.] Hugo dicit ꝙ Alexāder malè dixit hic: quia inuenit hic, ꝙ legitimè coniuncti debeāt separari, quod esse nō debet ꝑ aliquam consuetudinē vel scandalum: quia à Deo sunt ꝯiuncti: & quos De⁹ coniunxit, homo nō separet. 33. q. 2. quos Deus, &c. ar. pro eo. ꝟ. de spon. duo. c. vlt. vbi non statur cōsuetudini, sed potius iuri. arg. contra, ꝙ consuetudo ꝑsonas legitimas ad contrahendum reddit illegitimas. ꝟ e. super eo. & ꝟ. de cler. coniug. cū olim. & argu. 32. dis. placuit. Solu. potest dici, ꝙ hoc locū habet in matrimonio contrahendo, vt propter scandalum impediatur matrimonium, quod aliis legitimum est, sed non dirimitur iam contractum propter scandalum, ut hic satis patet ex consultatione: & non dixit hic Alexander, quod coniuncti separentur, sed respondet quod coniungi non debent si scandalum est; nam multa fieri prohibentur, facta tamen manent, supra de iureiur quemadmodum. & supra de reg. ad Apostolicam. & 30 q 5. nec illud. §. sed obijcitur. & 15. quæst 1. §. ult. Vel dic, quod propter scandalum derogatur iuri, vt propter scandalum separentur, licet de iure non deberent separari, ut infra eo. super eo sed prius verius uidetur, quia propter scandalum matrimonium, quod Deo auctore in paradiso institutum fuit, per ecclesiam dissolui nō debet, 26. dist. deinde opponitur & ita remanet contraria illa decre. super eo. sed intellige hoc prout ibi dicitur. Ber.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp. & post cōci. Lateran. sub Alexand. iij. par. 32. c. 2.

† In uno ueteri ita: an ꝑꝑ hoc separari debeāt, quæsiuisti.

filij a (aut filiæ †) ante vel post compaternitatē geniti possint adinuicē copulari, canones secundum diuersorum locorū consuetudines contrarij inueniuntur. Et licet primus canō exinde edit⁹, natos post cōpaternitatem adinuicē copulari prohibeat: alter tamē canon posterius b edit⁹, primum videtur corrigere: per quē statuitur, vt siue ante, siue post compaternitatē geniti sunt, simul possint coniugi excepta illa persona duntaxat, p quam ad compaternitatē venitur. Vndè nobis videtur, vt secundum posteriorem canonem, debeat obseruari. Nisi consuetudo c ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur.

¶ Idem eidem.

¶ Cōpaternitas scienter vel ignoranter superueniens inter coniuges coniugium non dissoluit.

CAP. II.

SI† vir vel mulier sciēter, vel ignoranter, filium suū de sacro fonte susceperit, an † propter hoc separari debeant? ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod quamuis generaliter sit institutum, d † vt debeāt separari: quidam tamen humanius sentiētes, aliter statuerunt. e Ideoque nobis videtur, quod siue ex ignorātia, siue ex malitia id fecerint, nō sunt ab inuicem separādi: nec alter alteri debitum f debet subtrahere, nisi ad cōtinentiam seruandā pos sint induci; qa si ex ignorantia g id factū est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari, h vel dolus.

¶ Idem Vigilieñ. episcopo.

¶ Filij duorum compatrum per quorū neutrum deuentum est ad compaternitatē, licitè inuicem contrahunt matrimonium. si tamen subest consuetudo impediens & dirimens talia matrimonia, seruanda est loci consuetudo. hoc dicit secundum intellectum magis communem, attignendo mentem capituli

CAP. III.

SVper † eo, quod à nobis tua fraternitas requisiuit, de duorum cōpatrum filijs: Responde

† constitutum.

d Institutum.] 30. q. 1. c. 1. & 2.

e Statuerunt.] 30. q. 1. dictum. de eo. ad limina.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

f Debitū dēt subtrahere.] sed nūquid pōt exigere? 2 Potest dici ꝙ ille q hoc fecit ignorāter, pōt reddere & exigere; quia non peccauit; q verò scienter, satis videret ꝙ non deberet exigere, sed reddere tenet. tū nō inuenimus ꝓhibitum in hoc casu ꝙ ñ exigat, ergo nec nos prohibeamus.

2 Vide Sotū lib. 4. sent. dist. 42. q. 1. art 1. versic. at verò in ho. casu.

g Si ex ignorātia.] probabili; aliàs non excusatetur à peccato. ꝟ de eo qui renū. epi. c. 1. in fin. & ꝟ. de cleri. excō. mini Apostolicæ. & est ar. hic, ꝙ ignorātia excusat, vt ibidē, & 1. q. 4. §. vlti. & 8. dist. consuetudo.

† Cap. 3. eo. tit. in 1 cōp. Et vide ꝯcil. Trid. initio tituli citatū

h Patrocinari.] ꝟ. de eo. qui dux. in mat. c. 1. & ꝟ. de collu. audiuimus. 30. q. 1. dictum. & ꝟ. de rescr. sedes Apostolica.

SVper eo.] Primo ponitur quæstio. Secundo, ibi, Respondemus distinguens responsio. & secundū membrum ibi, Cæterum. Abb. Siculus.

CASVS. Aliqui sunt compatres, quæritur vtrum filij eorum possint cōtrahere matrimoniū ad inuicem? Rñdet. ꝙ si tales sunt, per quorum alterum vel vtrunque parentes ad compaternitatem peruenerunt, coniungi non possunt; & si sint coniuncti, separari deben; si verò per neutrum illorum filiorum ad compaternitas ꝯtrc̄ta fuit, de his consuetudo metropolitanæ ecclesiæ, seruari debet, & aliarum ecclesiarum circumpositarum, ita uidelicet, quod si consuetudo metropolitanæ ecclesiæ hēt inter eos matrimonium non fieri, nec factum firmitatem ha-

tem habere:& ipse episcopus in sua ecclesia idem obseruet: veruntamen, si de consuetudine habeat, vt talia matrimonia permittantur, ex quo contracta sunt, ipse episcopus illud in sua ecclesia dissimulare poterit, ita quod nec contradicere, nec consentire videatur: quia sicut graue est super his contemnere consuetudinem circumpositarum ecclesiarum: ita grauius[1] videtur, si propter talem consuetudinem huiusmodi coniugijs praestet assensum, cum posset ab alijs in exemplum assumi. Nota, quod consuetudo ecclesiae metropolitanae obseruanda est, & aliarum circumpositarum. Item consuetudo tacens per personas legitimas vel illegitimas ad contrahendum. Item aliquid omittitur propter exemplum. Bernardus.

a Alterum, uel utrunque.] s. eo. c. 1. & 30. q. 3. super quibus.

b Separare.] quia contra canones coniuncti sunt: vnde separandi sunt: 10. dist. vides. & C. de leg. non dubium. & 35. q. 3. contradicimus.

[Glo. seq. alleg. concordat. signat contraria, & soluit, & iterum arguit.]

c Metropolitanae.] sic 1. 12. dist. de his. Sed contra, quod consuetudo, Romanae ecclesiae potius sit sequenda. de consecra. di. 4. de trina. 11. dist. quis nesciat. in fi. contraria intellige de forma sacramentorum seruanda, quam quilibet tenetur seruare & credere, prout tenet Romana ecclesia. j. de haere. ad abolendam 1. respon. Item est arg. quod prius recurrendum est ad consuetudinem metropolitanae ecclesiae, quam aliarum, ad quarum consuetudinem recurrendum est. s. de censi. super eo. demum ad Romanam. argu. ff. de leg. de quibus. uel potius ad ius scriptum.

[Gl. seq. sol. quandam obiectionem, cui solutioni dat simile. ponit demum opinionem, quam reprobat.]

d Consuetudo.] & intellige de tali consuetudine, quae scandalum generaret, nisi fuerit obseruata. s. e. c. 1. in fin. & surgit consuetudo ista ex quadam affinitate contracta ex compaternitate unius filiorum, ut etiam ai ij coniungi non possint, prout olim obseruabatur secundum intellectum Alexan. vt s. eo. c. 1. & 30. q. 3. post susceptum. licet illud immutatum fuerit, ut omnes possint coniungi, praeter alias personas, quibus mediantibus compaternitas contracta fuerit. 30. q. 3. super quibus. & s. eo. cap. 1. & sic si scandalum magnum sit in aliquo loco, quod tales coniungantur, vel remaneant coniuncti, adhuc propter scandalum seruabitur ibi illud ius, non obstante coniunctione, quae emanauit postea in contrarium. Vnde forte simili modo posset dici; si in aliquo loco esset magnum scandalum & horror, quod aliqui contraherent in quinto gradu; illud non toleraretur, non obstante constitutione illa j. de consan. & affini. non debet. quia propter scandalum multa etiam contra ius omittuntur: ergo multo fortius vbi alia ratio subesse videtur: & ita hic. & s. eod. c. 1. in fi. scandalum impedit matrimonium & dirimit.[2] & est simile, quia consuetudo facit aliquem illegitimum ad eligendum. s. de cle. coniu. cum olim. In prohibitione talis matrimonij nullum est peccatum: ergo si scandalum est, quod coniungatur, propter scandalum prohibendi sunt. arg. j. de no. ope. nun. cum ex iniuncto: sed si nulla prohibitio vnquam fuisset, inter tales personas contractum matrimonium non deberet dissolui propter scandalum quia talis dissolutio sine peccato mortali fieri non posset. arg. praedi. decre. cum ex iniuncto. Quidam tamen volunt intelligere versiculum istum ita quod si eiusdem ecclesiae, & c. de primis personis, de quibus praemittit in prin. c. quia inter eas, de quib. secundo dicit, licitum est matrimonium, vt s. eo. c. 1. nec de tali matrimonio dixit Alexander quod sit dissimulandum, ne in exemplum trahatur: cum ecclesia talia matrimonia approbet: sed verius credo primum dictum: veruntamen si consuetudo habet, ut postquam contracta sunt, tolerentur, poterit iste dissimulare: ita quod nec consentiat, nec contradicere videatur propter rationem, quae infra sequitur.

1 De materia huius glos. vide plenè per glossam & doctores in ca. consuetudo. distin. 1.

mus, quod si tales filij fuerint, per quorum alterum,[a] vel vtrunque parentes ad compaternitatem venerunt, eos coniugi nulla ratione sustineas; & coniunctos Pontificali auctoritate non differas separare.[b] Ceterum, si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinem tuae metropolitanae[c] ecclesiae vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari; ita quod si eiusdem ecclesiae consuetudo[d] habet, inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis robur habere: tu simili modo in ecclesia tibi commissa, coniugium huiusmodi fieri non permittas: et si quos taliter coniunctos inueneris, iuxta earundem ecclesiarum consuetudinem, ipsos separare † ab inuicem non omittas. †

† separari.

† dimittas.

Verum si de consuetudine habeatur, vt talia coniugia permittantur, id in ecclesia tua dissimulare[e] poteris: ita quod nec contradicere,[f] nec tuum videaris praestare assensum: quia sicut graue est, antiquam consuetudinem circumadiacentium[g] ecclesiarum super his contemnere: sic quoque grauius videtur, si propter eam huiusmodi coniugijs tuum indulges assensum, cum posset sic in exemplum assumi.[h]

¶ Clemens tertius.

¶ Inter patrem baptizati, & vxorem leuantis prius ab eo cognitam, contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum.

CAP. IIII.

Martinus † Bertham duxit vxorem Tebergam sibi copulauit Lo-

e Dissimulare.] ita lis dissimulatio loco probationis tacitae habetur, & merito. cum nullum subsit impedimentum.

[Glo. seq. de taciturnitate notat tria.]

f Nec contradicere.] nota, quod tacet, neque consensit neque negat. ff. de reg. iu. qui tacet. Quandoque tamen taciturnitas[3] habetur pro consensu. 54. distin. si seruus. supra de praesumpt. nonne & aliquando pro contradictione, de consec. dist. 4. cum pro paruulis ff. de procurato. filius familias. §. inuitum. 65. dist. si forte.

g Circumadiacentium.] & ita vicinorum locorum non est contemnenda consuetudo: immo seruanda, ne si contrarium fieret: sumeretur inde exemplum: quia cum illa consuetudo satis sit honesta, non debet iste videri auctor, ut alij recedant ab illa consuetudine; & ita taceant, si sine scandalo id sustineant.

h Assumi.] ab alijs, qui talia coniugia non contrahunt de consuetudine.

Martinus.] Duo facit. Primo ponit quaestionem. Secundo eius solutionem ibi, Nos autem. Abbas.

CASVS. Martinus contraxit matrimonium cum Bertha; & Lotharius cum Theberga: Lotharius filium Martini & Berthae de sacro fonte leuauit; tandem Lotharius & Bertha mortui sunt, & Martinus contraxit cum Teberga; Quaeritur vtrum tale matrimonium teneat & ualeat? Respondet, quod cum vir & uxor per connubium efficiantur una caro, patet quod Teberga non potest

2 Qualiter sit hoc dictum accipiendum, tradit Panormitan. hic, & plenissime Hostiensis in summa, tit. de cognat. spirit. §. quis sit effectus circa medium, quos omnino non indecto. adde glossa. & doctores s. cod. c. 1.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. comp. Est autem illustris diffinitio huius decr. de qua vide praeter alios Durandum lib. 4. sent. di. 42. q. 1. & ibidem Sotum q. 1. art. 3. respiciendum tamen semper concilium Trident. initio tituli citatum.

3 De hac regula uide latè per Felinum in cap. nonnè. s. de praesump. & per Bartholomaeum Socinum in fallentiis regula 484. & seq. uerbo taciturnitas, & tacens.

potest esse vxor Martini, qui fuit compater. Lotharij, cum quo Teberga vna caro noscitur extitisse Nota quòd compaternitas contracta per virum transit ad eius vxorem, & èconuerso, cum sint vna caro.

a Per connubium.] id est, per carnalem copulam. 27. q. 2. Agathosa.

b Vna caro.] 30. q. 4. sciscitatur. & cap. si quis ex vno.

c Eius.] scilicet, Lotharij.

[Gl. seq. ponit versus, quos primò exponit.]

d Cũ quo.] scilicet Lothario. Nota, quòd post matrimonium carnali copula consũmatũ (de quo intelligẽs, qđ dr̃ hic) si alter coniugum suscipit filiũ alterius de sacro fonte, ambo cõiuges compatres efficiũtur parentibus infantis: & ita si vir suscipiat filiũ alteri9 de sacro fonte, vxor mediãte viro cõmater efficitur parentibus infantis, & mater spiritualis efficitur illius, & ècõuerso. 30. q. 4. sciscitatur c. si quis ex vno. si verò cõpaternitas matrimonium præcessit siue carnalẽ copulam, puta, suscepisti filium Berthæ & Martini de sacro fonte, & postea cõtraxisti cum Teberga, & cã cognouisti, vel licet cõtraxisti, nondũ carnaliter illam cognouisti, quamuis illam postea cognoscas, vxor tua non efficitur commater parentib9 illius infantis: quia nondum eras effect9 vna caro cum ea: quia per vnionem carnis sequentem compaternitatem, non transitur ad vnionem spiritus præcedentem matrimonium, vndè te mortuo & mortua vxore Martini, quorum filiũ antequam haberes Tebergam, de sacro fonte leuaueras. Martinus poterit habere Tebergam in vxorem 30. q. 4. qui spiritualem. & c. post vxoris obitum. & sic Teberga. potest habere duos compatres, vnum post alium: Vnde nota versus.

Quæ mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit.
Hæc mea commater, fieri mea non valet vxor,
Si qua mea natum non ex me, fonte leuauit:
Hanc post fata mea non inde vetabor habere.

Sic quandoque facto suo alter coniugum solemnizat votum alterius, puta vir qui volente vxore ordinem suscepit. 28. dist. quia sunt.

Contracto.] Duo facit. Primò ponit casum. Secundò ibi, Verum diffiniendum committit: & in commissione prius exprimit diffinitionis causam, vsque ibi, Ideòque. Abbas.

CASVS. Quidã P. nomine cõtraxit matrimoniũ cum

Gen. 2. Matth. 19. 1. Cor. 6. Ephes. 5.

tharius, qui Berthæ & Martini filium de sacro fonte suscepit. L. verò & B. sublatis de medio, M. cum T. prefata cõtraxit. ¶ Nos autem consultationi tuæ duximus respondẽdum, quod cum secundum verbum Domini, vir & mulier efficiãtur per connubium [a] vna caro, [b] liquidum est, Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui cõpater eius [c] fuerat, cum quo [d] vna caro Teberga noscitur extitisse.

¶ Idem.

¶ Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit.

CAP. V.

Contracto † matrimonio inter P. & A. vxorẽ suã, qdã cõsanguinei eiusdem A. cõtra matrimoniũ obiecerũt, quod eadem in primo sacrati salis [e] pabulo, filiũ quondam † concubinæ [f] ipsius P. tenuit: & infra. ¶ Verum, si cõstaret vera esse quæ diximus, non ideò tamen contractum matrimoniũ solueretur quæ res vix [g] contrahendo matrimonio impedimentum afferret. Ideoque mãdamus, quaten9 præfato P. auctoritate nostra iniungas, vt memoratã A. sicut vxorẽ maritali affectione pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigat, & persoluat, siue ipsam ante matrimonium cõtractum cũ P. siue postea constiterit hoc egisse: dũ tamẽ si in fraudem hoc fecerit causa matrimonij separandi, pœnitentiam pro præsumptione accipiat, matrimonio in sua firmitate durante.

† Cap. 2. eo. ti. in 2. cõp. Vide citatos in c. proximo pcedẽti: sed Sotum ibi art. 2.

† quendam.

¶ Innocentius tertius episcopo & archidiacono Linconiẽ.

¶ Inter patrem baptizati, & leuantem seu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio spiritualis valida ad impediendum & dirimendum matrimonium post contractum.

A. muliere: Tandem consanguinei eiusdem A. contra matrimoniũ obiecerunt, quòd nõ poterat esse vxor ipsius pro eo quod eadẽ A. tenuit filium concubinæ ipsius P. in primò pabulo sacrati salis: iudex dubitauit: Cõsultus Papa respondet, quòd si vera constarent esse prædicta, matrimoniũ cõtractum nõ dissolueretur: quę res vix prestaret impedimentum matrimonio cõtrahendo: Vnde mãdat quatenus pfato P. iudex iniungat, vt dictam A sicut vxorem pertractet, siue hoc fuerit factũ ante cõtractũ matrimonij, siue post: sed si fraudulenter hoc fecit causa matrimonij separãdi: pœnitentiam indè accipiat, matrimonio in sua firmitate durãte. Nota, quòd per ea quæ pręcedũt baptismum, non contrahitur compaternitas.

e Sacrati salis pabulo. [1]] de consecr. d. 4. sal. cælestis.

1 Pabulũ sacrati salis dr̃ dum iter catechizãdum catechumenum sal ori eius apponitur.

f Concubinę] quidã dicunt, quòd ille filius tantũ erat filius concubinæ ipsius P. de alio viro: dicẽtes, quòd compaternitas cõtrahit per illud sacramentũ sacrati salis, sed secundũ hoc nulla fuisset quęstio.

[Glo. seq. recit. per quæstionem, an per catechismum, &c. & tria alleg. quòd nõ, & duo in contrariũ. ponit tres opiniones, & tertiã improbat, huic decre. respondens. demum in fi. illam approbat.]

g Vix cõtrahendo.] ex hoc [2] videtur, quòd per illa, quæ præcedũt baptismũ, non cõtrahitur cõpaternitas. arg. 32. dist. prætor. §. verum. in fin. vbi dicitur, quòd baptismus est ianua omnium sacramentorum. Item propter catechismum non fit aliquis aptus cõtrahere matrimonium. 28. q. 1. caue. Item si decederet sine baptismo, nõ prodesset ei catechismus quin perpetuò damnaretur. de consẽ. dist. 4. firmissimè: & cap. nulla. & sic est adhuc membrum diaboli, ergo nõ potest esse spiritualis filius. Arg. contra, quòd contrahatur compaternitas per catechismũ. 30. q. 1. c. 1. vbi dicitur, quòd à primo pabulo sacrati salis vsque ad confirmationem contrahitur compaternitas. ea. causa. q. 4. si quis ex vno de conse. dist. 4. in catechismo. nam & Christiana dicitur, postquam est catechizata. 28. q. 1. caue. Hugo. dicit super illo cap. peruenit. 30. q. 1. quod sicut septem sunt dona spiritus sancti, ita septem dona baptismi: & per quodlibet illorum contrahitur compaternitas, ita quòd impedit & dirimit matrimonium: Primum est collatio sacrati salis de consecratio. dist. 4. ex hinc. Secundũ aurium & narium linitio cum sputo. distin. ea. postea tanguntur. Tertiũ in fronte & pectore crucis signatio distinct. ea. postea signatur. Quartum olei sacri peruntio-

2 De materia huius gl. vide Theologos scholasticos lib. 4. sen. d. 42. & præ alijs B. Tho. & Sot. q. 1. ar. 2. vbi de opinionibus hic relatis iudicium faciunt.

ctio.dist.ea.deindè. Quintum ablutio baptismi distin. ea. venit. Sotũ in vertice chrismatis perunctio à sacerdote.dist.ea.postquam ascendit. Septimum confirmatio chrismatis in fronte per episcopum.dist.ea.presbyteri. Et illi qui sequuntur Hug.dicunt, ꝙ ille filius non fuit filius Petri, sed tantum concubinæ: & dicunt hanc decr. nõ tenere, dato quòd fuerit fili⁹ Petri. Alij dicunt, ꝙ per tria sacraměta tantum cõtrahitur compaternitas, scilicet per catechismũ, i baptismũ, & confirmationem. de consecr. dist.4 in catechismo.30.q 4.si quis ex vno. & hæc mulier non tenuit illum filium ad totũ catechismum, sed tãtum ad immissionẽ salis: quod satis apparet per hãc literam. Alij dicunt, ꝙ licet compaternitas contrahatur ꝑ catechismum: per illam tamen non dirimitur matrimonium cõtractum, prout innuitur per hanc literam, tali ratione, q̃a baptismus est ianua oium sacramentorũ, vt dictũ est in c.præter.§. verũ.32.dist.& ſ.de presb. non bapt. c.1. & 3. ergo si ianua nõ est aperta, nullũ sacramentũ recipitur. Item alia ratione, q̃a ante baptismum nõ est filius ecclesiæ, q̃a sine eo nullus saluatur, vt dictum est: ergo si non est filius ecclesiæ, non est filius spiritualis: & si non est filius spiritualis, nulla per eum est cognatio contracta: ergo propter hoc non debet matrimonium separari. Sed certè contra istos, qui dicunt, quod etiam per catechismum non dirimatur matrimonium, manifestè faciunt illa duo. c. si quis ex vno.& c. in catechismo, quia ibi æquiparantur ista tria, catechismus. baptismus, & cõfirmatio: Vndè credo, quòd si quis teneat aliquem in toto catechismo, in quo vnus patrinus debet esse, quòd ille sit compater effectus parentibus infantis: sed hæc mulier non tenuit illum filium infantem, nisi in primo pabulo sacrati salis: nec expressè dicit litera, ꝙ fuerit filius P & ideò dicit, ꝙ catechismus impedit & dirimit.a T. dixit, quòd cõpaternitas per catechismũ cõtracta inualida est ad matrimonium dirimendum, quod satis posset tolerari, ratione prædicta.

† Cap.1.eo. tit. in 3.cõp. Cõcor. cõc. Tri.ses.24.d reform.matri. c.2. Adde citatos in superiorib.

† F.

a Qui ita sentiunt, ꝓpriã vocem vñr ignorare, q̃a catechismus nõ est sacramẽtũ, sed sacramentale. ita B Th.ꝑci tata d. 42.q. 1.ar.2.in corpore.

† Cap.2.eo. ti. in 3. cõp. De itellectu vide Sot. li. 4 sent.d.42. q.1.ar.3.ver. secunda cõclusio circa finem.

a Hęc opinio glossę iã olim displicebat theologis lib. 4. send.42.vbi B.Thom. & Sot. ambo, q.1.ar.2 hodie ꝑ cõstitutionẽ Bonifac.viij. reprobata est i c.2. d cogn. spi.lib 6 vbi catechismus ĩpedit m tri moni ꝫhẽdum non tñ dirimit iam contractum.

CAP. VI.

VEniens † ad Apostolicam sedẽ C. † Anglicus, & infra. ¶ Mandamus, quatenus si constiterit H. mulierem prædicti viri filium de sacro fonte [a] leuasse, antequam [b] eam despon sasset vxorem, vos inter eos diuortium, appellatione postposita, celebretis.

¶ Idem magistro S.canonico Herforden.

¶ *Si filij duorum compatrum per quorum alterum deuentum est ad compaternitatem matrimonium contrahant, separantur: & tempore contractus scientes impedimentum illud denunciare tenentur.*

CAP. VII.

TVa † nos duxit discretio consulendos, an natus ante compaternitatem, filiam [c] compatris patris sui, vel commatris sibi possit matrimonialiter copulare? & si contraxit, † an debeant separari? & an conscij talis matrimonij teneantur illud in publico accusare? Super quo respondemus, quòd huiusmodi personæ non possunt matrimonium contrahere: & si contraxerint, possunt [d] abinuicem separari: & qui contractum sciuerint, debent ecclesiæ illud nunciare. [e]

¶ Gregorius nonus.

¶ *Inter baptizatum & filium baptizantis, oritur cognatio spiritualis impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum. hoc dicit.*

CAP. VIII.

EX † literis vestris accepimus, quod cum M. mulier corã officiali

VEniens] CASVS. Quidam Anglicus C. nomine, contraxit matrimonium cum H. muliere: dicebatur, quòd H. mulier susceperat filium prædicti C. viri sui de sacro fonte: Quærebatur, an propter hoc debeat separari ab ipso. Mandat Papa, quatenus si constiterit dictam H. filium viri sui ante contractum matrimonium de sacro fonte leuasse, omninò separetur, secus esset si post matrimonium contractum. Nota, quòd cognatio spiritualis impedit matrimonium & dirimit, sicut copula carnalis.

[Gl. seq. reci per quæstionem, de qua remittit.]

a De sacro fonte.] idem si non tenuisset eum in catechismo, vel in confirmatione, vt supra ca.proxi. dictum est.

b Antequam.] benè dicit antequam: quia si post contractum matrimoniũ hoc fecisset, non separaretur matrimonium contractum. ſ.eod.si vir.& 30.q.1.ad limina.dictum est de eo.

TVa nos.] Sũt duę partes. In prima trimembris cõsultatio. In secunda cuiq; responsio ibi, Super quo. Abbas.

CASVS. Aliquis, puta Martinus habebat filium; nato isto filio Martinus suscepit filiam Petri de sacro fonte; quæritur, vtrũ filius iste natus ante compaternitatẽ contractã inter Martinum & Petrũ, possit accipere in vxorẽ filiam Petri, per quã cõpaternitas illa cõtracta fuit; & an si cõ traxerint, debeant separari? & an illi, qui cõscij sunt illius matrimonij, debeant illud accusare? Rñdet, ꝙ huiusmodi personæ non possunt contrahere: & si cõtraxerint, debent separari: & qui cõtractum sciuerint, debent illud ecclesię nũciare. Nota, quòd ꝑsona illa, qua mediate compaternitas est cõtracta, non potest copulari alicui de filijs alterius cõpatris: siue sit natus ante compaternitatẽ siue post. Item quilibet tenetur denunciare matrimonia illicitè contracta.

† contraxerint.

† Vide c.1.de cogn. spi.li. 6.B.Th.li 4. sent.d.42.q. 1.artic. 2.& Durandum ea. dist. q.1.

c Filiam.] spiritualem: per quam compaternitas est contracta. ſ.eo.c.1.& c.super eo.in prin.

d Possunt.] i.debent de iure, ſ.eod.c.1.& cap.super eo. in princ.

[Gl.seq.arg.signat contrarium, & remittit.]

e Nunciare.] nota argu. quòd denunciatio criminum ad omnes spectat, & non tantum ad prælatos. Itẽ personæ illæ, quæ sciuerunt contrahi matrimonium, non admittuntur ad accusationem matrimonij, aut etiam ad testificationem. ĩ. qui ma. accus. pos. cum in tua. non tamen repelluntur à denunciatione, vt hic patet. & tamen hic consequitur idem per denunciationem in hoc casu, quod per accusationem: non enim potest pęnitere ille cui denunciatur tale crimen, nisi remota vo re.14.q.6.si res.ar. Item alia via excluditur, & alia admittitur. sic ſ. de iureiu. quemadmodum. ſ. de despon. impub. ad dissoluendum. Arg. contra. ſ. de procur. tuæ. vbi de hoc. Ber.

EX literis.] Diuiditur in duas partes. In prima iudicum consultatio. In secunda mandatum, ibi, Mandamus. Abb.

CASVS. Quædam mulier M. nomine, coram officiali Cantuarien. archiepiscopi petijt quendam A. nomine in maritum, dicens se affidatam ab ipso, & carnaliter cognitam; Ad hoc probandum induxit testes: put li-

tatis attestationibus testiū, per quos mulieris intentio probata erat. dictus A. excipiēdo propo.uit, q eā habere non poterat in vxorē, pro eo q pater eiusdē mulieris, q sacerdos fuerat, ipsum baptizauerit: sed non obstante huiusmodi exceptione, tulit sniam diffinitiuam p matrimonio contra ipsū: à qua sentētia ad sedem Apostolicam appellauit; Mandat Papa, quatenus, si est ita, eundem A. iudex ab impetitione mulieris absoluat, eidē super hoc silentium imponendo. Not. q filius sacerdotis spiritualis vel filia, non potest copulari in matrimonio filio vel filiæ carnali ipsius sacerdotis.

† al. ita, in maritum.

[Gl. seq. fortificat tex. q̄rit, & sol. solutionē respōdet, & dat simile. secundo quærit, arg. negatiuè. sol. contrarium.]

a [Baptizauit.] & ita sunt filij spirituales ipsius sacerdotis. 40. q. 1. omnes quos. vbi de hoc. & cap. nō debet. & 30. q. 4 si qs ex vno. arg ergo & filia illius effecta est soror spiritualis viri, at si ipsum sacerdos de sacro fonte leuasset, quia tunc illā habere in vxorem non posset, quia ea mediante paternitas esset contracta. sup. eo. c. 1. & c. super eo. & 30. q. 3. super quibus. ergo multo fortius cum sit pater spiritualis illius. Sed quid mouit istum officialem ad sententiandum pro matrimonio? Hæc potuit esse causa: quia edictum de matrimonio prohibitorium est. sup. de sponsa. cum apud, sed hoc non inueniebatur prohibitum expressis verbis de his qui baptizant, quò l filij eorum cum talibus non possent contrahere, sed licet expresse non esset prohibitum, satis videbatur esse prohibitum, ex quo pater est ipsius spiritualis: quia in eo quod minus est, prohibitio inuenitur, scilicet in filio illius, qui aliam de sacro fonte leuauit, simile est quod dicit Vrbanus; nulla ratione prohibitum inuenitur, quòd vir & vxor simul non possint filium alterius de sacro fonte suscipere. 30. q. 4 quòd autem hoc est verum verbis expressis: sed in genere prohibitum est, dum prohibetur, quòd plures simul non suscipiant puerum de sacro fonte. de cō se. dist. 4 non plures, & quia prohibetur commisceri filiæ spirituali, vt cap. non debet. Sed nunquid filius sacerdotis potest contrahere cum filia illius, quam recepit ad pœnitentiam? Videtur, quòd non, quia & illa filia spiritualis est sicut illa, quā baptizat 30. q. 1. omnes quos. sed non est ita: quia non contrahitur tanta affinitas in pœnitentia sicut in baptismo: quia per pœnitentiam non efficiuntur filij sacerdotis affines filijs eorum, quibus pœnitentiam iniungunt, nec vsquequaque inuenitur prohibitum directè, vel indirectè, ergo intelligitur esse concessum. s. de spon. cum apud.

† extiterat.

1 Forte legēdum, quod.

2 Quod dic vt infra eo. ca. vlt. lib. 6. Ioan. And.

3 De his filiabus spūalibus vide Mag. li. 4. sē. d. 42. §. spūales filij sūt.

Cantuarien. Alanū peteret in†virum, & se affidatam ab eo, ac carnaliter cognitam, per testes idoneos probauisset: dictorum tandem testium depositionibus publicatis, idem A. excipiendo proposuit, quòd eam habere non poterat in vxorem, pro eo, quòd ipsum pater mulieris eiusdem, qui sacerdos extitit† baptizauit. [a] Sed cū idem officialis exceptione huiusmodi nō admissā diffinitiuam tulerit sniam contra ipsum, & idē ad sedem Apostolicam appellauerit: Mandamus, quatenus, si est ita, eundem A. super hoc ab impetitione mulieris absoluatis ipsius: eidem mulieri perpetuum silentiū imponentes.

DE COGNATIONE LEGALI.

Viso de cognatione spirituali, merito subijcitur de cognatione legali. Et vide ad materiā huius titu tex-

tum cum glo. 30. q. 3. c. 1. & in c. per adoptionem. Et dic quòd adoptio legalis est quædam propinquitas, per quam efficitur quis filius, vel nepos, vel deinceps seu frater, vel affinis, qui non est naturam imitans. l. adoptiones. ff. de adopti. Abbas.

TITVLVS XII.

De cognatione legali. †

¶ Nicolaus ad consulta Bulgatorum.

¶ *Inter adoptatum & filium adoptantis non potest durante adoptione consistere matrimonium.*

CAP. VNICVM.

SI qua † per adoptionem mihi soror esse cœperit, quamdiu [b] durat adoptio, inter me & ipsam nuptiæ consistere non possunt.

† Ca. vni. e. tit. in 1. cōp.

SI qua per.] CASVS. Pater meus adoptauit aliq̄ in filiā: q̄rit, an ego possim illā accipere in vxorem. Dicit Nicolaus, q quādiu durat adoptio inter me & illā, mrīmonium tenere non pōt. Nota, q nō possum 9here cū sorore adoptiua, quamdiu durat adoptio. Item cessante causa, cessat effectus.

† Vide Magist. li. 4. sen. d. 42. & ibi S. Tho. q. 2. ar. 1. 2. & 3. & Durandū q. 1.

[Glo. seq. argumētat à contrario, &c.]

b [Quamdiu.] 30 q. 3. ita diligere. ergo ea finita circa possum contrahere. Instit. de nupt. §. sed & si qua. Itē arg hic, q causa cessāte cessat effect⁹. s. de renun. post translationem. s. de iure. iur. & si Christus. ad fi. & 6. r. dist. cap. statuimus. §. his omnibus. ff. de ritu nup. p adoptionē. Nota ad intelligētiam huius decretalis q cognatio q̄dā est spiritualis, de qua dicitur s. ti. proxi. Quædam et legalis, de qua hic dr. Legalis cognatio fit duobus modis, vel per adoptionem, [1] vel per arrogationem. Dicimur autē arrogare illum, q sui iuris est, & per arrogationem transit in nostram potestatem, & fit arrogatio principis auctoritate: adoptio autē per quemlibet magistratum. Insti. de adopt. §. 2. & s. nec transit in potestatem adoptantis. C. de adop. l. vlt. & insti. eod. tit. sed hodie remanet in potestate sui patris. Et tam arrogati, quàm adoptati dicuntur filij adoptiui siue fratres. Et inter fratres adoptiuos, siue naturales, & legitimos impeditur matrimonium q̄diu durat adoptio, vt hic, & ff. de ritu nupt. per adoptionem & 30. q. 3. ita diligere. Sed inter ascendentes & descendentes, id est inter adoptantem & adoptatum semper impeditur matrimonium. ff. de ritu nuptiarum, adoptiuus. licet soluatur adoptio. ff. eod. tit. quin et. Item posset dici, q filius adoptatus posset copulari filiæ adoptantis, cū adoptatus non transeat in potestatem adoptantis. Insti. de adoptio. §. 2. sic etiam potest dici, quòd filius illegitimus potest copulari filiæ adoptiuæ: quia illegitimus non est in potestate patris, Instit. de nupt. § vlt. Illegitimus non potest copulari filiæ spirituali. Alij dicunt, quòd adoptatus non potest copulari filiæ adoptantis: quia licet adoptatus non transeat in potestatem adoptantis, acquiruntur tamen ei quædam iura per adoptionem, quæ dissoluuntur per emancipationem. C. de adoption. l. penultima. §. fin autem. & hoc idem videtur per decretalem istam, quæ indistinctè loquitur de adoptione, non distinguendo inter arrogatum & adoptatum, & hoc impedimentum definit per emancipationem alterutrius. ff. de adoptio. in omni. ff. de ritu nuptiarum, per adoptionem. Sed nunquid filij adoptiui possunt contrahere inter se? Dici potest, quòd

1 De materia hui⁹ glossæ quatenus agit de adoptione, & arrogatione, vide plenè p Aretinum & Doctores Insti. de adopt.

sic;

sic quia non inuenitur prohibitum. Item quid si adoptiuus durante adoptione contrahat cum legitima? Dicunt quidam 1 quòd non dissoluitur matrimoniũ, cum illud impedimentum sit temporale. Hug dicit quòd non est matrimonium; nec obstat quòd temporale sit impedimentũ: & inducit simile, hodie non possum contrahere cum illa, quæ habet viuum tũ cras potero mortuo viro suo, & hæc decretalis facit pro Hug.

1 Hoc placet Guil. Spec. co. ti. in pri. & omnino vide quod pro hoc dicto ibi scripsi. I. A. † Vide quod nouissimè decreuit Cōcilium Trident. sessio. 24. de reformat. c. 4.

DE EO QVI COGNOUIT CONSANGUINEAM VXORIS SUÆ (vel sponsæ.)

Viso de cognatione spirituali & legali, de carnali videndũ restat; Sed quia ex copula habita cũ consanguinea vxoris, oritur affinitatis cognatio, de qua poterat dubitari vtrum dirimeret, vel impediret matrimonium, ideò subijcitur hæc rubrica. Et virtus totius tituli consistit in hoc, quòd affinitas cōtracta ex copula consanguineæ vxoris, nō dirimit matrimonium prius contractũ, sed soluit sponsalia de futuro Item priuat facultate contrahendi matrimoniũ, & exactione debiti in vxore habita. vt patebit in prosecutione tituli. Abbas.

† Hæc duo verba: vel sposæ. desũt in aliquot antiquis codicibus, & in nō nullis manu scriptis Vatican. 8.

† Med. Mentiam. Meldam. sed in concilijs nōdum repertũ est sicut plæraque alia.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cōp. Vide Burch. li. 19 decret. cap. 5 tit. de fornicatione 2. versi. feci sti fornicationem cũ filiastra tua.

† alijs.

TITVLVS XIII.

De eo † qui cognouit consanguineā vxoris suæ (vel sponsæ.†)

¶ Ex cōcilio apud Mettiam.†

¶ Affinitas superueniens post matrimonium contractum, non soluit matrimonium, sed exactionem debiti impedit; & crimen incestus inhabilitat quo ad matrimoniũ contrahendum.

CAP. I.

SI † quis cum filiastra a sua scienter b fornicatus fuerit: nec à matre debitum petere c, nec filiam vnquam habere potest vxorem: nec filiastra, nec ille d vllo vnquam tempore, alij † se poterunt matrimonio copulare. e

De hac materia tractat 37. q. 7. in multis capitulis.

SI quis.] Primo ponitur thema ex quo triplex elicitur quæstio. Secundo solutio ibi, Nec a matre. Abbas. Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quòd si quis cognouit filiastram suam, non potest petere debitum ab vxore, nec filiastram habere in vxorem, nec vnquam filiastra vel ille poterunt se alij matrimonialiter copulare. Nota quòd incestuosi contrahere non possunt.

a Filiastra.] 32. q. 7. quędam. & c. qui dormierit 2 & cap. si quis viduam.

b Scienter.] secus si ignoranter. 3. q. 2. in lectum.

[Glo. seq. cum vltima recitari possunt per quæstiones, vel textualiter, si placet.]

c Petere.] exactus tamen reddere tenetur. 7. eod tit. transmissæ. non obstante affinitate inique ex post facto contracta: & sine culpa priuari iure suo nemo debet. 7. eo. discretionem. & ca. tuæ.

d Nec ille.] post mortem vxoris.

e Copulare propter incestum. 32. q. 7. qui dormierit. & 7. eo. ca. ex litteris. tamen si contraherent, tenet matrimonium: & etiam si essent iuuenes, dispensaretur cũ eis. 33. q. 2. in adolescentia. Ber.

a Sed caute legendi sũt hi canones vt optimè admonet Sotus dũ hoc ipsum decretum interpretaẽ lib. 4. sent. dist. 37. q. 1. art. 2.

VEniens.] Primo ponitur decisionis consultatio. Secundo dicisio incipiens responsio ibi, Inquisitioni. Secundum membrum ibi Cæterum. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam cōtraxit sponsalia de futuro cum quadam, & pater ipsius matrem sponsæ accepit in vxorē: Tandem instigante diabolo matrem sponsæ cognouit. tā pater q. consanguinei sui volebāt vt matrimonium de pśenti consummaret: sed ipse noluit donec factum episcopo proponeret, Episcopus consuluit dñm Papā, & ipse rñdet, quòd si matrē sponsæ cognouit, & sponsæ carnaliter non adhæsit, imponenda est ei pęnitētia paulo maior, q̃ pro adulterio, & illa peracta vel parte ipsius, epṡ dispenset cũ eo vt aliā recipiat (si voluerit) in vxorem Si verò sponsam cognouit ante matrē, vel post, aliam non poterit accipere in vxorem, ppter incestũ, sed à sponsa non separabit: & in hoc nō tenet quod dicit, nũquàm eam, scilicet sponsam, potest accipere in vxorem. Nota hic pœnam illius qui matrē sponsę suę cognouit.

¶ Alexander iij. Pictauieñ. episcopo.

¶ Affinitas superueniēs etiā per illicitum coitum dissoluit sponsalia de futuro, sed non matrimonium: & incestuosus contrahere non potest.

CAP. II.

VEniens † ad nos præsentium lator: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respōdemus, quòd si matrem f sponsæ suæ cognouit, & † spōsæ nunquam carnaliter adhæsit, g imponenda est ei pęnitentia paulo maior, h quam pro adulterio: qua peracta, vel parte i ipsius, poterit ex dispensatione, k cum alia matrimonium cōtrahere. Cæterum si sponsam cognouit, l antequam matrē, vel post, nunquam eam m vel aliam n potest accipere in vxorem.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp. & post Concilium Lateraneñ. par. 12. cap. 4.

† al. ita: si sponsæ, &c.

f Matrem spōsæ.] de futuro: vndè affinitate supueniẽte, illam in vxorem habere nō potest solutis sponsalibus. 7. de cōsang. ca. 2. & 7. eod. ex litteris.

g Adhæsit.] postquam cognouit matrem.

Gl. seq. obijcit, & soluit.

h Paulo maior q̃ pro adulterio.] quare maior pęnitentia imponitur q̃ pro adulterio, cum tamen publicæ honestatis iustitiam violauerit, cum illa esset sponsa de futuro? Dicas quòd non solum violauit publicæ honestatis iustitiam, sed adulterium commisit cum matre sponsæ suæ, quæ nupta erat patri suo, vt patet in antiqua: 3 alias si mater sponsæ non esset coniugata, non puniretur plus nec etiam tantum. vndè iste multo plus debet puniri quàm pro adulterio, propter tria, videlicet propter honestatis iustitiam, propter adulterium, & incestum etiam quod perpetrauit cognoscendo. affinem primi generis, & primi gradus.

3 Antiquam decretalem integrā habes locis citatis initio huius cap.

i Vel parte.] atq. sufficit aliquid inchoare, & si nō sit completum. 7. de elect. cum in cunctis. § inferiora.

K Ex dispensatione.] incestuosi enim ɔtrahere nō debent, & ideò dispensatur cum eo, q. iuuenis erat: aliàs sine peccato contrahere nō posset 33. q. 2 in adolescentia, tamen si contraheret citra aliquam dispensationem, teneret matrimonium.

l Cognouit antequam matrem.] vndè statim fuit matrimonium præsumptum. 7. de spons. is qui, & 7. de condi. appositis. vnde matrem vlterius habere nō posset, etiam si non esset cognita: & hoc idem esset, etiam si nunquam cognouisset ipsam sup. de spons. sponsam. Bernardus.

m Eam, scilicet matrem, vt dictum est. Vel dic, eam, idest sponsam suam, & secundum hoc non tenet. 7. eo. discretionem. & ca. vlt.

n Aliam post mortem istius: quia ex quo eā cognouit ante-

tit, antequam matrem, non dissoluit matrimonium, licet postea cognouerit matrem. ⁊.eo.discretionē, & c. penult. & vlt. sed ea mortua cum alia propter incestū contrahere non debet. ⁊.eo.transmissæ in fi.

D E illo.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, Respondemus. Abbas.

CASVS. Quidam dicebat, ꝙ cognouerat vxorē fratris sui antequam cum illa matrimonium contraxisset: quærit quid iuris? Respondet Papa, ꝙ ꝓpter hoc nō sunt separandi, nisi hoc esset notorium, aut per idoneos testes legitimè ꝓbaretur. Nota quod simplici assertioni alicuius nō est credendum.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cōp.

[Glo. seq. recitat posse ꝑ contrariū.]

a Occasione.] q. d. confessio illa sola nō præiudicat, sed etiā si rumor viciniæ cōsentiret. ⁊.eo.super eod. secus esset in matrimonio contrahendo ⁊. de spon. præter ea 1. & ⁊. tit. proxi. capi. 2. Ber.

† Et ideo dicit text. illā occasionē, nō dicit, causam. ad hoc de maio. & obed. solite. Ioan. And.

T Ransmissæ.] Primo consultatio. Secundo responsio ibi, Quia verò. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam habebat vxorem, ea mortua filiā vxoris defunctæ cognouit: postmodū aliā accepit, & nihilominus cum priuigna publicè delinquebat; Quæsitum fuit à Papa, qualiter in facto isto esset agendum? Respōdet, ꝙ vxori legitimè cohabitet, & necessaria ei subministret, nec eam cognoscat quādiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus & donec cum ea permanserit, ꝓ incestu & adulterio pœnitentiam agat pro arbitrio imponentis: & si superuixerit vxori, sine spe coniugij perseueret. Nota quod pœnitentiæ sunt hodie arbitrariæ. Item incestuosi cōtrahere non debent: tamen si contraxerint, tenet matrimonium.

† Cap. 3. eo. tit. in 2. cōp. præ alijs vide Sotū. lib. 4. sen. dis. 37. q. 1. art. 3.

[Glo. seq. dat simile, & tradit regulam.]

b Illicitam rem.] ita stui adulterium adiungendo.

c Legitimæ.] sic patet ꝙ incestus 2 non impedit quo minus matrimoniū sit legitimum, licet ⁊hc tenon debeat, sicut votum simplex ⁊.qui cle. vel vouentes, rursus talia enim crimina impediunt matrimonium ⁊hē dum, sed non dirimūt ⁊tum, nisi in tribus casibus, si machinatus fuerit in mortem alterius, si dedit fidē adulteræ, si duxit eam de facto. s. de eo qui duxit in matri. cum habere & c. super hoc.

a Adde cū q. bus cōmittit incestus: gl. in §. 1. Insti. de nupt. & super rubri. C. de adult.

d Fuerit requisitus.] & sic intellige ⁊.eo.ca. 1.

e Sine spe coniugij.] 32. q. 7. si quis viduam. & 35. q. ⁊. de incestis. ⁊. eod. veniens, & ⁊. de pœn. & remis. ca. 2. vbi de hoc.

¶ Idem.

¶ Non separatur matrimonium ad dictum vnius asserentis affinitatem inter coniuges præcessisse.

CAP. III.

D E illo, † qui vxorē fratris, antequam ei matrimonio iūgeretur, se proposuit cognouisse: Respōdemus, quod nisi hoc publicū & notoriū fuerit, aut idoneis testibus comprobatum: prædictum matrimoniū occasione [a] illa, ipsum impetere non permittas.

¶ Celestinus tertius.

¶ Incestuosus matrimonium contrahere non debet: sed si contrahit tenet: & tunc tenetur reddere, sed non potest debitum exigere, & non minus tenetur vxor necessaria administrare.

CAP. IIII.

vt hic patet. & cum pęna dupli dēnt restituere illā, in Auth. de sā. epis. in 2. col. §. si verò laicos, & §. si autem sæcularis, col. 9 & ꝭ. e audiuimus, & ꝭ de imm. eccle. q. a pletiq; Hic no. φ ecclesię restitui dēt, cui facta fuit iniuria. argu. 17. quæstio. 4. si quis in atrio, & 27. q. 1. si quis rapuerit. & in Auth. de san. epi. §. si quis asit, in 2. coll. & ecclesia pōt vēdicare illā pecuniā, in Aut. e. ti. §. si verò laicus, & §. sed neq; xenodochiū. arg. ꝯ. ꝭ. eo. veniens, vbi restituitur ei q̃ dedit, Ala. dixit, φ in decre. veniēs restituta fuit ei qui dedit de misericordia: & hoc qđ hic dicit, est ius cōe. Tu dicas aliter: illa veniēs loquit de monacho q̃ pecuniā dedit ꝓ sui receptione, & illud est ius, & hoc similiter, si ergo aliqs det pecuniā monasterio vt recipiat, simonia cōmittit. ꝭ. e. quā simoniaca, ei ergo, qui dedit, dēt restitui [1] pecunia tā indignè à monachis accepta; vt cū ea in aliud monasteriū itret, ne sit onerosus secūdo monasterio. ar. 16. q. 6. d la psis. & 27. q. 1. si qs ra puerit. & vbicūq; sit monasterio siue ecclesiæ sæculari pecunia taliter datā & accepta fuerit, prout dicit decre. veniens, restituenda est pecunia ei, qui dedit; nec ecclesia vel monasteriū dēt cū tali fraude esse in lucro, cū ipsi clerici vel monachi in hoc ita cōiter delinquunt, cum ipsi clerici de hoc sint puniendi, & ex eodem facto pęnā, & pmiū consequi nō debeāt, ut ff. de neg. gest. siue hęred. tutia. & ex hoc contingeret viā fraudib. aperiri; ꝓ esse non dēt. 93. dist. peruenit. 2. & 35 q. 9 loci, in fi. & tale lucrū ecclesia nō dēt hr̄e, nec possēt clerici, vel monachi pęnitere, nisi restituerent φ simoniace receperunt. Vel posset dici, φ si clerici sæculares [2] sic cōiter delinquunt, ecclesiæ dēt applicari, & clerici sunt oēs ab ecclesia remouendi. cum verò pecunia datur alicui, puta plato soli vel alij j cuicū que; ita φ ecclesia nō sit in culpa; tunc locū habet, quod prius dr̄, φ ille qui pecuniam receperit, dēt illā restituere ecclesiæ in cuius ignominiā data fuit nec dēt ei restitui, qui dedit, & præcipuè si sit sæcularis, in quo casu itelligūtur authenti æ pdictæ. De regulari posset dici, φ & tunc non dēt ei restitui simpliciter, sed assignanda est scđo monasterio ad quod transit; vt eo viuente hēat vsū illius. arg. prædictorum capitulorum de lapsis si quis rapuerit. & hoc cum ecclesia fuit in culpa. Bern.

† Cap. 11. eo. ti. in 1. com. & post cōci. Lat. sub Ale. iij. par. 2. ca. 14. Vide Be. Th. 2. 2. quæ. 100. arti. 5 & Sotū lib. 9. d iust. & iu. q. 7. ar. 3. & Turrecrematā in c. ordinationes, 3. q. 1.

† nobilis

1 Num aūt soluta per simoniam repeti possint, uide Guid. Papæ decis. 581.

† Estomeñ. Castrensi Calieñ. Sed ut plurimum ut est impressum.

2 De hoc artic. præter Host. vide hic late per Panormitanum.

CAP. XII.

CVm essent in nostra pñtia cōstituti R. cleric⁹, et nobilis vir V. quia idē moram diutius facere nō poterat, pro se in causa illa sufficientem constituit responsalem.

¶ Cumque ab ore præfati R. intellexerimus, quod memoratus miles † promiserat [a] ei dare ecclesiā, si quoddam negotium eiusdem in nostra posset pñtia promouere: ac per hoc promissionem ipsā continere simoniacā prauitatem: eidem R. super eadem ecclesia silentiū [b] duximus imponendum.

¶ Idem Cistreñ. † episcopo.

¶ Notorius simoniacus in beneficio ab illo deponitur, idē in infamato, qui se purgare non potest.

CVm essent.] primò ponit decise controuersiam, & procuratoris dationem. Secundo diffinitionem, & eius cām; ibi, Cumque. Abb.

CASVS. R. clericus & V. nobilis erant in pña dñi Papę ꝓ cōtrouersia q̃ iter se hēbant; sed quia nobilis ille in curia dñi Papa morā diutius trahere nō poterat, ꝓ se in cā illa constituit procuratorem; partib. in pñtia Papæ cōstitutis, clericus ille cōfessus est, φ miles ille promiserat ei dare ecclesiam illā sup qua litigabant, si quodda negotium ipsius militis posset iu pñtia Papæ ꝓmouere; & quia ꝓmissio illa cōtinebat simoniacā prauitatem, eidem R. papa imposuit silentiū sup ecclesia ipsa.

No. φ sola promissio super re spirituali simoniā inducit.

[Glo. seq. dicit, quod vitium fuit ex pacto. &c.

a Promiserat.] hæc promissio siue pactio illicita fuerat & simoniaca. ꝭ. de pac. cap. vlt. & ꝭ. eo. tua. & 1. q. 2. q̃pio. unde miles per talē permissionē non obligat; quare ipsi R. iponitur silētiū Si verò sine aliqua pactione promouisset negotiū illius, vel alias seruiuisset eidē, benè poterat eū remunerare, siue pūtando ipsū ad aliq̃ beneficiū siue ēt alio modo. ar. 6t. di. quid proderit; immo ēt naturaliter erat ei obligatus, ff. de petit. hæ. sed & si lege. §. cōsul uit. & ar. 12 q. 2. hæc huius placiti. Pōt ergo licitè q̃libet seruire ꝯ epo, vł alij spe futuræ remuneratōnis nec simonia ꝯmittit i tali spe, cū sine oi pactiōe vł ꝯ.lōe seruiat; dūmō pricipłr hac intētione nō seruiat, nec eps directè ꝓ hoc seruitio ei ꝓuideret in bñficio intēdat; q̃a sic esset immunis ab officio & obsequio 1. q. 1. ordinatiōes. & c. sunt non nulli alias nisi sperarer indè remuneratio nē quare seruiret ei, cū ex debito ei nō teneatur, imò qui dign⁹ est pōt sperare epatū & alios honores. 5 ꝯ. di. si offō. 74 dist. cōsuluit.

b Silentium.] & bñ, quia si ecclesiam tali modo adeptus fuisset, eam renunciare tenetur, vt 1. q. 1. si quis neque. & in aspera pœna vel pœnitentia semper esse, vt ibi, quam etiam agere non posset ea retenta. ꝭ. de accusat. inquisi tionis.

CAP. XIII.

INsinuatum † est, φ in ecclesijs tui epat⁹, plurimi clerici per simoniam hr̄e dñr ingressum, [c] & infamia indè respergi. ¶ Vnde mandamus quatenus si qui fuerint, quos in prædictis ecclesiis publicum & notorium [d] est † simoniacè intrasse: eos amoueas ab ecclesijs taliter acquisitis. Illis aūt quorum crimen non est publicum & notorium, si † publica laborant infamia, cum quinta vel sexta manu [e] sui ordinis purgationem iudica, sin qua si defecerint beneficijs † hmōi ecclesiarum

† Capit. 12. eod. tit. in 1. ꝯpil. & post conciliū Latera. par. 2. c. 15. Et Cassadorū decis. 3 ti. de seq̃st. possess. & fructuum.

† sita.

3 De hoc artic. præter. Doct. hic, vt de B. Thomā initio ꝭ. citatum, & Sylucst. sū. uer bo, simonia. q. 16.

† sed publica, &c.

† Aliàs ita ab huiusmodi bñficijs &c.

INsinuatum.] Primo ponit Papa narrationem sibi factam; secundo, contra eam prouideri mandat, ibi. Vnde. Abbas.

CASVS. In ecclesiis Cistreneñ. episcopatus, complures clerici per simoniam dicuntur habere ingressum; de quo sunt infamia notati: vnde mādat Papa diœcesano episcopo quatenus si notorium fuerit aliquos in ecclesias illas per simoniā intrasse, indè eos remoueat, illis autem quorum crimen notorium non est, si tñ laborant infamia publica, indicat cum v. vel vj. manu sui ordinis purgationem, in quasi defecerint, bñfi. ij illis perpetuò ptiuet eosdem. Nota φ infamatus de simonia, si nō potest se purgare, punitur tanquam conuictus.

c Ingressum.] vndè fures sunt & latrones; quia non intrant per ostium, ꝭ. de iure patro. relatum. & 23. q. 4. tres personas, & 1. q. 1. ordinationes. 7. q. 1. non furem.

d Notorium.] dicitur tribus modis notorium. ꝭ. de cohabi. cler. & mul. c. vlt. & ideò nulla probatio est necessaria. ꝭ. de accus. euidentia, & 2. q. 1. de manifesta.

[Glossa seq. signat contrarium de Canon. &c.

e Quinta vel sexta manu. Ar. ꝯ 2. q. 5. presbyter si & c. si mala. & c. omnib. Sol. regulare est φ ipse episcopus debet se purgare cum duodecim presbyteris, presbyter cū quinque, diaconus cum tribus. Vnde versus.

Pontificem parium manus expurgat duodena:
Quinta sacerdotum: leuitam, tertia, pęna.
Maior maiori minor est adhibenda minori:

Quandoque

Quandoque tamen sunt pauciores: vt sup. de accus. cum P 2. q. 5 omnibus. Quandoque plures, inf. de purg. can. inter sollicitudines hodie verò numerus compurgatorum arbitrarius est secundùm arbitrium iudicis, sup. ti. prox. inquisitionis, in fine.

quitur de iudicio, quod fit ad pœnitentiam: ad quod tenetur quilibet, vnde nihil potest quis propter hoc accipere: cum sit spirituale: illud de iudicio, quod fit ad furem capiendum, vel seruum fugitiuum pro quo potest recipi merces laboris. Ber.

[Glo. seq. obijcit, cōcludēdo ꝑ duo, &c.

a Perpetuo priues.] No. quod defficiens in purgatione, punitur, vt hic patet. & sup. eo. de hoc, & infra de purg. can. cum P. sed purgatio indicitur propter probabilem præsumptionem ortam ex fama: ergo videtur ꝙ ex probabili præsumptione possit diffinitiua sententia ferri: quod non est verum. Sed ista probabilis præsumptio trāsit in violentam, ex eo quod non habet testes suæ honestatis. Bernardus.

perpetuò priues a eosdē

Idem.

¶ *Simoniacum est pretio vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel dignè pœnitentem à reconciliatione remouere.*

CAP. XIIII.

NEmo † presbyterorū xenium, vel emolumentum quodlibet b temporale, imò spirituale detrimentum, à quocunque publicè peccāte accipiat, vt episcopo vel ministris eius peccatum illius celet: c nec ꝓ respectu cuiusque personæ cōsanguinitatis d aut familiaritatis alienis communicans e peccatis, hoc episcopo innotescere detractet: Nec quemquam pœnitentem, vel minus dignè pœnitentem, gratia vel fauore ad reconciliationem adducat, & testimonium reconciliationis f ferat eidem: vel quocunque liuore, dignè pœnitentem à reconciliatione remoueat: quia simoniacum est vtrumque. g

¶ Idem Vigor. † episcopo & † Priori de Acra.

¶ *Ecclesia emi vel redimi nō potest. hoc dicit quo ad litteram.*

CAP. XV.

QVerelam † monachorum de Acra recepimus, quod cum ipsi quoddam manerium cū pertinentijs suis, & ecclesiam de Geneñ. à monachis de Cardonio, † sub annuo censu quindecim librarum fuissent adepti, & inde chartā ab ipsis monachis habuissent: Prior eorū capitulo incōsulto, h prǽscriptū †

NEmo.] Sūt duę partes principales. Secūda, ibi, Nec quenquam. Abb.

CASVS. Statuit Alex. quod nullus presbyter aliquod emolumētum tēporale recipiat à quocunque publicè peccāte, vt episcopo vel eius ministri, celet peccatum illius, nec pro respectu alicuius personæ consanguinitatis, vel familiaritatis dimittat, quin peccatum illud episcopo innotescat. Secundò dicit, quod nullum dignè pœnitentem, vel etiam minus dignè pœnitentem, propter gratiam vel fauorem ad reconciliationem adducat, & testimonium reconciliationis ferat eidem, vel propter aliquem liuorem siue odium remoueat à reconciliatione, quia vtrunque simoniacum est. No. quod qui dat temporale pro spirituali, simoniam committit: & qui propter consanguinitatem vel amicitiam non denunciat episcopo peccatum alicuius, simoniam committit. Item quicunque pœnitentem propter gratiam vel fauorem ad pœnitentiam adducit, vel propter odium remouet à reconciliatione, simoniam committit, & sic fauor, vel gratia, siue odium succedit loco pretij.

b Quodlibet.] idest, aliquid de quibuslibet. sim. 15. q. 1. mulier. & sup. de cond. apposit. verum. & 2. q. 7. si quis omnem. in primo versi.

[Glo. seq. notat quod celare sit simoniacum, & sit aliquid facere. signat contrarium, & soluit.

c Celet.] Nota ꝙ simoniam committit, qui pro aliquo temporali celat peccatum alicuius, quod peccatum corrigere vel denuntiare tenetur episcopo: sicut simoniacum est aliquid recipere, vt qui ordinandus est non ordinetur: vt electioni quis non consentiat. 1. q. 1. § qui autem, & c. seq. ad fi. q. Et est hic arg. ꝙ celare est aliquid facere. sim. 36. dist. si quis vult Aig. contra. ff de præscr. ver. solent. & ff de condi. ob tur. causam l. 3. §. vlt. Sol. illa non tangunt istam materiam, hic loquitur

d Consanguinitatis.] ergo videtur quod cōsanguinitas simoniam inducat, quia non refert an iniustus coratis amor an sordidę preces interueniant. 1. q. 1. si quis neque.

e Alienis cōmunicans.] 78. dis. quid est 86. dist. c. 3.

f Reconciliationis.] pro reconciliatione, vel absolutione prettum exigi nō debet. inf. eod. ad aures.

g Vtrumque.] primum. s. digne pœnitentem, vel minus dignè gratia vel fauore adducere ad reconciliationē: aliud est dignè pœnitentē remouere, à reconciliatione aliquo liuore vtrumque enim istorum simoniacū est, & ita respicit istos duos modos tm̄, & ꝙ primò dixit, simoniacū est; similiter vt dicitur ibi: vel pōt respicere omnia præcedentia, vt ista duo vltima quasi ꝓ vno reputentur: & quod primò dixit celet, & innotescere detractet quasi idem sunt: & sic illud vtrunque potest respicere illa sic coniuncta. B.

QVerelā.] Primò ponit quærelam monachorum. Secundò committit causam, instruendo iudicem in principali ibi, Vnde quia. Abb.

CASVS. Monachi de Acra quoddā manerium cū pertinentiis suis, & ecclesiam quandam adepti fuerunt à monachis de Cardonio, sub annuo censu xv. librarum, & super hoc chartā ab ipsis monachis habuerunt: Post modū verò Prior monachorum de Acra, capitulo suo inconsulto, chartam prædictam, accepta indè pecunia, dictis monachis de Cardonio resignauit: vnde monachi isti de Acra conquerebantur se iniustè grauatos, quare mandat Papa quibusdam, quatenus partibus conuocatis, causam concordia vel iudicio terminare procurent, scienter, quod sicut ecclesia prædicta emi non potuit, ita nec redimi. Si verò monachi de Cardonio legitimè citati, fuerint contumaces, iudices monachos de Acra inducant in possessionem eorum de quibus controuersia vertitur inter eos, nec permittant eos exinde absque iuris ordine molestari. Nota quod ecclesia non potest emi nec redimi, alias simonia committetur. Item propter contumaciam rei ante litem contestatam actor mitti debet in possessionem rei petitæ, & iudex inductum in possessionem defendere debet. Item delictum Prælati capitulo inconsulto, non præiudicat ecclesiæ.

h Inconsulto.] vnde non valet resignatio 12. quæstio. 2. sine exceptione. sup. de emp. & ven. cum dilecti.

a Con-

†Ca. 13. e. ti. in j. com. Ad intelligētiā præter Doct. hic, vide B. Tho. 2. 2. q. 100. art. 5. vbi intelliges qualiter in his exēplis possit cōmitti simonia. adde Syluestrū in sum. verbo simonia, q. 9.

* Ad intelligētiam huius glo. vide ꝓ à lijs hic Panormi. versi. sed oppone ꝗ glossam.

† Vuigoriem Vigornien.

† Et i oibus manuscrip. tit legit ita: & Priori de patria. nec pōt rescribi, Priori de Acra, cū is, & monachi cōquerant, vt idicat series decretalis in alio est, & Priori de Perna.

† Ca. 14. e. ti. in 1. comp. & post cōci. Late. par. 2. ca. 12.

† Cadomo, Cardomo. eadem varietas est paulo post.

† Aliâs ita: ꝓ dictū manerium. Est autē manerium seu mansus apud Italos, portio terræ quæ sufficit duobus bobus ad Arādum per totum annum sed Galli manerium vocant domum extra ciuitates cū rusticis & terris adiacentib. quo sæpe proficiscuntur nobiles delectationis gra. Host. cap. 1. §. de censib.

a Concordia.] 5. quæstio. 2. si primates. & supra de transactio. capit. vlt. vbi plures concordantias inuenies de hoc.

[Gloss. seq. obijcit ad rationem dupliciter. primo quod cum vniuersitate, & capitu. soluit. secundò quod non est sufficiens quo ad manerium fatetur, dicens, &c.

d Emi non potuit.] quia nullum spirituale vel spirituali annexum potest vendi vel emi, s. de iure patro. de iure. & s. de pact. cum pridem. & c. vlt. & s. de transac. super. e. & 16. q. 7. de cimas. ergo nec redimi. sed hæc ratio nō videtur habere locū, quia ecclesia vel spirituali annexum, potest vendi cum vniuersitate & obligari. s. de iure patr. ex litteris. & ca. cum sęculum. sed manerium fuit, vt vr, principale, in quo erat ecclesia. & ita potuit redimi tanquam accessorium: Dicas φ maneriū cum pertinentijs suis & ecclesia fuerunt monachis concessa. ita φ neutrum fuit accessorium alteri: & hoc colligitur bene ex littera, vt ibi dicit in prin. quo. idā manerium cum pertinentijs suis, & ecclesiam. & ita ecclesia non fuit pertinēs maneri j, quia separata fuit à pertinētijs: & ita redemptio quātum ad ecclesiam nulla fuit ipso iure. sed hæc ratio non habet locum in manerio, quod bene potest vendi & redimi, & ita hac via non possunt reuocare manerium. Qualiter ergo agent pro manerio? Dicas, φ contractus siue redemptio quo ad manerium nullus fuit ipso iure ex alia causa, quia hoc factum fuit irrequisito capitulo. sim. supra de emptio & venditione, cum dilecti, & 12. quæstio. 2. sine exceptione, & hæc eadem ratione non tenuit redemptio ecclesiæ & ita etiam si ecclesia fuisset accessoria ad manerium, idem esset.

e In possessionem.] causa rei seruandæ, si lis non fuerit contestata. sup. vt li nonc ontest. quoniam. §. in aliis: & si lis contestata esset, & non liqueret de causa, adiudicaretur eis possessio, salua quæstione proprietatis absentibus. sup. de dolo & contuma. prout. vbi de hoc: quam possessionem debent eis defendere iudices, vt dicit in fine: cum remaneant adhuc iudices, de illa re vsque ad diffinitiuam sententiam. supra. de testi. ex part. A. vbi de hoc. Bernardus.

†Cap. 15. eo. ti. in 1. com. De materia & intellectu vide plene per B. Th. 2. 2. q. 100. a. 2. Sotū li. 9. de iu. & iu. q. 6. ar. 1. & Turrecrematam in c. vl. 1. q. 1.

manerium, & chartam monachis de Cardonio, accepta pecunia resignauit. ¶ Vndè quia pręfati monachi de Acra se conqueruntur iniustè grauatos: Mandamus, quatenus partibus conuocatis, præscriptam causam concordia, [a] vel iudicio termminetis: sciturí, quod sicut emi non potuit, [b] ita nec redimi ecclesia memorata. Si verò monachi de Cardonio legitime citati, ad vestram præsentiam accedere, et iudicio vestro stare contempserint, vos ipsos monachos de Acra, in possessionem [c] eorum, de quibus controuersia vertitur, inducatis: nec permittatis eos exindè absque ordine iudiciario molestari.

¶ Idem.

¶ Pro chrismate ab ecclesiis pecunia exigi non debet, etiam si hoc habeat consuetudo.

CAP. XVI.

EA † quæ de auaritiæ, & infra. Audiuimus, quod nummos pro chrismate [d] ab ecclesijs extorquetis: quos nunc cathedraticum, aliquando Paschalem præstationem, interdum episcopalem consuetudinem appellatis: [e] † Quia vero hoc simoniacum esse cognoscitur: Mandamus, quatenus prætextu alicuius consuetudinis [f] vel prælationis, præscriptos denarios nullatenus exigatis: Pro certo scituri. quod si hoc præsumpseritis, periculum ordinis [g] & dignitatis poteritis non immeritò formidare.

¶ Idem.

¶ Pro habendis spiritualibus homagium facere, simoniacum est.

CAP. XVII.

EX † diligenti tua relatione innotuit, quod H. Cant. archidiaconus te inducit, vt ei homagium facere, & fidelitatem pręstares: ita quod ipse tibi beneficium ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Vndè † quoniam huiusmodi obliga

EA quæ.] Primò factum reprehensibile narratur. Secūdò illud fieri prohibetur: ibi, Quia verò. Tertiò pœnam comminatur, ibi, Pro certo. Abbas.

CASVS. Quidam episcopi extorquebunt nummos à clericis pro chrismate, & illos denarios aliquando appellant cathedraticum, aliquando Paschalem pręstationem, aliquā do appellāt illos cōsuetudinem episcopalem: Sed quia simoniacum est, mandat Papa, quatenus prætextu alicuius cōsuetudinis & prælationis, denarios pdictos nullatenus exigāt: quod si fecerint, periculum sui ordinis peterunt formidare. No. quod in delictis non excusat cōsuetudo, & variatio nominis nō prodest.

d Chrismate.] pro chrismate nummos accipere non conceditur, imò simonia cum est, vt 1. q. 3. ca. vlti. & inf. eo. in tantum. & s. eo. non satis. & c. cū in ecclesię. & inf. eod. ad nostrā.

e Appellatis.] similis variatio nominis habetur inf. eo. in tātum. Sed bona denominatio non excusat malum: quia quodcunque nomen imponas, simonia est, sicut in vsura, 14. q. 3. plerique. & cap. esca. Ber.

[Glossa sequens recitetur per quęstionē tōnis, vel per obiect.

f Consuetudinis.] Cōsuetudo ista quātumcunque longa, nō excusat malum, imò magis accusat. s. eo. non satis, & c. cum in ecclesiæ. & s. de consuetu. c. vlt. cū sit contra ea quæ in veteri te stō prohibita sunt, & in sui natura mala. vt vendere sacramenta 1. q. 1. qui studet. & c. sicut eunuchus se. as de illa consuetudine, qui inducta est cōtra ius positiuum. sup. de consuetu. c. vlt. vbi de hoc.

g Periculum ordinis.] s. depositionē quia pœna simoniacorum est depositio, vt s. eo. de hoc, & cap. insinuatum & s. de accu. inquisitionis. 1. respectu, Ber.

EX diligenti.] In prima parte ponitur supplicantis narra-

† Facit ad hoc gl. in l. si qs infūdi vocabulo ff. de leg. 1. & l. vnica. C. de muta. no.

† Ca. 19. e. ti. in 1. comp.

† Hæc pætiodus in codice Barbatiæ hēt ita. Vndè qm hn ōi obligatio illicita est, & φ salutē animæ tuæ nec non & suæ profectū exi ait, &c.

narratio, petitio, & obligatio. In secunda petitionis exauditio cum determinatione, & litterarum datio: ibi, Quocirca. Abbas.

CASVS. Archidiaconus Cantuarieñ. induxit quendam clericum, vt faceret ei fidelitatem, ita ꝙ ipse illi clerico bñficiū ecclesiasticū annis singulis exhiberet, cleric⁹ iste videns ꝙ hmōi obligatio illicita erat, petijt instanter à dño Papa absolui, dicens, ꝙ de p̄dicto bñficio nil amplius acciperet: Papa videns petitionē hmōi honestā, & fauorabilē, ipsum ab illa fidelitate absoluit, cū illud ɔ̄triū fuerit diuinis legib. & humanis, ita ꝙ à sacerdote discreto pœnitentiā accipiat: & ne nota infamiæ possit respergi, concedit sibi has litteras, quas possit ostendere i testimoniū suæ indulgētiæ ɔ̄ infamātes eū dē. No. ꝙ fidelitas ꝓ re spirituali acqrenda fieri non debet: quia simonia esset.

[Glo. seq. reci. per q. an obligatio, &c.]

tio[a] illicita, & cōtra tuæ salutis,[b] necnon, & suæ profectum existit, absolui à nobis instantius postulasti: adijciens, ꝙ ab eo deinceps nihil omnino[c] de beneficio acciperes cōstituto. Quocirca nos tuam petitionem honestam, & fauorabilem attendentes: te à præfati archidiaconi homagio† & fidelitate (præsertim cū hæc taliter præstita diuinis,[d] & humanis[e] legibus contraire noscantur) absoluimus:[f] ita quòd ab Episcopo, vel Sacerdote discreto,[g] pœnitentiam indè condignā recipias. ¶ Verum ne aliqua propter hoc nota, vel infamia[h] possis † respergi, absolutionis nostræ litteras tibi duximus indulgendas: quibus contra latrantium morsus tutus, & præmunitus existas; & quas in testimonium indulgentiæ nostræ valeas demonstrare.[i]

† hominio.

† Aliàs ita: possis in posterum respergi.

a Obligatio.] Obligatio ista turpis fuit, & illicita, iō neque de iure neque de facto ligat, s̄. de pact. c. vlt. & est illud munus ab obsequio indebitè impenso, vndè simoniam inducit. 1. q. 1. sunt nonnulli, & pro spiritualibus homagiū exigi non debet. j. de reg. iur. c. vlti.

1 De hoc plene B. Thom. 2. 2. q. 100. arti. 5. & Sotus li. 9. de iust. & iur. q. 7. art. 3.

b Contra tuæ salutis.] Iuramentum istud vergit in dispendium salutis æternæ: q̄a præstitum est pro re spirituali, pro ecclesiastico beneficio, vndè non potest seruari. s̄. de cond. ap. ca. si & s̄. de iureiu. si verò, & s̄. qd̄ met. cau. cum dilectus, & 22. q. 4. si aliquid. Alanus.

c Nihil omnino.] Aliàs certè piam agere non posset, s̄. de accu. inquisitionis, quia venia non datur nisi correcto. 24. q. 2. legatus. 23. q. 7. quemadmodum, sed pœnitere non potest nisi renunciet illud beneficium: vt dixi in prædicta decreta. inquisitionis.

d Diuinis.] idest, 2 canonicis: sic exponitur 3. q. 5. quam suspecti, & 1. q. 2. quam pio, & q. 3. si quis obiecerit, & cap. saluator, vel propriè, quia hoc est cōtra vetus, & nouum testamentum. 1. q. 1. qui studet.

2 Quo iure simonia sit prohibita, vide plenissimè expli. 2. tum Dñicū Sotū li. 9. de iust. & iu. q. 5 art. 2.

e Humanis.] C. de epi. & cle. si quenq̄, & in Auth. de san. epi. circa prin. §. sed neq; coll. 9 No. ergo ꝙ crimen simoniæ grauissimū reputat, ex quo diuinis, & canonicis, & humanis legibus condēnatur, ar. 1. q. vlt. c. vlt. li. e.

f Absoluimus.] ipso iure tamen absolutus erat: vnde expone, absoluimus, idest, absolutum ostendimus, & potius factum respicit talis absolutio. Tan.

g Discreto.] Nota verbū istud, ꝙ discretus pœnitarius est q̄rendus, q sciat soluere ac ligare, de pœn. dist. 6 qui vult, petita, & obtenta licentia prius ꝓprij sacerdotis: alias non debet fieri. j. de pœni. & remis. omnis, §. 1. B.

h Infamia.] Simoniaci. n. infames sunt. 1. q. 3. ca. vlt. Et hęc ē talis infamia, ꝙ nisi cū eo dispēset ꝑ principē, ad aliqd̄ ecclesiasticū bñficiū admitti nō 3 debet. quo ad Deū acta pœnitentia tollit, ar. 2. q. 3. §. hinc colligit.

3 Hæc Bern. opinio non placet hic Host. quem laudat I. A

i Demonstrare.] Aliàs nō crederet̄ secū fuisse dispēsatū, nisi ostenderet indulgentiā, j. de schisma. c. 2. Bern.

Etsi.] Diuiditur. In prima quærentis conscientiam à puritate cōmendauit, & scrupulosam curiositatē rephendit: In secunda, ibi, In hoc. factum narrat: distinguendo soluit, & concludit soluendo. Secundū ibi, Cum in. Tertiū ibi, Si ergo. In tertia principali, ibi, Qd̄ aūt, rñdet auctoritati, ex qua dubitatio īsurgebat. Abb.

¶ Idem Strigoñ. archiepo.

¶ Ordinatio, vel consecratio non censetur simoniaca, licet ordinatori, aliquid donatum fuerit non ex pacto.

CAP. XVIII.

ETsi† questiones tuas de feruore religionis ad nos pferri nullatenus ignoremus; non tamen tibi est in his vltra quam oporteat, dubitandum: cum leges humanę dicant, quod quidam tenui religione[k] sacramēta † etiam necessaria,[l] & legitima exhibere contemnūt: tenuem religionem vocantes, quæ † in talibus hæsitat,[m] vbi

CASVS. Quidā elect⁹ fuit in archiepm Strigoñ. & cōfirmat⁹: Papa ꝑ quēdā Cardinalē ꝑ mare euntē transmisit ei palliū: Frater illius electi occurrit obuiam Cardinali: & Cardinalis cum paucas equitaturas haberet, obtulit ei Palefrenū, ep̄o electo ignorāte, & recipiēte postmodū palliū ab eodē: postea archieps hoc intelligēs dubitauit, an esset sibi in aliquo imputādū: consuluit Papam sup hoc: & ipse rñdet, ꝙ in his vltra q̄ oporteat dubitare nō dētē: cū dicant humanæ leges, ꝙ qdā contemnunt sacra ēt necessaria exhibere, quadam tenui religione, dicentes tenuem religionem, q̄ dubitat vbi dubitādū nō est: & iō pro eo ꝙ frater eius Cardinali equum vnum illo ignorante transmisit, nullo modo ipsum dubitare oportet: cum paucas equitaturas veniens per mare secum haberet: quia in accipiendis muneribus, vel dandis, tria sunt cōsideranda. s. qualitas dantis & accipientis, & quātitas muneris, & tempus donationis, qualitas personarum, vt à quo, & cui, an a paupere diuiti, vel econuerso quantitas muneris. s. an magnum, vel paruum sit donū, tempus, an instante necessitate, vel alio tempore donetur. Si prædicta considerentur, non fuit magnum si frater ille equum vnum Cardinali donauit, quem histrioni etiam non petenti donaret; & potius hoc fecit necessitate inspecta, q̄ alia intentione; quod autem dr̄: Beatus qui excutit manus suas ab omni munere, de donis illis dictum est, quæ solent accipientes, vel accipientis animum allicere; in alijs, quæ accipientis animum non immutarent, Romana ecclesia interpretari consueuit, accipientem non delinquere, vel donantem. No. quòd non debet episcopus dubitare, vbi dubitandum non est. Item in donis dandis tria cōsiderantur, vt littera dicit. Item modica non præsumuntur aliquem immutare.

† Cap. 20. eo tit. in 1. cōp. & post Cōc. Lateran. sub Ale. iij. part. 50. c. 1. Vide Turrecrematā in c. sunt nonnulli. 1. q. 1.

§ Vide Host. in c. excōicamus. §. adijcimus, j. de hæret.

† In trib. Vaticanis ita: qui in talib. hęsitāt, &c.

K Tenui religione.] In lege dicitur, 4 ꝙ quidā subtili reuerentia tenti: vt nec verum iuramentum præstare velint C. de fide instr. l. vlt. ad fi. quandoque dicitur verecundia, vel timiditas, ff. de consti. pecu. illud. in fi. ff. de condi. instit. quæ sub conditione.

4 Alij alia afferūt iurisconsulti verba, sed nemo hactenus ea, quib. hic Pōtifex vi⁹ est.

l Necessaria.] Hæretici 5 etiā veritatem nolunt iurare; vndè eo ipso tanquam hæretici reputantur. j. de hæret. excommunicamus §. adijcimus, vers. si quis uerò.

5 Hic error fuit Vualdensiū, ut refert Eymeric⁹ in Directorio Inquisitor. p. 2. q. 14.

m Hæsitat.] Simile 24. q. 2. sanè ꝙ super, in prin. & s̄. de restip. cum contingat. Ber.

[Glo. seq. quattuor facit: ponit differentiam muneris ad donum. ponit per versus quattuor in muneribus attendenda, prosequitur demũ scptẽ, & recitat apophtegma.

a Dandis muneribus.] Aliud est munus, & aliud donum, ff. de verb. signif. inter donum. Muneribus dandis attẽdas quatuor ista. Quis dans, quisve petens, quę res, quæ cã petendi. Lan. considerari dẽt quid offerat. 19. dist. c. fin. Quale. 49. dist. cap. penul. & vltim. A quo ẽt ar. 3. q. 7. i grauib. Et pro quo 1. q. 1. dictũ est 2. Itẽ ad qd offerat de conse. dist. 2. & dixit. Qua intẽtione. 8. q. 1. in scripturis. Quantũ 17. q. 1. Ananias. Et hic considerat q̃titas ex persona dantis, & recipientis: Vnde Seneca; Quidã cynicus petijt à rege Antigono talẽtũ, rñdit rex, q plus est q̃ cynicus petere debeat, & sic fuit repulsus: petijt denarium cynicus, respondit rex quod minus esset q̃ deceret regem dare; & ita turpissimam cauillationem inuenit qua neutrum daret, cum posset dare talentum tãquam rex: & denariũ tanquam cynico.

b Equum.] Quandoque tamen sex solidi simoniam inducunt. j. eo. ex tuæ.

c Non petenti.] Et iõ gratis; vñ Seneca, Non gratis accipitur munus, quod petenti donat. vñ illud Apostoli: Beatius est dare q̃ accipere, 6. q. 1. ꝓditor, qui. n. donat aliũ sibi naturaliter obligat. ff. de peti. hæred. l. & si §. cõsuluit. & ille cui donatur, exhibere reuerentiã donatori compellitur, & obedire. 8. q. 2. illud qdã. vñ versus. Gratius ẽ donũ qd veniat ante ꝓces. Vin.

d Donaret.] Quod de iure fieri non debet, quia quod ioculatori donatur, arti nequissimę donatur. 86. dist. donare.

† &

† Vide Caietanum apud B. Tho. 2. 2. q. 115. art. 1.

† E glo. c. 33 refert Burchardus lib. 1. c. 113. Iuo par. 5. ca. 86 Ansel. li. 6 c. 75 Gratianus i c. sunt nonnulli, 1. q. 1.

non est aliquatenus hęsitandũ. ¶In hoc itaque q P. ꝑsbyter Cardinalis Apostolicę sedis legatus ꝓ electione tua, & vt palliũ tibi traderet, ad partes illas accessit, & frater tuus eius ꝓsciẽs necessitatẽ, ei equũ vnum te ignorante trãsmisit: qm̃ p mare veniẽs, nullas aut paucas secũ equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet: Cũ in accipiendis vel† dandis muneribus.[a] tria sunt maximè attẽdẽda: personæ. s. dantis, & accipientis qualitas: quãtitas muneris, & donationis tempus. Qualitas personarum, vt à quo, & cui, videlicet, an a paupere diuiti, vel ẽ conuerso, siue a diuite locupleti datũ fuerit: æstimatio muneris, & donationis tps, si magni, vel minoris pretij res data existat, & an istãte necessitate, seu alio tpe cõferatur. ¶Si ergo pdictorũ Cardinalis. & fris tui psonã, & qualitatẽ pẽsam⁹, nõ fuit magnũ ab eodẽ fre tuo, Cardinali equũ[b] vnum trãsmitti, quẽ ẽt ioculatori nõ† petẽti,[c] vir tãtus, & tam abundãs forte donaret.[d] verũ si tpis necessitatem ppendimus, nõ alia intẽtione[e] hoc cõstat factũ fuisse,[f] q̃ vt Cardinali subueniret in articulo ꝓnotato: & ini. ¶Qd aũt scriptũ† est. Beatus q excutit[g] manus suas ab oĩ munere: de illis donis dictũ est, quę accipiẽtis animum allicere, vel puertere solẽt: qm̃ † si ipsa ẽt persona electi offerat ordinatori, vel consecratori suo electuariũ, aut de vino, siue de alijs hmõi q̃† modici ptij[h] fuerint, & quę volũtatẽ recipientis inclinare, vel mouere nõ debeant, nõ tñ ecclesia Romana interpretari consueuit, accipientẽ in his delinquere, vel donãtem.

¶ Idem.

¶ *Abbas, & maiores de conuentu, si pro receptione monachi receperunt pecuniam ex pacto: & ab officio, & beneficio suspenduntur, & taliter recepta pecunia restituitur, & in aliud monasterium ita receptus transfertur.*

CAP. XIX.

VEniẽs† ad nos F. ꝑsbyter ꝓposuit, q Abbates, & Fratres sãcti R. noluerũt eũ in monachũ recipere, quousq; triginta solidos dare conuenit; conuentione aũt facta, sequẽti die eũ monasticũ† habitũ induerũt, & ijdẽ monachi trigita solidos, Abbas verò decẽ, & familia duodecim pro pastu, asserẽtes hoc esse de consuetudine[i] monasterij) postulariũt. ¶Qm̃ ergo factũ hmõi pniciosum vr: Mãdam⁹, quatenus si ita esse iueneris, Abbatẽ, & monachos ad restituen-

[Glo. seq. ar. per exteriora, & c. secundo à contrario litteræ arg. quod si, & c. duos casus ex ipsis.]

e Intentione.] Hic interpretatur Papa intentionẽ alterius pattis per exteriora, aliter non posset diuinare de intentione alieni cordis: quia nec etiã Paulus, licet spiritu Dei plenus fuerit, potuit diuinare. 22. q. 2. beatus, & sup. vt eccle. benefi. s. de nostro, & ff. ad l. Aquil. l. si puta tor, in fi. & quod dicit hic.

f Constat factum fuisse.] i. præsumitur, & est arg. q p exteriora præsumit de interiorib. s. de præsum. c. 2. & 3. & ita vr per istam istã ã cõtrã, q si alia intẽtione quã Cardinali dedisset, alias ñ datutus, nisi vt posset facilius expediri negotium fratris, licet eo ignorante, pjudicasset ei. 1. q. 5. prentium, nisi in odiũ eius hoc fecisset. j. eo. nobis, vel nisi eo ꝓhibẽte hoc fecisset. j. eo. sicut, & recurrẽdũ est i talib. ad intentionẽ, & ex intentione ista ꝯsiderant, & in incertis locus est coniecturis, & non in his quæ certa sunt, ff. de ver. obl. l. cõtinuus. §. cum ita, in fi. cum enim res certa est, secus fir. s. loc. sed addes §. 1. Ber.

g Qui excutit.] 1. q. 1. sunt nonnulli.

h Modici pretij.] q videlicet ad magna q̃titatem non produ cant, ff. de of. pro con. solent, in fi. & ff. de offi. ꝓsi. plebiscito, in his. n. interpretatur ecclesia simoniã non committi: quia non est verisimile, quod propter hmõi modica, aliqs moueret ad aliquid faciendũ. Be.

VEniens.] Prima pars ponit q̃relã ꝑsbyteri. Scda dat iudice, cui tria mandat ibi, Quoniam. Ab Si. CASVS. Quidã ꝑsbyter E. note, voluit fieri monach⁹ i quodam monasterio, Abbas, & Fres noluerũt eũ recipere in monachũ quousq; conuenit eis dare triginta solidos; facta cõuẽtione sequenti die receptus fuit i monachũ: monachi postulauerunt ab ipso xxx. solidos Abbas x. familia xij. ꝓ pastu, dicẽtes hoc esse de consuetudine monasterij: monach⁹ ille accessit ad Papam ꝓponens pdicta corã Papa: vnde mandat cuidã, quaten⁹ si ẽ ita, cõpellat Abbatem, & monachos ad restituendam pecuniam presbytero indigne acceptam; & eidem præcipiat, vt in alio monasterio in habitu monachali Dño studeat seruire. Abbatẽ, & maiores personas monasterij ab executione ordinis sui suspendens, ꝓ tantæ prauitatis excessu. Nõ pecuniam restitui monacho, quam dedit monasterio suo pro sua receptione.

i De consuetudine.] In hoc non valet consuetudo j. e. c. l. a. o.

† In vno manuscr. Vaticano ita: qm̃ ẽt si ipsa persona, &c.

† Aliàs ita: q modici ꝓtij fuerũt, ex quo voluntatem, &c. Sed nos vetustiora, & emẽdatoria, & oia Vaticana exemplaria secuti lectione impressam retinuimus.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cõp. Vide Turrecrematã, in c. statuimus decr. 1. q. 1. & B. Tho. 2. 2. q. 1. 10. arti. 3. ad 4 argu. & plenè per Syluestrũ in sum. verbo, simonia. q. 15. & de intellectu Couarruuiã in regula, peccatũ, par. 2. relectio. §. 1. in fine.

† mon. chalem.

j.c.Iacobus.& 1.q.3.c.vlt.& talis cōsuetudo dicenda est potius corruptela. j.eo.sicut pro certo.
a Restituēdam.] Ar.ꝯ.s.e.de hoc vbi habes quid iuris sit super tali restitutione facienda.
b Indigne.] simoniacè simile j.eo.tua.& s.de pac.c.vlt.Ber.

dam a † pecuniā præfato F. tā indignè b acceptam, compellas: & Abbatem, & maiores personas monasterij pro tantę prauitatis excessu, ab officij executione suspendens, d pcipias e dicto F. vt in alio monasterio, in habitu monastico Dño studeat deseruire.

¶ Idem.

¶ Si ordinandus pręsentatori suo aliquid dedit ex pacto, simoniacum est, non tamē deponitur, si est occultum.

CAP. XX.

EX † tuę fraternitatis litteris, & ex confessione sacerdotis præsentium latoris accepimus, quod cum ad sacerdotij ordinem non † aliter voluisset eum eius archidiaconus præsentare, sex solidos f soluit eidē, & sic ordinem ipsum per eum pręsentatus accepit. Vnde tibi sic duximus respondendum, vt si hoc non est publicum, sed secretum, eundem sacerdotem secreto g conuenias, monens sine vlla coactione propensius,

† De pęna simoniacorū, vide plene p Turrecremată loco pcitato. adde B. Th. 2.2.q.100.ar ti.6.

c Maiores.] Quorū consilio abbas regit, ar. 10. q.2.eps hēat. vnde grauius puniuntur.quia fuerunt auctores facti, q debāt hoc prohibere.ar. j. de cleri.exc.min.latores 24.q.3.qui alio rum.sim. j.eo.dilectus.vbi de hoc.
d Suspendens.] De pœna istorū regulariū q p simonia recipiunt & q. recipiunt, habes j.e. qm. Ber.
e Præcipias.] Ex eo quod dicit, pręcipias apparet, ꝙ mōachus fuit, alias nō præciperet: sed vr ꝙ nō deberet esse moniachus, quia istud esset contra substantiam monachatus.argu.s. de condi. appo.c.vlti.in tex. & in gl.q̄ icipit: qđ dr.ad fi.Bernar.

† Ca.3.eo.ti. in 2.cōpil.

EX tuę.] Primo ponitur cōsultatio. Secundo respōsio ibi. Vnde.Ab.
CASVS. Quidam cū vellet ad sacerdotij ordinem ascendere, accessit ad archidiaconū, vt eum præsentaret ad ordinem sacerdotis: qui noluit eū ad ordinē pręsentare, nisi prius sex solidos soluisset eidē, & sic ordinē ipsum per eū psentatus accepit. Episcopus diœcesanus, cui sacerdos hoc in secreto fuerat cōfessus, q̄siuit à dño Papa qđ de ipso psbytero eet agēdū? Rñdet Papa: si hoc est secretum, eundem sacerdotem moneat & inducat, ut ordinem alicuius religionis assumat, & perpetuo abstineat ab officio sacerdotis alioquin non debet ipsum ab officio sacerdotis coercere cum sit secretus eius excessus, pœnitentiam tamen secretam sibi iniungat. No. quod crimen occultum prælatus punire non debet: quia illud scit vt Deus non vt iudex.

† In codice Barbatię ita nō aliter voluisset eum su° archidiaconus psentare, nisi sex solidos solueret eidē, et sic ordinem ab ipso psentatus, accepit.

[Glo.seq no.quod quantitas, &c.& dat simil. signat contrarium, & soluit.
f Sex solidos.] No.quòd quantitas muneris diuersitatem iuris non inducit, 14.q.vl.c.vl. 1 & 1.q.1.iudices.& c.placuit.& 1.q.3.si quis prębendas. sicut in vsura quicquid sorti accedit, vsura est 14. q.3 plerique; & ca.etiā. alias est sub ca.plerique; j.de vsur.consuluit. Ar.ꝯ. s. e. si qōnes. Solu.intentio consideranda est.furtum.n.sine affectu furandi non committitur. 14.q.vl.c.vl. sic ēt est in simonia, vt dictum est. s.e.& si quæstiones.B.

1 Probat ꝙ i re modica ꝯmittiī furtū ad idē, s.de app.c. de appellationib. facit, 17.q.4 c.j.24.q.1.c di. 10.And.

[Gloss.seq signat contrarium de decre.&c. & sol.
g Secreto.] 2.q.1.si peccauerit.& 6.q.2.si tm.& s. de temp.ordi. ex tenore & cap.vltim. & j.eo. Matthæus.

& inducens, † vt ordinē alicuius religionis assumat, & perpetuo ab officio abstineat, quod illicite acquisiuit: Alioquin non erit tutum (cū sit secretus eius excessus) ipsum inuitum ab eodem officio coercere: h cui tm̄ secretam pœnitentiam, i secundum quod tibi visum fuerit iniungere nō postponas.

¶ Idem.

¶ Breue est nec potest breuius summari.

CAP. XXI.

AD † nostrā, & infra. ¶ Discretioni vestrę mandamus, quatenus p ministerio ecclesiastico k exercendo, siue pro vicarijs assignandis, seu pro chrismate nullatenus pecuniam exigatis.

¶ Lucius tertius.

¶ Cum simoniacè ordinato, qui simoniacus non est, dispensari potest.

CAP. XXII.

DE † simoniace ordinatis certū tibi nō possumus dare respōsū, nisi plenius cognoscam⁹ qualiter fuerit ordinati: cū quidam licet ſm quādam speciem simonię, vt pote ipsis ignorantibus

alias ꝓhiberi nō potest, vt dicunt iura p dicta. & hic. Sed contra ar. ꝙ coerceri possit, s. de tēp. ordi.ad aures vbi dr, q ꝯ uoluntatē platoru suorū subditi ꝓmoueri non debent: ergo eadē rōne dēnt abstinere: illud loquitur de regularib. q cōtra obedientiā sui Prælati ꝓmoueri non dēnt, nec habent titulum rōne cuius promoueri debeant, hic loquit de executione ordinis iā suscepti, à qua sine manifesta cā aliquis remoueri non debet.

† Vide Federicū d Senis ꝯs.140 & Geminianū in c. si pauper. d præb.di. 6.

[Glo. seq.ar.in cōtratium & remittit.]
h Coercere.] Ar. ꝙ simoniacus nō est ipso iure suspensus 2 ar. contra. s.eo.tāta. & 1.q.1.reperiuntur. De hoc dictum est s. eo.c.accusatum.

† Cap.3.eo. tit.in 2.cōp. Vide citatos in c.cū in ecclesiæ.& ca. veniens.s.e.

[Gl.seq. signat cōtrarium, & soluit.]
i Secretam pœnitentiam.] Ar.j.24.q. 2.legatur.& 2. j.7. quemadmodum. & arg. s.de acc.inquisitionis.& j. eo.Matthæus i fin.Sol.pnia quantum ad vitam æternā sibi dari non pōt, nisi recedat à peccatu: vt dīt iura pdicta: & de pœni. dist. 3.pœnitentes.& dist. 5.falsas.tū danda est ei, ne induresca in peccato suo, j.de pœnitent & remissio. quod quidam.& 97. di.si quis contristatus, ar.quia forsitan timore pnię citius renunciabit ad quod tenetur.1.q.1.si quis neque.Ber.

2 De hoc articulo videto latius hic p Ioannem An. & recentiores doctores.

† Cap. 18. eo.tit.i 1.cō. Vide magistrum sentē. & ibidē Doctores Theologos lib.4. dist 25.§.differt.& §. si simoniacę sit hæresis.

AD nostram.] CASVS. In hoc capitulo dr, ꝙ pro ministerio ecclesiastico, & pro vicarijs, & chrismate, nihil omnino accipiatur. No.ꝙ pro officijs ecclesiasticis nihil dari debet.
K Ecclesiastico.] s.eo.nō satis.cū in ecclesiæ.ea q̄. & j. eo.in tm̄.in quibus habes plenè de his, q̄ hic ꝓhibent.
DE simoniace.] Non diuiditur. CASVS. Quidam ordinati fuerant simoniacè: quęsitum fuit de his quid esset agendum: Papa rñdet, super hoc certum non possumus dare responsum, nisi primo sciamus qualiter fuerint ordinati: quia ſm quandam speciem simoniæ quidam licet simoniacè sint ordinati, vtpote ipsis ignorantib. simoniaci nō sunt, & illi dispensatiue pnt i suis ordinib. remanere. No ꝙ qui simoniacè ordinati

sunt ipsis ignorantibus, non sunt simoniaci, cum quibus possunt episcopi dispensare.

a Remanere.] Dispensatiue: quia de iure renunciare tenentur, postquam hoc sciuerint, vt prima quaestione quinta, praesentium. & j. eod. de regularib. & c. ex insinuatione. & c. nobis. & s. de elect. c. pe. Et et post liberam resignationem potest episcopus cū talibus dispensare, vt in eisdē ecclesijs recipiantur, vt dicit c. praesentium, & j. eo. ex insinuatione. Cū illis verò qui simoniam commiserunt, vel eis scientibus est commissa, episcopi dispensare non possunt, sed solus Papa. j. eo. nobis. in fi. & c. pen. De hoc plenè not. supra de renun. post translationem. Bernardus.

& non ꝯdicente pecunia data est, simonia est; non obstante voluntate turbata siue coacta, q2 voluntas turbata siue coacta, voluntas est. s. de elec. cum inter R. nisi ex toto esset mente alienatus, 15. q. 1. merito. & ei est imputandum. 14. dist. q. d. ait. q2 malorū mores infirmitas animi non excusat. C. si aduersus delictū. l. 1. si verò prohibuisset: quā cito hoc intellexerit, non imputaretur ei. j. eod. sicut. Et est ar. ꝙ turbata voluntas, volūtas est sicut coacta. s. de elec. cum inter R.

[Gl. seq. recit. per q. quare Papa non ꝓhibet. &c.

simoniacè ordinentur, possunt (quia simoniaci non sunt) in suis ordinibus remanere. a

¶ Idem.

¶ Si cōtradicens electo, pro pecunia de voluntate electi tradita à contradictione cessat, electus postea cōsumatus, est simoniacus, & beneficio renūciare tenetur.

CAP. XXIII.

MAthaeus † Cardinalis secreta nobis insinuatione mōstrauit, ꝙ cū fuisses ad ecclesiae tuę regimen de voluntate maioris b partis fratrum electus, paucis c tibi cōtradicentib. quidam amicus tuus de conscientia tua, & volūtate turbata, ei, qui magister discordię videbatur, certę quantitatis munus soluit, & sic contradictio conquieuit: nūc autē dubitas, quod non sis à labe simoniae prorsus immunis, donec in administratione volueris remanere. ¶ Quia igitur consiliū requisisti, quid tibi sit faciendum: respondemus, quod multum tibi consulis d si administrationē celeriter e ac sponte f dimittas, illius verbi memor existēs: Nihil prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur.

¶ Idem.

¶ Pro absoluendo excommunicatum pretium aliquod exigi non debet.

CAP. XXIIII.

AD † aures nras peruenisse nouetis, ꝙ cū C. de Seneuilla pp pecuniam, quam debebat, vinculo fuisset excōmunicationis astrictus, creditoribus satisfecit, sed ab excommunicatorib. decem libras pro absolutione quaerentibus, non valuit absolutionis g beneficium obtinere. ¶ Quoniam igitur indignum est, & ecclesiasticę rationi contrarium, vt absolutionis beneficium redimatur: Discretioni vestrae mandamus, quatenus si praefatus C. debitum soluit, ipsum gratis faciatis absolui, si excommunicatores id non fecerint requisiti.

Clemens tertius.

¶ Monachi per simoniam recepti, si sunt simoniaci, ad arctiora monasteria transferuntur: aliàs post renunciationem in eisdem, vel in alijs monasterijs eiusdem ordinis poterunt collocari.

MAtthęus.] Cōis diuisio: Secūda pars, ibi, Quia igit. Abbas.

CASVS. Quidā electus fuit ad regimen cuiusdam ecclesiae de voluntate maioris partis, paucis contradicentibus: quidā amicus illius de uoluntate electi turbata, quandam pecuniam soluit illi, qui discordiam faciebat: & sic cōtradictio quieuit, postea dubitans ꝙ simoniā commisisset, p Cardinalē istū factum secretè dño Papae intimauit, petēs super hoc cōsiliū salutare: & Papa respondet ei dicens, ꝙ multū cōsulit sibi si administrationem spōte dimittat, memor existens illius verbi: Nihil prodest homini si uniuersū mūdū lucretur: animę verò suę detrimētū patiatur. No. ꝙ turbata volūtas non excusat.

b Maioris.] Vnde valere debebat electio sua nō obstante aliorum ꝯdictione, nisi aliqd rōnabile opponeret. s. de his quae fiunt a maio. par. cap. cum in cunctis. de hoc not. sup. de elect. c. ecclesia vestra. 2

[Glo. seq. recit. per obiec. si contradictores erant pauci, ergo iniuste vexabāt: licuit igitur redimere, licet pauci, &c.

c Paucis.] Licet pauci essent, poterant tn̄ se opponere, quia forte erāt cōtempti. s. de elec. ꝙ sicut. & c. venerabilē, vel aliam exceptionem poterant opponere electo: forte quod erat maritus corruptae, & ita ius habebat ꝯdicendi: vnde nihil eis dare debuit, & quia eo sciente

d Consulis.] Hoc ideo dicit, quia etiā peccatum occultū erat, vnde illum expellere non poterat prohibere, nisi consulēdo. s. de tēp. ord. ex tenore, & c. vl. & s. eod. ex tuę. vbi de hoc. & licet dicat, consulis: necessitatē tn̄ īportat, si vult saluari, quia nisi renunciet, saluari nō pōt, vt dixi. s. eod. ex tuę. in fi. & hoc idē dicit littera in fi. g & illud est salubre, seu salutare consilium.

e Celeriter.] idest, incontinenti, q2 quāto rem amplius contrectat, tanto grauius peccat. s. eod. cum in ecclesia. sicut fur, qui semp est in mora. ff. de cond. fur. l. re furtiua. §. 1. & l. vl. Ber.

f Sponte.] 1. q. 1. si quis neque.

AD aures.] Primo ponitur querela, Secundo iudicis datio, ibi, Quoniam. Abbas.

CASVS. Quidam C. nomine ꝓpter pecuniam quam debebat excōicatus fuit, q2 eā ad terminū nō persoluit: & tandem creditorib. satisfecit. Sed absoloñis bñficiū hr̄e nō potuit ex cōicatorib. qrētib. x. li. p absolōne: ꝙ q̄stus fuit ille Papae, vñ mādat q̄busdā quatenus si pdictus C. debitum soluit, ipsū gratis absolui, si excōicatores requisiti ipsū non duxerint absoluēdū. No. ꝙ absolōe gratis est impendēda, cū sit qd spūale.

[Gl. seq. primo reddit cāmandādo q̄re & soluit. terno declarat interesse, partis, vel iudi. is. sic non ꝓhiberi.

g Absolōnis.] Bñficium absolōnis, cū sit eccl'asticū ministeriū & spūale, nihil est exigēdū pro ipso p̄stādo, s. e. ad nrām, & c. nemo, & c. cū in ecclesiae. & ideo qui periurium pro ipso recipit simoniacus est. 1. q. 3. non solum, & c. quaesitum. Sed illud potest dubitari, vtrum si dedisset aliquid pro absolutione, simoniam commiserit

etiā

† Dispēsatione Papali, si simonia fuit in ordine, & ē manifesta. sed si ē occulta, dispensat eps s̄m Al. Lau. & Tan. Arg. s. e. ex tuę s̄m Hos. Ioan. And.

† Ca. 3 r. eod. tit. in j. com. & post cōci. Lat. sub Alex. iij. p. 40. c. 4.

Matth. 16. Luc 9.

b Dicit Inno. contra ꝙ ... ista, vel ... esset ... dictio, ... ratum ... re nō licuit, & remitt... s. de elec. ... Ioan. And.

† Ca. 4. e. tit. in 2. com. vide S Tho. 2. 2. q. 100. ar. 2.

g Facit ꝙ no. s. de aeta. & qual. ad aures. in vl. gl. Io. And.

tat: Et potest dici ꝙ non, quia iniustè absolutio denegatur sibi ex quo satis fecit cum vexationem suam redimat. i infra e.c. dilectus. vbi de hoc. vnde non posset ab eo legitimè appellari; cum graue immineat animæ periculum. arg. s. de app. vt debitus. Nihil ergo directè iudici pro absolutione dari debet: secus si aduersarius propter illius contumaciam fecit sumptus: quia illos soluere debet antequam absoluatur supra vt li. non contest. quoniam. §. in alijs. & idem credo si propter hoc iudex fecisset sumptus propter contumaciã excommunicati; illos refundere debet antequam absoluatur; quia non dantur intuitu absolutionis ar. j. de senten. excõ. sacro. vt puta cum iudex procedit ex officio no. s. de appel. cum speciali. sed si iniustè illum excommunicasset, sine omni difficultate absolui debet absque grauamine. s. de senten. excõ. sacro. Bernard.

i Vide in simili Turrecrẽ. in c. q̃ sitũ, r. q. 3.

† Cap. 7. eo. ti. in 2. com. Vide oino Turrecrematã in c. statuimus decretũ 1. qu. 1. & alios, quos citaui in ca. veniens, sup. e.

CAP. XXV.

DE † regularibus canonicis seu monachis nos consulere voluisti, qui per simoniam ingressum ipsis scientibus habuerunt. Vndè cum super hoc auctoritates [a] multæ reperiantur expressæ, non aliud, quam statutũ est respondemus: vt locũ, quem taliter [b] adepti sũt omninò dimittãt, [c] & solitudines, seu alia monasteria districtiora adeant: in quibus tam exectabilẽ excessum, sine itermissione deplorẽt. Si autẽ ignorantibus [d] ipsis pecunia data fuerit, cogas eos ad renunciandum [e] loco eidem: & postmodum in ipsum [f] reducere, †(si ibi absque scandalo potuerint remanere) vel ĩ alio, qui sit de ordine ipso, ad seruiendum Deo, poteris collocare.

DE regularibus.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio; ibi, Vnde. Abbas.

† Redire, legitur in plerisque uulgatis, sed in oĩbus antiquis reducere, qđ agnouit Hostiẽ. dũ ait, reducere poteris, ꝙ ẽ j. in fi. l. dispensatiuè. hæc ille. verbũ ergo, reducere recipiat verbum, poteris.

plicite, a † aut criminaliter † accusetur & vtrū agatur sm iuris rigorē, an sm temperantiā æquitatis. Itē vtrum ipse sit regularis, qui iam renūtiauerit mūdo, an secularis, q adhuc in mundo existit: & an inferioris gradus, an excellentioris b sit dignitatis. Ad hæc, vtrū ante fuisset claræ opinionis, & bonæ famæ, an grauiter infamatus c & valdè suspectus: & vtrū de facili possit puniri, an sine scādalo d nequeat cōdēnari. Præterea vtrū testes sint honesti, an criminosi: & an sint emēdati de crie, an adhuc in crie pseuerēt. Rursus si cria sint eadē, vel minora, e an paria, f vel maiora: vtrū vè testes ex zelo iustitiæ, an ex malignitatis fomite g deposuisse credantur. Denique vtrū ad prauitatē simoniacā detegendā sola dicta testiū inducātur, an alia ēt adminicula h suffragētur. Hæc i ia sunt ad intelligētiā illius epistolę distinguēda. 1 Ille q dē Pōposianus Abbas, q iā pridē renūtiauit mundo erat de simonia, piurio, dilapidatione, ac insufficiētia k grauiter infamat⁹. Cūq; p monachos, q iurauerant phibere testimoniū veritati, simonia multis mōs videt esse pbata; ipse cōtra testes multas exceptiōes opposuit, cōspiratiōes l videlicet, inimicitias capitales furtū, & adulteriū, vt eos à testimonio remoueret. Nos verò (ne innocētiæ puritas confusa succūberet: vel simonię prauitas effugeret impunita) illas dūtaxat exceptiones pbandas admisimus, qbus fortè pbatis, testes nō zelo iustitiæ, sed malignitatis fomite pcessisse cōstaret: vt cōspiratiōes, & inimicitias capitales; m cæteras aūt exceptiones, vt furti, & adulterij n pp immanitatē hrsis simoniacæ (ad cuius cōparationē cætera cria quasi pro nihilo o † reputantur) duximus repellēdas; qm & si pbatæ fidē testium debilitarent p in aliquo non tamen euacuarent

æquitate, sed non de rigore, & cum alijs adminiculis. & hoc intellige in testib. ad accusandum vero ibi admittuntur infames contra illum, qui est malæ famæ: vt ḡ. eo. tanta. fo.

K Insufficientia.] Propter insufficiētiam remoueretur Prælatus ab administratione ḡ. de æta. & qua. c. vlti. & 18. q. 2. siquis. Abb.

l Cōspirationes.] conspiratio. n. grauissimū crimen est: ita q meretur deponi, 11. q. j. c. coniurationū & c. cōspirationū. & ibi in subuersionem status alterius, conspirant, vñ tanquam inimici repellendi sunt, & eis consentientes: vt capitulis pdictis. & ḡ. de re iudi. cum I. & A.

[Glo. seq. tractat quod inimicitiæ non capitales non repellunt à testimonio, s d fidem minuunt. Et quid si facta fuerit reconciliatio

m Inimicitias capitales.] 2 Propter alias verò non remouetur qs à testimonio. 4. q. 3. §. itē in criali. ibi tū nō determinat de qua inimicitia, & ff. de arbi. licet. Insti. de excu. tu. § inimicitiæ. & leuis offensa nō admit legatum. ff. de adi. leg. l. 3. §. nō solum. in fi. sed minor fides eis adhibetur. in Auth. de testi. §. si verò qs dicat, col lat. 7. C. de testi. auth. si testes pductus Tñ si inimici & cōspiratores redeāt in amicitiā, post reconciliationē vī q possint admitti: qa & legatū p capitales inimicitias vel alias grauissimas interuenientes adimitur: sed si redeant in amicitiam, redintegratur legatum. ff. de adi. leg. l. 3. §. non solum. in fi. & l. seq. ita tñ q non in eo negotio vel causa pro qua conspirauerunt, & reconciliatio non sit recens. arg. 3. q. 5. accusatores. Ber.

2 De materia hui⁹ glossæ. vide plenissimè per Antoniū Gomeziū tom. 3. varia. resol. c. 12. & q dixi latissimè li. 3. cōment. in Director. inquisito. schol. 33. & scho. 123.

† De grauitate simonię i cōparatiōe ad hæresim, & alia crimina, vide late Turrecremata in c. eos. j. q. i. adde B. Th. 2. 2. q. 100. art. 1. ad primū argumentum.

g Ex malignitatis fomite.] hoc dicit propter inimicos capitales, & conspiratores, qui non debent admitti: vt j. dicitur Ber.

h Adminicula.] qa sine alijs adminiculis & præsumptionibus viles testes in crie simoniæ non sunt audiendi, quia vilibus sine 1 tormentis credi non dēt. 4. q. 3. c. si testes. §. si aūt ea rei: & 2. q. 1. in primis. & qa a tormētis non est incipiendum. ff. de quæst. l. 1. & ḡ. de reg. iur. cum in contemplatione. Tan.

i Distinguenda.] hæc est intentio præcedentium distinctionum aut n agitur criminaliter, aut ciuiliter: Si criminaliter, tunc testes criosi ēt in exceptis criminibus ɔ neminem audiuntur, siue accusatus sit bonæ famæ, siue malæ. Si verò agitur ciuiliter tunc contra secularem platū nō sunt audiendi vel admittendi criosi testes: nisi sint emēdati de crie & tunc admittuntur de æquitate, non de rigore: nec ēt tunc audiuntur, nisi adsint alia adminicula; sed contra regulares Prælatos infamatos inferioris gradus, admittuntur criosi, si ciuiliter agitur de

1 Vide Iulii Clarum in pract. crimi. q. 21. versic. scias ēt, & Simancam in catho. instit. tit. 64. de testibus.

[Glossa sequens quærit de periuro, an admittatur. sol. quòd non.

n Furti & adulterij.] 3 Et sic opponebantur minora crimina. Sed nunquid periurus admitteretur? Dicēdum est quod non, quantumcunque sit emendatus: quia qui semel est periurus, ad iuramentum amplius non admittit. 22. q. 5. paruuli. & ḡ. de præsum. li. teras. 2 q. 7. non potest. quia psumitur quod iterum deieraret. arg. ff. de acc. si cui, §. ijsdem. & 6. q. 1. quicunque, & est expressum. ḡ. de testi. testimonium. Ber.

o Pro nihilo.] vt 1. q. vlt. c. vlt. & ḡ eo. tanta. Ber.

p Debilitarent.] & ita testis qui fuerit criminosus, licet sit emendatus, non facit plenam probationem, nisi adsint alia adminicula criminosus. n. semper hēt caput vulneratum. 1. q. 1. ventum, quia & si pena. Icet.

3 Dicit Hostiēsis hanc gl. intelligē dā qñ de alijs crib. agit vl de crimine ɔ nō simonię nō infama tū: aliastales admitterēt, vt sequit. Io. Andr.

niteat, q̃dã cũ irregularitas manet, quę non abolet ur per pœnitentiã s o di illud. n q 7 si quis omnẽ, & a1q. 3. c. En themiũ. § hinc colligit. Lau. Debilitaret ẽt dicta alijs testiũ si hæc ꝓbaret, sed hæc nõ ꝓbantur quia alia adminicula aderãt: aliàs si nulla fuissent adminicula, non sufficerent dicta eorum. & est ar. ꝙ nõ dẽt quis admitti ad probandum quo probato, non prodest. C. de proba. an proba tionẽ. simile, s̃ d of. dele. cum contingat.

a Ex toto.] Cũ iã essent emendati de crie. & dic, p̃sertim. i. tm̃. nõ. n. crederem testem infamẽ esse admittendum cõtra infamatũ nisi alia p̃cederent: cum à tormentis non sit incipiẽdum, j. de reg. iu. cum in contẽplatione. nec tales admittũtur sine qõne. 2. q. 1. in primis ad fi. & 5. q. 5. illis qui. Lau.

b Præsertim. j. idest, tantum. 1 ſm alios tenetur propriè.

c Emẽdati.] si enim testis emendatus est d̃ crie, admitti dẽt si ciuiliter agitur; vt

ex toto,a alijs adminiculis suffragatib⁹, p̃sertim b cum testes de crie fuerint emẽdati.c ¶Tales igit cõtra talem d taliter e duximus admittendos: non secũdum rigorem iuris, sed secundum temperantiam æquitatis. cum ageretur nõ criminaliter, vt deponeretur ab ordine, sed ciuiliter,g vt ab administratione amoueretur h tanquam immeritus & damnosus. Et vtique tales Prælati ex leuiorib. i causis possunt ab administrationibus amoueri, k sicut quorundam religiosorum approbata consuetudo deposcit.

a De hac expositione uide plures 3. cor. 12. dist. illud. Io. A.

hic patet. & ar. 50. dist. quia sanctitas, & cap. dño sancto: & hoc verum intellige, si ex illo crimine non comitetur infamia, & nisi in crie periurij qui ẽt si sit emendatus, non admittitur. sup. de testi. testimoniũ. sed si criminaliter agitur, non admittitur ẽt si sit emendatus: vt in decre. testimonium, & 6. q. 1. qui crime. hĩc ex hoc vr̃, ꝙ si testis cui objicitur crimen, vt repellatur, vult probare se emendatũ, ꝙ debeat audiri, cũ iã non sit criminosus. s̃. de excep. denique vbi de hoc. & ar. 3. q. 7. qui sine.

d Tales igit. s̃ talem. n.] s. regularem inferioris gradus & malæ opinionis, qui de facili p̃t puniri: qualis fuit ab bas iste: & respicit secundã distinctionem, supra ver. item vtrum ipse regularis. &c. pro altera parte tantum.

e Taliter.] s. ciuiliter, cum agitur in modu inquisitionis ſm tẽperantiã æquitatis, prout sequitur in lr̃a: & respicit primã distinctionẽ. sup. circa prin. ver. vtrum is, &c. & ita tales testes contra talem prælatum admittuntur cum ciuiliter agitur ſm æquitatem: ergo à contrario sensu colligitur, quod si agatur criminaliter, aut ẽt ciuiliter ſm rigorẽ, s̃ regularẽ, & infamatum, vt dictum est, non admittuntur tales testes qui nõ sunt emẽdati, etiam cum alijs adminiculis in crimine excepto, & multo minus si agitur contra secularem ẽt ciuiliter, & ẽ.n æquitatẽ, quia tunc tales testes non admittuntur: & sic maius est priuilegium clericorum q̃ monachorũ; quia in eodem mõ agendi alij testes admittuntur s̃ clericos, & alij s̃ monachos. ar. 16. q. 1. c. legi & c. alia est cã. 93. di à subdiacono. Sed ar. contra. 2. q. 1. in primis, vbi indistinctè dicit non distinguendo inter regularem & secularem: sed illud loquitur in accusatione. Et sic patet, ꝙ si agatur criminaliter s̃ secularem, aut ẽt regularẽ infamatũ de crimine simoniæ, siue de crimine excepto: tm̃ honesti testes admittuntur, & sufficit si sint emẽdati, & hoc de æquitate. vr̃ tñ per decr. Greg. ꝙ de iure & nõ de æquitate admittendi sunt test. emendati, ẽt sine alijs adminiculis cũ agitur ciuiliter de crimine, si ne aliqua distinctio. sup. de testi. testimonium 2 ergo in simonia multò fortius, cum sit crimen exceptum, qui in alijs sunt admittendi testes emendati, nisi in per

a Argumentũ ad hoc in l. quod Labeo. ff. ad Carb. & ibi Doctores.

ciutio, vel nisi eos infamia comitetur, vt ibi dr̃, nisi tu velles eã reducere ad æquitatẽ, ſm istã. Sed s̃ potius vr̃. vt ipsa reducatur ad illã tanq̃ ad posteriorẽ. n. ff de leg. non est nouum: & sic non habẽt locũ præmissæ distinctiones. Vltima pars primę distinctionis tollitur, s. vtrũ agatur secundũ iuris rigorẽ, &c. & sic remanet vtrum agat̃ criminaliter an ciuiliter, vt si ciuiliter, admittantur. test. s emendati ſm tenorem illius decr p̃ lr̃æ. Secunda dist. tollitur ex toto, s. vtrum ipse sit regularis, &c. & illa distinctio q̃ sit, circa personas testium, remanet Ergo hoc remanet inquirẽdũ, vtrũ agatur criminaliter vel ciuiliter de crie, & vtrum testes sint honesti, quib. crimina objici non pñt, vt illi tm̃ admittantur, si criminaliter agit, aut fuerint crio si & emẽdati; vt si agit de crie ciuiliter, illi bñ admitti pñt ſm decr p̃dictã. & sic dissi ultas huius decre. parũ valet. V el dic 3 ꝙ illa dec. testimoniũ, intellr̃ cum agitur ciuiliter, & de crie non excepto, & tũc de iure cõi tm̃ testes emendati de crie recipiuntur: hoc intelligitur cum agitur de crie excepto simoniç. s. ciuiliter: & tunc recipiuntur testes viles & infames s̃ infamatos, de æquitate, & non de rigore: qualis fuit iste abbas, s̃ quem tales testes recepti fuerunt de æquitate tantum, cum alijs adminiculis: vt hic patet. ar. opt. s̃. de testi. c. vlt. Et hoc dicit Tã. & Io. Lau. s̃ vt ẽ in nota. cum iam essent, &c. & istud, p̃sertim, ſm Io. & Tã. ponitur comparatiuè. Lau. exponit, p̃sertim. i. tantum, & sic vtraque decr. remanet in suo loco. & hoc innuunt ista verba. Tales contra talem taliter duximus, &c & dic tales. i. viles & criosos: cõtra talem infamatũ & irregularem: taliter. s. ciuiliter, de æquitate & non de rigore.

Vndè prędictus Ab. non expectata sententia, quasi malè conscius sibi cessit.l

§ Item abbati lemblaceñ.

¶ *Non impugnatur electo confirmato si eo prohibente, pro ipsius confirmatione pecunia data fuit.*

CAP. XXXIII.

SIcut † tuis litteris intimasti, cum in lemblacẽ. ecclesia fueris monachus, illuc tandem promotus ad regimen ecclesiæ Floreñ. † verum Abbate lemblacen. post sublato de medio: ipsa quæ te prius filium habuerat, in patrem per

† lãbaceñ.

† Temblacen.

† Cerablacen. †

† Cap. 3. eo tit in 3. cõ Et uide præter ris hic Henricum Boic. & extrauagãtem Pauli secundi, incip. Cũ detestabile. & Cassadorum deci. 1. tit. de simonia.

† Florinen.

3 Intellectª ca. testimoniũ, sup. de testibus.

f Duximus admittendos.] Verba ista sic expone ſm Lau. tales s. testes emẽdatos de crie furti, adulterij, & consimilium criminum, q ex charitate testificantur sine alijs adminiculis, ſm Lau. vel si non sunt emendati, admittunt cũ alijs adminiculis: vt dr̃ in fi. gl. ſm alios: & respicit distinctionẽ. s̃. ver. p̃terea. & ver. verum ne testes pro altera parte, & sequentem ver. denique.

g Ciuiliter.] quo casu admittuntur mulieres, supra de test. quoniam. & ca tam litteris. Ber.

h At, administratione amoueretur.] ſm Euangelicam veritatem. sup. de accu. qualiter.

i Leuioribus.] sic. sup. de accu. qualiter, in fine: q a non ita pingue ius habent regulares sicut seculares, arg. sup. de statu mona. cũ ad monasterium. ar. eo. tit. cap. 2. in fi. vel potius quia non est tantum scandalum pro remotione regularis, sicut sęcularis: & hoc est de cõsuetudine approbata, vt dicit in fi. cap. Tan.

K Amoueri.] vbi q̃s remouetur pp fraudẽ, infamis est. secus si pp simplicitatẽ. ff. de suspe. tut. l. 3 § q ob segnitiẽ. & C. e. tit. l. vlt. nisi sit patronus. Inst. de susp. tu. in prin. si verò non exprimat an p fraudẽ vel p simplicitatẽ aliqs amoueat, nõ ẽ infamis ff. e. hæ. n. cãç V.

[Gl. se. qrit an pp cessionẽ inquisiti desistat iudex, &c.

l Cessit.] & ita qui timore probationis cessit, non

4 Hoc verũ ſm Hostiensem nisi auctorando, id est, degradãdo, sit amot⁹ tũc. n. infamis ẽ, etsi ei ignominiæ non ad datur. ff. de his qui no. infa. l. 2. § ignominiæ. Ioan. And.

non habebit aliqđ priuilegiũ.ar.34.dist.c.vlti.Sed nun q̃d iudex dẽt desistere ab inquisitione pp ipsius cessionẽ?arg.ꝙ non ff.de iudi.si quis postea.Arg ɔ̃. ff. de suspec tut.l.post finitã.quia nec dolum facit,qui rem deserit,vt litem effugiat.ff.de alie.iu.mu.causa fac.l.item si res.§.1. & q̃ diffidit de iure suo, licitè cedit liti.s̃.de postu.p̃la. bonæ & iã finẽ inquisitionis cõsecuti sunt inquisitores: quare nõ debẽt amplius procedere inquisitores,nisi vt habeant ratam cessionem.& sic s̃.de elect. dudum.in fi. Ber.

1 De hoc articulo. uide amplius hic per Hostiensem. Io.An. & alios.

Sicut tuis.] In prima ponitur consultatio: In secũda rñsio;ibi, Quamuis. In tertia parte ponitur quędam determinatio: ibi,Illos.Abbas. CASVS. Vacante ecclesia Iemblaceñ. quendã monachum suum virum prouidum & discretum elegerunt in abbatẽ: & quia Leodiẽ.ecclesia cathedralis pastore carebat, ad Coloniẽ ecclesiam metropolitanam ipsius accessit, & de sententia ipsius interim ministrauit:& in monasterio Iemblacen.postmodum in Leodieñ.ecclesia fuit institutus episcopus, qui requisitus ab ipso electo,electionem ipsius noluit confirmare;sed comperto quod hoc fiebat pro extorquẽda pecunia,protulit excommunicationem,ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia persoluatur;& qui contrafaceret,esset excõicatus:Sed quidam de fratribus eius eo ignorante promiserunt pecuniã,& persoluerunt,& sic ab epõ inuitatus confirmationem & institutionem accepit ;postmodum peruenit hoc ad notitiam abbatis ipsius;dubitauit,an posset licitè ministrare in offõ abbatiæ;qu siuit à dño Papa q̃d facere deberet? Rñdet Papa; licet s̃m canones ẽt paruuli;qui cupiditate parentum ecclesias per pecuniã sunt adepti,eas dimittere teneantur;tñ quia aliud est & longè diuersum,non p̃bere consensum,& aliud est expresse ꝓhibere, nihil dẽt sibi ad pœnam & culpam imputari,ex eo ꝙ ɔ̃ prohibitionem & voluntatẽ suã, i qua postmodum non recessit,alius pecuniam soluit eo ignorãte; præsertim cũ ille non sit ei aliqua consanguinitate coniunctus.nisi postea consenserit soluendo pecuniã promissam.aut reddendo solutam.Alioquin contingeret,ꝙ factum alicuius parantis insidias inimico suo,ei damnosum existeret,cui omninò displiceret, & sic aliquis de dolo suo commodũ reportaret.Illi verò qui pecuniam dederunt,aut ei recepe run';intantum culpabiles sunt,ꝙ si eorum excessus manifestus eẽt ecclesiæ,pœna essent canonica feriendi.No. primo ar.ꝙ ecclesia vacante potestas confirmandi electiones prælatorum non pertinet ad capitulum,sed consuetudini statur.Item electus in abbatem & confirmatus põt excommunicare.Item si pecunia soluatur ɔ̃ ꝓhibitionem electi, ei nõ obest, nisi postea consentiat ipsam soluendo.Item ꝙ ab initio non nocebat, tractu tp̃s per consensum sequentem imputatur, & sic ratihabitio retrotrahitur in maleficijs,& mandato comparatur.Item dolus vnius,alteri obesse non debet, nec sibi prodesse.

a Canonicam.] Hic habes expressè, quod electio põt fieri de aliena ecclesia.De hoc no.s̃. de elect.cum inter canonicos.

electionem canonicam[a] te vocauit : & quia pastore carebat Leodiẽ. ecclesia cathedralis, ad Colonieñ.[b] ecclesiam (quæ tua est metropolis) próficiscens,ipsius auctoritate in Iemblacen. ecclesia interim ministrasti Cęterum postquam in Leodieñ.ecclesia fuit episcopus institutus is a te requisitus, electionẽ de te factam noluit confirmare. Verum cum hæc fieri pro extorquenda pecunia comperisses: sub interminatione anathematis[c] vetuisti,ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur. Sed quidam de fratribus te inconsulto & ignorante, contra excommunicationis à te factæ sententiam venientes, promiserunt pecuniam,& etiam exoluerunt:[d] & sic ab episcopo inuitatus, institutionem ab eo accepisti liberè quemadmodum postulabas:& infra. ¶ Quãuis autem s̃m sacrorum canonum[e] instituta, ẽt paruuli qui cupiditate parentum ecclesias p pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur : quia tamen longè diuersum est non præbere[f]

[Glossa sequens obijcit & contra obiec.arguit.secundo fatetur obiec.& illi respondet.

b Ad Coloniensem.] Sed quare hoc? nonne capitulum ecclesiæ cathedralis potuit eius electionem confirmare:& ei dare licentiã ministrãdi? Arg. quod non. 71.distin. fraternitatem 24 di. presbyteri. sed verum est quod vacante ecclesia, capitulũ põt hmõi electiones cõfirmare.s̃. de maio.& obed. cũ olim. vbi de hoc; sed hoc põt esse de consuetudine metropolis ecclesiæ,ꝙ ad metropolitanum accedant.B.

[Gl. seq.arg.quod confirmatus, &c.secundo quod per hoc verbum,sub intermi natione, &c.exponit & remittit.

c Sub interminatione anathematis.] Arg.ꝙ abbas confirmatus possit excõicare:quod verũ est. & Prior ẽt s̃. de maio. & obed.cũ in ecclesiis. Et hæc fuit s̃nia excommunicationis, & non a comminatio, vt sequentia probant: & sic est hic argumentè, quod per talia verba prohibeo sub interminatione anathematis, vel sub excommunicatione, feratur sententia. argumento ad hoc: supra de locato.capitulo primo, & infra de eo qui fur.ord. rece.capitulo primo. Sed dicas, quod excommunicatio non fuit facta sub hac forma verborum, sed expresse excommunicauit qui contra facerent, sub hac forma quicunque soluerit aliquid , illum excommunico & ita sub interminatione excommunicationis factæ sub conditione lata fuit hæc sententia ;: & sententia excommunicationis sub conditione potest ferri , & qui contra facit , est excommunicatus, infra de sententia excommunicatio. à nobis & supra de appellatio. præterea ,' & Papa refert hoc factum per istam formam , vnde si dicatur: sub interminatione : vel sub pœna excommunicationis præcipio; non est excommunicatus qui contra facit, & sic est comminatio tantum. & hoc probatur supra de iure patrona. relatum. §. primo. & supra ne cler. vel monachi,clericis. & sic intellige omnia illa iura 63. distinct. Salonitanæ, & prędictas decr. supra de loca.cap j.& infra de eo qui fur.ordi. rece.cap.1.& alia consimilia.De hoc etiam dicitur infra, de sagit.cap.vnico.Ber.

a Præter Panormitanũ, & alios hic, vide Geminianũ in ca. Salonitanę. 63.dis. & Innocentiũ in c.1.ɔ̃. de sagittar.

d Exoluerunt.] forte bono zelo, sed non secundum scientiam,& ita errauerunt.

e Canonum.] 1.q.5.præsentium.& s̃. de regularibus, & cap.ex insinuatione.

[Glossa sequens ponit duo genera de tacente; quod consentit,& quod contra dicit; ad vtrunque signat contrarium de regula, qui tacet.]

f Præbere.] quia sæpe qui tacet ,consentire vr̃. 54. dist.si seruus sciente.C.de nup.si ut proponis.& sic iste abbas consensisse præsumeretur, si postq̃ intellexerit, non contradixisset:sicut è conuerso videtur contradicere,qui expresse non consentit.de consec. dist.4. cum pro paruulis. ff. de procu.filiusfamilias, §. inuitus. ff. de seru.vrba. prædiorum, inuitum.supra de bap.maiores,ver.si.Argum. ɔ̃ ff.de regul. iur. qui tacet. Vinc.

a Quoniam] pro, quod sic & è conuerso, quia, ponitur pro quod. 3. q. 5. quod suspecti.

b Consanguinitate.] s. de ęta. & qualitatem, tuam.

[Glo. seq. ponit lecturam Vinc. distinguentis inter electionem & confirmationem.

c Imputari.] Dicit Vin. ꝙ hoc intelligitur cū iā aliquis est electus: & eo ignorāte & reclamāte datur pecunia confirmatori. Si aūt nondum esset electus: licet eo reclamante daretur pecunia electoribus, obesset electo, quia per pecuniā eligitur, nisi dantes hoc facerent in odiū eius: vt hic, & sup. eo. nobis.

d Consenserit.] Nā si consensisset, simoniam commisisset, quia consentire est quandocunque consentire, & ante & post. quęst. 1. eos, in fi. & quęst. 3. si quis prębendas, & cap. si quis obiecerit: quia in maleficijs ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties. & s. de rest. spol. cum ad sedem, in fi. & 2. q. j. notum. & ita secundum canones possum habere ratum quod non meo nomine gestum est, 9 q. 2. Lugdunen. & secundum leges, ff. de nego. gest. si pupilli. §. item quęritur. Quidam dicūt, vt Tanc. quod aliquis potest habere ratum: sed simoniam non committit, quamuis grauiter peccet. arg. 1. c. proxi. Et in hoc ꝙ dicit, pecuniam soluēdo, potest esse arg. quod non fit simoniacus per solam ratihabitionem.

† Hodie quālis sit quorū libet simoniacorū pœna, vide extrauagantē, Cū detestabile, initio c. citatam.

consensum, & expresse aliquid prohibere: taliter duximus rñdēdum, qm̄ eā eo, ꝙ contra prohibionem & voluntatē tuam, (à qua postmodum minimè recessisti) aliquis te penitus ignorante, promisit pecuniam, & exoluit: præsertim cum is nulla sit tibi consanguinitate [b] coniunctus, nihil debet tibi ad pœnam vel culpam (sicut credimus) imputari: [c] nisi postea consenserit, [d] pecuniam soluendo promissam, aut reddendo solutam: alioquin contingeret, quod alicuius factum insidias inimico parantis, [e] ei dānosum [f] existeret, cui penitus displiceret: & sic aliquis de fraude sua cómodum reportaret. [g] ¶ Illos † autem qui dederunt pecuniam, vel etiā receperunt: intantum cō stat esse culpabiles, quod si excessus eorum esset ecclesiæ manifestus: (quæ non iudicat de occultis [h]) pœna essent canonica feriendi.

¶ Idem decano Beluacēn.

¶ *Si clericus cum pacto confert ecclesię bona sua, vt in ipsa recipiatur in canonicum, & illa sibi retineat pro præbenda, simonia committitur: secus si hoc fiat sine pacto.*

CAP. XXXIIII.

Tva † nos duxit discretio consulendos: & infra. ¶ Deuotioni tuę taliter rñdemus, ꝙ si qs clericus cum conditione vel pacto largiat, aut offerat bona sua, vt illa postmodū pro pbenda retineat, & in canonicū admittatur: [i] huiusmodi oblatio vel receptio fieri non poterit sine vitio simoniæ: cum in talib. oīs pactio [i] aut conuentio [k] cessare debeat, iuxta canōicas sāctiones. ¶ Si verò purè ac sine pacto, vel conditione qualibet offerat, rogans [l] † humiliter, vt in canonicū admittatur, & bona sua retinere sibi liceat pro prębenda, & clerici eiusdē ecclesię purè cōsentiant: [m] hmōi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniacę prauitatis. ¶ Licet autem

† Ca. 6. eo. ti. in 3. cōpilat.

† Humiles ergo preces à digno emissę, pro consequendo beneficio, non inducunt simoniam.

e Parantis.] sic ff. si quis cau. l. 2. §. vlt.

f Damnosum.] quod esset iniquum: cum peccata tantum teneat suos auctores debeant. C. de pęn. sancimus. & sup. de his quæ fiunt à ma. par. cap. quæsiuit. & non debuit alius alterius odio prægrauari. C. de inoffi. testa. si quis in suo. § legis autem.

g Reportaret.] quod esse non debet: imò qlique punatur in eo in quo deliquit. s. de iure pat. pastoralis. & sup. de immu. eccle. c. vlt. Ber.

h De occultis.] 32. d. erubescant. 6. q. 1. si omnia. & 32. q. 5. Christiana. s. cap. proxi. Ber.

Tva nos] Sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio: ibi, Deuotioni tuæ distinguendo prosequitur duo membra: Secundum ibi, si verò. cuius determinationem submittit ibi, Licet. Abb. Sic.

CASVS. Aliquis clericus aliqua de bonis suis obtulit alicui ecclesiæ, petens, vt idem clericus in canonicum admittatur, & eadem bona sibi retinere liceat pro prebenda in vita sua: quæritur, verum bona illa recipi liceat, & idem clericus in canonicum assumi absque vitio simoniæ? Rñdet Papa, quod si clericus conditione vel pacto offerat bona sua, vt ea retineat pro præbenda, & in canonicum admittatur: hmōi oblatio non potest fieri absq; simonia, qa in talibus omnis pactio cessare debet: Si verò purè & sine pacto & conditione, bona sua offerat, rogans humiliter, vt in canonicū admittatur, & bona sibi retinere liceat pro præbenda: & clerici purè consentiant, talis receptio poterit fieri absque simonia. In fine dicit Papa, quāuis taliter duxerim rñdendum: si tñ ille qui talem facit donationem, ea intentione ducaẗ, vt per tēpalia spiritualia valeat adipisci: & clerici eū aliter non reciperēt: sine dubio tam iste, q̄ illi apud Deum (quem nullum latet secretum) culpabiles iudicantur. No. quod in spiritualibus adipiscendis nulla conditio vel pactum dēt interuenire. Item aliquis potest rogare, vt in canonicum admittatur. Item ecclesia de manifestis tantū, de nō de occultis debet iudicare. Itē ar. ꝙ intentio facit hominem simoniacū.

i Ois pactio.] j. q. 2. q̄ pro. & s. d pac. c. vlt.

k Conuentio.] & modus etiam. sup. vt eccl. bene. c. vno. Ber.

l Rogans.] No. quod aliquis potest rogare vt in canonicum admittatur. De huiusmodi precibus nos. sup. de ęta. & qua. cum. Ber.

m Pure consentiant.] i. sine aliqua pactione, vel mala intentione. Hic enim patet, quod eo tempore, quo quis recipitur, pōt aliquid offerre cessante omni conditione & pacto. Sed contra vr̄, quod non liceat tempore receptionis, arg. 1. qō. 1. emendari ne quod gratis fieri debet, pro pretio fieri videatur. & sic videatur habere speciem mali, à quo etiam abstinendum est, infra eodem audiuimus, supra, de vi. & honest. cleric. cum ab oī. & est arg. ad hoc, 1. q. 2 quam pio, in fi. vbi dicitur: ac postmodum, & c. Sed verum est, vt hic dr̄, quod tempore ingressus potest dari aliquid, & licitum est: dum tñ cesset s pactio & conditio, vt hic dicitur, & supra de prob. c. in pñtia. & supra de succ. ab inte. cum dilectus, & sup. eo. dilectus 2. in fi nec ideò minus donatio gratuita dr̄. arg. ff. mand. si remunerandi ar. 1. qō. 1. iudices,

† Vide Guido. Papæ decisione 80. nma illa huic lo. o luce affertur.

iudices, 18. dist. in. de culegijs. & argu. ff. de off. procon. solent §. vlt & sup. eod. dilectus 2. in fin. aliás dare siue ante siue post, simonia est, 1. q. 1. eos, in fine. Sed caueat ille qui recepit & quid dat, ne sub specie talium munerum fraus committatur, 5. q. 1. si quis neque, & j. sequitur. Io.

executionem. nisi sit simoniacus in ordine. Alij dñt cōtrarium, quod omnis simoniacus ipso [1] iure suspensus est, vt 1. q. 1. reperiuntur, & c. quibusdam. Illud vr̄ verū, q̄ siue ordinē siue beneficiū adeptus est per simoniam. impedit ordinis executionem, etiam post peractā pęnitentiā, s̄. de accusa. inquisitiónis, 2. rñ. Præterea si iste nescit pro vero illū esse simoniacum, quare Papa non dicit ei expresse, quod recipiat ordines ab eodem: vt auferat ab eo errorē suū? vr̄ q̄ ei laqueū iniiciat, quod esse nō debet. 27. q. 1. ca. ult. Sol. Papa. n. debet ei dicere, quod recipiat ordines ab ipso, si hēt super hoc conscientiam læsam, nec Papa eius conscientiā posset mutare, nisi ipsemet eā mutaret q̄a vis animo fieri non potest, 32 q. 5. ꝓposito. & ca. 1. & 2. vndè dicit Papa consulendo potius quā præcipiendo, vt contra cōscientiā non promoueatur ab illo episcopo: nisi primò illam deponat: quia qui facit contra conscientiā, ædificat ad gehēnā, 28. q. 1. oēs, §. ex his, & s̄. de testi. spolīās, & s̄. de pscrip. qm̄ oē. Sed nunquid potest aliqs recipere ordines ab eo, quem scit simoniacū in ordine? Dico qđ nō: & recipiendo ordines ab eo, nō recipit executionem: cum ordinator non habeat executionē, s̄. eo. tanta. & 1. q. 1. reperiuntur & potius debet pati excommunicationem, quā recipere ordines ab ipso j. de sent. excom. inquisitioni. ar. Si verò aliquis ignoranter etiam recipiat ordines a tali simoniaco in ordine, nō recipit executionē: nisi cū eo dispenset, 1. q. 1. si qs a simoniacis, & s̄. de ord. ab epo qui renū. epi. c. 1 & c. 2 quia si eā nō hn̄t, alijs eā dare n̄ pn̄t. 1. q. 1. c. 1. & c. qui perfectionem, & q. 7. Daibertū. B.

1 Huc spectat elega. decis. Cassadori ti. de cōsti. deci. 5. an simoniati sint ipso iure priuati, vel priuari debeat per sententiam.

a De manifestis.] supra c. proxi. in fi.

b Culpabiles.] nō dicit simoniaci: ad partē tñ pœnā tenentur, propter intentionē cum opere subsecuto, s̄. de bigina. nup. vnde isti simoniaci nō dñr quantū ad ecclesiā: nisi velis dicere, q̄ sola intētio facit hominē simoniacū. arg. 1. q. 1 qui studet, & c. reperiuntur, & 1. q. 3. 1 on solū. sicut sola spes lucri facit hominē vsurariū, 14. q. 3. c. 1. arg. inf. de vsur. consuluit Tan. dicit, q̄ sola pactio. facit aliquem simoniacum. ar. huius decre. & s̄. vt eccle. bene. vt nostrum. Io.

†Carsieñ. Carrusieñ. Carthusieñ.

ij PEr tuas.] Communis diuisio: Secunda pars: ibi, Nos igitur. Abbas Siculus.

CASVS. Quidā B. nomine, monachus ordinis Carthusiensis à diœcesano epo suscepit ordinē subdiaconatus: postmodum monachus intellexit, q̄ epo ille multoties commiserat vitium simoniæ; vndè monachus timebat in suscepto ordine ministrare, nolens etiam ab eodem promoueri ad maiores. quęrebatur, quid facere debeat ille monachus? Respondet Papa, vt securè in ordine suscepto ministret, sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne forte ædificet ad gehennam: & licet in huiusmōdi difficultatem sit collapsus, ex eo, quod cōscientiam nimis habuit scrupulosam: eam tamen non euadet, nisi deponat errorem. No. quod contra conscientiam nullus debet venire, aliàs peccat mortaliter. Item conscientia erronea deponenda est.

†Ca. 7 eo. ti. in 3. cōp. Vide Archidia. & Gem. in c. pręter, 32. d.

taliter duximus respondendum: quia nobis datum est de manifestis [a] tātummodò iudicare: si tamē is qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per tpalia bona, quę offeri, spiritualia valeat adipisci: & clerici, qui eum in fratrem admittunt, nō essent eū, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri: sine dubio tam ille, quam isti, apud districtū iudicē (qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum) culpabiles [b] iudicantur.

¶ Idem Priori Cantuarieñ.

¶ Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit simoniacum: sed ministrare potest in illis, quos prius ab isto recepit.

CAP. XXXV.

PEr†tuas litteras intimasti, q̄ cū B. in quadam domo Cartusieñ. ordinis suscepisset habitum monachalem: à dięcesano episcopo fuit in subdiaconū ordinatus: sed postmodum didicit ex relatione quorundā,[c] quod episcopus multoties commiserat vitium simoniæ: propter quod idem monachus, in suscepto formidat ordine ministrare, nolens ab eodem episcopo ad superiores ordines promoueri: & infra. ¶ Nos†igitur respondemus, vt idem in ordine sic suscepto securè ministret [d] sed contra conscientiam ad superiores ordines nō ascendat, ne forte ædificet ad gehennam: licet ex eo, quod conscientiam nimis habuerint scrupulosam: in difficultatē huiusmodi sit collapsus: quam vtique non euadet, nisi deponat errorem.

† Aliàs ita: Nos itaque rñdemus.

¶ Item Cantuarieñ. archiepō.

¶ Pro chrismate vel inuestitura ecclesiarum, nil exigi debet; nec excusat consuetudo, vel nominis variatio.

[Gl. seq. dicit asserentibus credi non debere: & signat contrarium.

c Ex relatione quorundam.] quibus credere non debuit, 33. dist. habuisse. arg. 81. dist. si quid verò. argu. contra, quod illud dicimur scire, quod ab alijs audiuimus, 22. q 5. hoc videtur.

ADDITIO. Verum est quando loquitur de proprio facto, non de alieno. Bernar.

[Glo seq. primò ponit opinionem Io. demum ponit contrariam, quam approbat secundò obijcit, & sol. tertiò quærit & soluit.

d Securè ministret] cum non constet ei illum simoniacū esse: alias si sciret illum simoniacum, stultus esset: quia simoniacus non habet executionem, vt sup. eo. tanta, vnde eam dare non potest. Præterea dixit Io. quod licet quis cōmittat simoniam, non perdit eo ipso

IN tantum.] Prouidet circa duo: Secunda ibi, Prauā. Et prima subdiuiditur. Nā prima narrat factum. Secunda corrigi mandat & puniri: ibi, Cum verò. Aba. Sic.

CASVS. Quidā suffraganei Cantuarieñ. archiepī recipere consueuerunt certam q̄titatem pecuniæ pro chrismate, metuentes pęnā canonicā & correctionē, pp hoc anticipant ips̄ solutionis, recipiendo in media quadragesima. q recipere ꝯsueuerūt in Pascha; & nomen denariorū variabāt, denarios, quos prius dicebāt chrismales secūdo appellabāt paschales, cōsuetudinē medię Quadragesimæ nūcupātes: peruenit hoc ad notitiā dñi Papæ: q. rñdet, cū gr̄a sit gratis ꝯferenda, & q̄ primò recipit ꝑtiū q̄ rem cōferat pretiosam. expressius speciem exprimat vēditionis: Mādat Papa archiepo, quatenus huiusmodi excessus corrigat, & suffraganeos suos & officiales eorū taliter puniat, q̄ eorū culpa, sibi ob suā negligentiā nō imputetur ad pęnā. In fi dicit, quod q̄dā prauā cōsuetudinem de sua ꝓuincia studeat extirpare, s̄m q̄ ꝓ inuestitura eccle-

2 Per q̄ iura & j. de cle. excō. mini. Apostolica. paret, s̄m Host. quod hr̄i debet probabilis ignorātia excūsata. quod intelligas quo ad dispensationē. Io. A.

ra ecclesiarum archidiaconi marcham argenti exigebant, alij Prælati, s. decani rurales vaccam albam, vel certam pecuniæ quantitatem pro vacca. Not. contra vsurarios, & simoniacos, quod mutatio nominis contractus eius substantiam non mutat. Item honestas nominis, criminis malitiam non palliat. Itẽ celebrata intelligitur venditio si pretium recipiatur, quamuis traditio rei differat. Itẽ gratia gratis est conferenda. Item nihil dandum est pro aliquo spirituali, quodcũque sit illud. Item delictum subditorum imputatur negligentiæ prælati. Item cõsuetudo non excusat in delictis.

a Chrismate.] sic s. eo. c. quæ. Vbi habes similem variationem nominis. Pro chrismate verò, vel oleo nil est accipiendum, s. eo. non satis, & qui contra fecerit pœna canonica punitur, vt hic dicit: quæ est pœ a depositionis cum nota infamiæ, 1. q. 3. c. vltimo. Ber.

b Anticipant.] ex cogitata fraude de tempore ad tempus.

c Variant.] talis variatio nominis non prodest: quia quodcunque nomen imponant si oriam commiteunt, sicut in vsura, decimaquarta quæstione tertia, pl. neq; sic enim faciunt vsurarij, nunc appellant lucrum, nunc emolumentum, quandoque pœnam in fraudem argum. ff. si cer. pe. ta. lecta est, sic C. de liber. cau. iubemus. Bernar.

d Qui prius.] Emptor enim prius tenetur offerre pretiũ, quam venditor ei rẽ tradat. ff. de act. em. & ve. Iulianus, § offerri. Sed si neuter habet fidem alteri, pretium, & res deponat apud sequestrum. a ff. de solut. si solututus. Io. And.

e Gratis sit gratia.] 1. quæstione 1. cap. 1.

f Aliorum culpa.] Ar. e. p. electum sub ditorum imputatur prælato. Sim. supra de offi. ord. irrefraga. bili, vbi de hoc. Bern.

g Consuetudinem.] In talibus enim non excusat consuetudo: sed potius accusat, s. eo. non satis, & c. cũ in ecclesiæ, quia malæ consuetudines tempore non confirmantur, in Auth. vt nulli iudi. §. 1. ver. neq; verò ab angarijs coll. 9. Bernar.

h Inuestitura.] pro qua nihil est dandũ, s. eo. cum in ecclesiæ, nec pro aliquo sacramento spirituali, vt ibi dicitur: nec pastum, nec pastellum quis dare dẽt, 3. 1. q. 1. si quis præbenda. B.

CAP. XXXVI.

In tantum † peccatis exigentib. corda quorumdam simoniaca prauitas deprauauit: & infra.

¶ Sanè peruenit ad audientiam nostram, quod cum olim quidam suffraganei tui, pro chrismate a certam † consueuerint accipere pecuniæ quantitatem, non metuentes pœnam canonicam, & correctionem suam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipãt, b recipientes in media Quadragesima, quod recipere consueuere post Pascha: & vt causam recipiendi dissimulent, nomen denariorum variant, c denarios, quos prius chrismales, secundo Paschales, dicebant, consuetudinem † mediæ Quadragesimæ nuncupantes & infra.

¶ Cum verò expressius exprimat vẽditionis speciem, qui prius d recipit pretium, quam rem conferat pretiosam, & gratis e sit gratia conferenda: Mandamus, quatenus taliter excessus corrigas supradictos, suffraganeos tuos, & officiales eorum, à tam illicita exactione compescens, quod aliorum culpa f tibi ob tuam negligentiam non imputetur ad pœnam.

¶ Prauam etiam illam consuetudinem g de tua prouincia studeas abolere, per quam pro ecclesiarum inuestitura, h archidiaconi marcham argenti, minores verò decani vaccam albam sibi dari postulant, vel certam solui pecuniæ quantitatem.

¶ Idem.

¶ *Ordinatus in subdiaconũ, qui prius præsentatori suo promisit, quod ni ab eo peteret, in suscepto ministrare, vel ad superiores ordines ascendere sine dispensatione non potest, etiam si peccare non crediderit.*

CAP. XXXVII.

iij Per † tuas nobis litteras intimasti, quod cum D. lator præsentium vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, quendam presbyterum exorauit, vt ipsum ad ecclesiæ suæ titulum præsentaret: quod cum ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromisit, quod nunquam si præsentaret eundem, in ecclesia sua aliquam peteret portionem: & sic ad præsentationem eius † extitit ordinatus, nec se in hoc illicitum egisse aliquid intellexit: i & infra. ¶ Nos inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, k nec † ad

iij Er tuas.] Due sunt partes, cõsultatio, & responsio. Sed ibi, Nos. Abb.

CASVS. Quidam clericus cum vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, rogauit quendã presbyterum, vt ipsum ad titulum ecclesiæ, suæ præsentaret: Sed cũ presbyter hoc facere nollet promisit eidem, quod nunquã portione aliq̃ peteret in ecclesia sua; si præsentaret eundem: & sic ad eius præsentationem fuit ordinatus: quærebatur quid iuris esset de ipso clerico? Respondet Papa, quod nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec in eo ordine debet ministrare, nec ad superiores ordines poterit promoueri. No. quod qui ordinem sciente recipit per simoniã, non hẽt executionẽ nisi cũ eo. dispenset.

i Intellexit.] propter hoc nõ excusatur, vt s. ñ. sequẽtia notãt: quia potuit cõsulere peritiores. 36. dis. c. ñ ois, § vlt. ff. de iur. & facti ign. l. sed iuris. Bern.

[Gl. e. sig. a. t ...] soluit, & remittit.

K Dispensatum.] sic s. eo. c. pen. vbi etiam imponitur pœna ordinatori, põtatori, & præsentato: & ita dispẽsari põt cũ simoniaco in ordine. Ar. 3. 1. q. 1. erga simoniacos, & c. si quis neq; sed illa capitula loquunt in dignitate: & non neg ẽ quin possit cũ talio. dispensari; sed nulla dispensatio. dia est adhibenda in dignita- te

Marginal notes:

† Ca. 1. tit. de excessib. Prælatorũ, in 3. compi. Vide citatos in c. ea q. s. eod. tit.

† In nouem codicib. Vaticanis, & aliquot ms., ita, certam cõsueuerint accipere pecuniæ q̃titatẽ, metuẽtes pœnam, &c. absq; dictione, nõ, in codice Barbatiæ ita: nunc metuẽtes pœnã, &c.

† Aliq̃n pro dcli. s. d spõsa. tua. sm Goff. I. An.

† Sed nominũ variatio nõ excusat: nam, vt ait Lact. li. 1. c. a. 5. d. uinarũ Insti. nõ obstat appellationũ diuersitas, ũ ipsa significatione ad vnum oia reuoluãtur.

a Vel caueat de retradẽda si pretium s. certũ tẽpus fuerit nume ratũ. ff. de re dhi. act. ædiles. §. fi. & l. seq. Io. And.

Vt not. s. c. e & c. veniens. Ioann. And.

† Ca 1. eo. ti. in 4. compi. Ex hoc c. collige neminẽ ordinandũ, nisi hẽat vñ viuat Conc. Trid. sessio. 21. de refor. c. 2.

† Ipsius.

† Aliàs inue. ad superiores ordines, &c.

te seruanda, quin oporteat eos renunciare: quia pœnitentiam (ordine, vel beneficio retento) agere non possunt, 1. q 7. requiriris, & supra de accu. inquisitionis, 1. respon. Quis possit cum talib. dispensare dictum est supra eo. de simoniacè, & melius supra de renunc. post translationem. De pęna istorum dicitur infra e. c. pen. & quis cum talibus possit dispensare.

a Ministrare.] triplici de causa, tum quia fuit hic mūdus à lingua, 1. q. 1. sunt nonnuli, tum quia nulla conditio debet interuenire, vt supra eod. tua, & supra de pac. cap. vlt. & 1. q. 2. quam pio. tum, quia per surreptionem voluit ordinem adipisci arg. 24 dist. quando, & supra de elec. cum dilecti. Io.

CONsulere.] Non eget summario: quia breue, nec diuiditur. Abb.

CASVS. Quicunque per pecuniā aliquam administrationem obtinuerit, tam dantes, quam accipientes, cum Simone percelluntur, & ab illa ecclesia repelluntur, in cuius ignominiam dare pecuniam voluerunt. Nota quod tam ementes, quàm vendentes, ecclesiarum administrationes, sunt simoniaci.

b Administrationem.] quod hic dicitur, intellige per id quod habes 1 q. 3. Saluator. circa medium cap. vbi habes, quod nulla administratio ecclesiastica potest vēdi, vel emi, præpositura, œconomi officium, vicedn̄atus, aduocatia, siue castaldionatus, & iudicatura, aut quælibet alia administratio, vt c. si quis episcopus, in princ. causæ.

{Glossa sequens argumen. & argumentum determinat.]

c Voluerunt.] Argumen. quod sola voluntas facit hominem simoniacum prima quæstione prima, qui studet. 1 Sed hoc nō credo, quod sola voluntas facit hominē simoniacum, dummodo contenta sit suis terminis, infra eo. capitulo vltimo, licet aliàs peccet, vt ibi. Sed hic non fuit contenta suis finibus, immo processum fuit ad actum. 2 & hoc notatur per hoc quod dicit: tam ementes, quam vendentes, vel ad studia emendi processerunt, in quantum in eis fuit: vndè tanquam simoniaci iudicandi sunt, prima quæstione prima, qui studet, & sic intelligę quod dicit in fi. voluerunt.

¶ Ca. 2. eo. in 4. comp.

¶ In codice Barbatiæ: ita cū Simone Mago percellantur.

† Idē. s. Innocē. iij. i Cōc. gn̄ali Later. c. 63. e. tit. in 4. compilat.

1 Et c. 2. vbi de hoc. I. A.

superiores ascēdere, nec in suscepto debet ordine ministrare. a

¶ Idem.

¶ *Simonia est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spiritualium seu ecclesiasticarum habenda: & dantes, & recipientes ab illa ecclesia sunt eijciendi. h. d. hoc cap. per alia verba licet sit breue.*

CAP. XXXVIII.

CONsulere: † & infra. quicunque vicednatum, vel aliam ecclesiasticarum rerū administrationem b per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes, quam vendentes cum † Simone percelluntur, & ab illa ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniā, & accipere voluerunt, c iustè excluduntur.

¶ Idem † in Concilio generali.

¶ *Simoniacum est aliquid exigere pro consecratione episcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinationibus clericorum, nec excusat consuetudo.*

CAP. XXXIX.

SIcut pro certo didicimus, in plerisque locis à plerisque personis, quasi columbas in templo vendentibus, fiunt exactiones, & extorsiones turpes, & prauæ, pro consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatū, & ordinibus clericorum: estque taxatum quantum sit isti, vel illi, quantumve alteri vel † alij persoluendum: & ad cumulum damnationis maioris, quidam cupiditatem, & prauitatem huiusmodi nituntur defendere, per consuetudinem d longo tempore obseruatam.

¶ Tantum igitur abolere volētes abusum, cōsuetudinem huiusmodi (que magis dicenda est corruptela) pœnitus reprobamus, firmiter statuentes; vt pro his siue conferendis, siue collatis, nemo aliquid quocunque prætextu exigere, aut extorquere præsumat: alioquin, qui receperit, & qui dederit huiusmodi pretium omnino damnatum, cum Giezi, e & Simone condemnetur.

Idem † in eodem.

¶ *Religiosi pretio recepti vna cum recipientibus de monasterio expelluntur, & in arctioribus monasterijs ad agēdam pœnitentiam detruduntur. Sed recepti ante illud concilium, ponebantur sic recepti in alijs locis eiusdem ordinis, nisi multitudo sit in causa ita tamen quod renuncient primo receptioni: & de nouo recipiuntur.*

SIcut.] primo narrat excessum, & ipsius excusationem. Secundo ipsius excusationem reprobat, & excessum prohibet, pœnam adijcit: ibi, Tantum. Abbas.

CASVS. in plerisq; locis à multis prælatis fiunt turpes exactiones, pro consecrationibus episcoporū, benedictionibus Abbatum, & consimilibus: & est taxatum, quantum debeat dari isti, vel illi, huiusmodi prauitatē per consuetudinem defendentes. Concilium huiusmodi consuetudinem, quæ dicenda est potius corruptela, pœnitus reprobat prohibendo expresse ne pro talibus quocunque. prætextu aliquis extorquere præsumat aliquid, vel exigere, alioquin, & qui dederit, & qui receperit, cum Giezi, & Simone cōdemnetur. No. quod praua cōsuetudo abolenda est. item pro consecrationib. episcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum, nihil est dādū, vel accipiendum.

d Per cōsuetudinē.] Fingūt n. tales, quod in consecratione aliqd licitè petit, nō pro cō secratione, sed pro cōsuetudine. arg. 63 dis. quia sancta & Agathosa, & 1. q. 3. quæsitum, & in Auth. de san. epi. §. pro cōsuetudinib. col. 9. 3 sed hoc n̄ ē verū: nec excusat cōsuetudo huiusmodi spiritualib. vēdēdis, immo magis accusat, s. e. nō sa tis, & ea. cū in ecclæ. vbi talia reprobant. I.

e Cū Giezi, & Simone.] Giezitæ 4 dn̄r à Giezi

2 Et si pactū interuenit, est detestabilis: aliàs mētalis de hoc dixi s. e. nemo sup gl. 2. Io. And.

† Aliàs ita: vel illi alij.

† Idē Inno. iij. in eodē Cōc. Lat. ca. 64. & c. 4. eo. tit in 4. cōp.

3 Vide s. eo. cu in ecclæ super glo. 6. Io. And.

4 De Giezi, vñ Giezitæ, vide libro 4. Reg. ca. 5. & de Simone Mago, vñ Simoniaci, seu Simoniani vide latè per Gabrielem Pateolū lib. 17. de sectis hæreticorū, ca. 35.

Giezi seruo Helisei, qui primo in veteri testō vendidit gratiam sanitatis Naaman Principi Assyriorum: vnde venditores spiritualium propriè dicuntur Giezitæ. Simoniaci dicuntur à Simone mago: qui postea in nouo testamento uoluit emere gratiam Spiritus sancti, 1. q. 1. qui studet, & c. citò turpē. Bernardus.

tamen hoc non dicatur in fraudem, & sine aliquo pacto. ar. 1. q. 1. si quis propter hoc. 1 Io. sed tutius est vt nullo casu taliter aliquis, vel aliqua recipiatur. Bernardus.

[Glossa sequens obijcit de decre. dilectus & inquisitionis, & soluit. demum ponit quæstionem, quam soluit & remittit. Item aliam quæstionem quā dupliciter soluit.]

CAP. XL.

Quoniam † simoniaca labes adeò pleras que moniales infecit vt vix aliquas sine precio recipiant in sorores paupertatis [a] prætextu volentes huiusmodi vitium palliare: ne id de cetero fiat pœnitus prohibemus; Statuentes, vt quæcunque de cætero talem commiserint † prauitatem, tam recipiens quam recepta, siue sit subdita siue prelata sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur, [b] † in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuā [c] pœnitentiam detrudenda. ¶ De his autem, quæ ante hoc synodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus prouidendum, vt remotæ de monasterijs, quę perperā sūt ingressæ, in alijs locis eiusdē ordinis collocentur. Quod si fortè propter nimiam multitudinem [d] alibi nequiuerint commodè collocari: ne damnabiliter in sęculo euagentur, recipiantur in eisdem monasterijs dispensatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. hoc etiam circa monachos, & alios regulares decernimus obseruandum. ¶ Verùm ne per simplicitatem vel ignorantiā [e] se valeant excusare, præcipimus, vt diœcesani episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

¶ Idem † in eodem.

¶ *Episcopi nil exigere debent, vt permittant in ecclesiis sibi subiectis clericos institui, monachos profiteri, vel mortuos sepeliri, alioquin exacta restituentur duplicata.*

Quoniam.] Sunt quatuor partes. Prima prouidet, circa futura: Secunda circa præterita ibi, De his. Tertia prorogat: ibi, Hoc etiam. quarta publicationē fieri mandat: ibi, Verum. Abb. Sic.

CASVS. Simoniaca prauitas apud multas moniales intantum inualuit, quod vix recipere volūt aliquas in sorores sine pretio paupertatis prætextu: Præcipit conciliū ne de cętero istud fiat, statuēs, vt quæcūque de cætero talem cōmisserit prauitatē, recipiēs & recepta, siue subdita fuerit siue plata, sine spe restitutionis è mōasterio expellatur, in arctius monasterium ad agēdam perpetuam pęnitentiam detrudenda: De his verò q̄ ante istud concilium taliter sūt receptę, statuit vt de illis monasterijs in qbus perperā sunt ingressę, remoueātur, & in alijs eiusdem ordinis collocētur; Si autem propter multitudinē hoc fieri non poterit: ne dānabiliter ī sęculo euagētur, de nouo dispēsatiuè in eisdem monasterijs recipiantur, mutatis locis prioribus, & inferiorib. assignatis. Et hoc quod dictum de monialibus, obseruandum est de monachis & alijs regularibus; & ne per simplicitatem vel ignorantiam aliqui se valeant excusare præcepit, vt episcopi per suas diœceses hoc faciant publicari. Nota quòd secundum istud concilium monachi & omnes regulares, qui scienter vel ignoranter sunt recepti per simoniam, sunt puniendi. Item constitutio extenditur ad prætetita. Item propter multitudinem detrahendū est seueritati. Item propter multitudinē dispēsatur, vbi alias non dispensaretur.

[Glo. seq. textum adiuuat per canonem & decre. & l. demum determinat, vltimò consuluit.

a Paupertatis.] prætextu enim paupertatis non debet quis operari peccatum mortale, sed potius quęlibet mala pati, 82. q. 5. ita ne. & supra de his quæ vi metusve cau. fi. sacris. nec eo prætextu ignoscendum est illis, ff. de ri. nup. palam §. non est. Posset dici, quod si ita pauperes sunt, quod non possunt ibi alias aliquo modo aliquem recipere, quia non haberent ibi victum, sub hac forma possent recipi. Non habemus quod dem⁹ tibi ore victu, nisi tu portes tecum vndè viuas: dum-

i Mulieris confessione.] Ergo crediẽ mulieris confessioni in præiudiciũ matrimonij spiritualis: qđ non sit in carnali, ſ. de eo qui cogno cõsang. vxo. suæ, super eod. Sed aliud est in matrimonio carnali, & aliud ĩ spirituali: In matrimonio carnali non statr cõfessioni viri & vxoris, si cõtra matrimonium confiteantur: qa sæpe ad inuicem colluderent vt separarentur. vt dicit prędicta decre. super eo. Sed in spirituali matrimonio, si aliqua de qua constat, q̃ fuerit primo uxor ante ingressum monasterij, postea confiteatur in iudicio, quòd ante ingressum cognita fuerit à uiro, debet sibi restitui, quia eo inuito monasterium intrare non potuit, ut hic dicit: immo si aliter confiteretur, saluari non posset, nisi ad uirum rediret: Non est enim credendum, quòd illa sit immemor suæ salutis. 1. q. 7 sancimus. Arg. ad hoc, ĩ. de homici significasti 2. unde reddenda est uiro suo, ubicunque confitentur uir. & uxor. Ad dissolutionem matrimonij carnalis non creditur illis, nisi saltem adsit fama publica. 35. q. 6. si duo, sed ubi confitentur ad dissolutionem mutuæ seruitutis propter adulterium, benẽ creditur eis supra tit. proxi. cap. pen. & supra de diuor. ex litteris. Vin.

† In pleris; recentiorib. ita: post matrimoniũ sine assensu, &c. sed in vetustorib. codicib. legit̃ vt est impressum.

† cõsensisse.

† Latoniẽ. † Glaconiẽ. † fortè Cracouiẽ. sed vt plurimũ legitur Latoniẽ.

k Assensisse.] Arg. q̃ solus consensus sufficit, ad hoc, ut alter coniugum possit monasterium ingredi, 27. quæst. 2. Agathosa. ubi de hoc, & c. si quis. & 33. q. 5. c. 5.

qui

qui vxorem. De hoc dictum est satis, sup. de conuer. coniug. in c. vxoratus, & c. sequenti.

ACcedens. CASVS. Quærebat vtrum raptor possit contrahere cum rapta? & respondet Papa quod sic, si prior dissensus transeat postmodum in consensum. & quod prius displicuit, postea incipiat complacere: dummodò aliàs sint legitimæ personæ ad contrahendum. Nota quod raptor potest cōtrahere cum rapta, dūmodo consentiat.

bijciendo de duobus. sol.]

g Pœniteat.] ea eo. n. quod pęnitentia, imponitur colligitur quod modica fuerit necessitas, si enim magna fuisset, non imponeretur pœnitentia. argu. contra, de consecr. distin. 5. discipulos, quia in necessitate omnia sunt

CAP. VII.

ACcedens † ad Apostolicam sedem: & infra: Rapta puella legitimè contrahet cum raptore, a si prior dissensio transeat postmodum in consensum: b & quod ante displicuit: tandem incipiat complacere: dummodò ad contrahendum legitimæ sint personæ.

TITVLVS XVIII.

De furtis.

¶ In Exodo. †

CAP. I.



QVi furatur hominem, c & vendiderit: conuictus morte moriatur.

¶ Ex concilio Triburień.

¶ *Furibus & latronibus in peccato obeuntibus sacramenta ecclesiastica deneganda sunt, secus si in morte eos pœnituit.*

CAP. II.

FVres, & latrones, si in furando, vel deprēdando occiduntur, visum est pro eis non esse orandum. d Sed si comprehensi, aut vulnerati, presbytero vel diacono e confessi fuerint, cómunionem f eis non negamus.

¶ Ex pęnitentiali Theodori.

¶ *Committens furtum ex necessitate non multum vrgente, peccat, sed non grauiter, vndè imponenda est ei leuis pœnitentia. h. d. secundum communem intellectum.*

CAP. III.

SI † quis própter necessitatem famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, pęniteat g hebdomadas tres: & si reddiderit, non cogatur ieiunare.

¶ Hieronymus sup Parabolas. †

¶ *Non indicans furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, reus peccati est.*

CAP. IIII.

QVi cum fure partit, h occidit animam suam. Non fur i solum † sed ille reus tenetur, qui furti conscius, quærente possessore. k nō indicat. l

a Cum raptore.] Secundum antiquos canones, & secundum leges non poterat raptus cōtrahere cū rapta, 36. q. 2. de puellis. & c. si autē. 1. & 3. placuit. & C. de rap. virg. l. vnica §. fin autem. hodie secus, vt hic, & 3. q. 2. deniq; & c. 3. Ber.

b Consensum.] s. de spon. ad id quod & s. de despō. impu. de illis. arg. C. quod met. cau. l. 2. ff. de cō di. ob turp. cau. si ob turpem.

DE FVRTIS.

¶ Cōtinuata est ista rubrica supra in proxi. tit. dic vt ibi. Abb. Siculus.

QVi furat.] Casus planus est. Nota hic pœnam eius qui hominem furatur, & eum vendiderit Ber.

c Qui furatur hominem.] scilicet liberū: quia si furatur seruum, hæc pęna nō tenetur, ff. ad l. Flaui. de plag. l. vl. sed secundum canones hæc pęna non imponitur. s. ti. proxi. in archiepiscopatu. 33. q. 2. inter hæc Tan.

FVres.] CASVS. Dicitur, quod si fures, & latrones in furando fuerint interfecti, non est orandum pro illis. Sed si comprehensi, aut vulnerati confessi fuerint, cōio eis negari non debet. No. in furto occisos ab ecclesia non recipiendos, nec pro eis orandum esse. Et nota quod non est orandū pro decedentib. in mortali peccato.

d Non esse orandum.] quia in mortali eos decessisse constat, 23. q. 5. placuit.

e Diacono.] In necessitate etiam laico. 2 de consecrat. d 4 sanctum est. de pęni. dist. 1. quem pœnit. & versus fi. & dist. 6. c. 1. circa prin.

f Communionem.] idest, Eucharistiam. simile 50. d. pęn tentes. & sepulturam etiam, ex quo confessi sunt, 13. q vlt. c. vlt.

SI quis.] Breue est, nec recipit cōgruam summationē maximè propter varietatem intellectuum. Abb. Casus patet. Nota, quod necessitas omninò non excusat a à furto. & intelligunt quidam de modica necessitate, secus de magna.

[Glo. seq. no. quod modica, & c. quærit demum o-

communia, argu. 42. d. c. 1. & 12. q. 1. c. 2. 23. q. 7. quod autem, & 47. dist. sicut hi. debuit. n. credere dominum permissurum, insti. de obli. quæ ex delicto nascuntur, §. placuit. modica pœnitentia imponitur, quia modicū peccauit. Sed quare nō excusatur mulier a fornicatione propter necessitatem famis, ff. de ri. nupt. palā. § non est. sicut a furto? Respondeo, propter necessitatem res facta est communis, quam furatur, sed in fornicatione non est ita, imò potius debet quælibet mala pati quam malo consentire: vt 32. quæst. 5. ita ne. Item quare excusor ab homicidio, si ex necessitate me defendendo aliquem occido. & non a fornicatione? Respondeo, non interficio, imò potius ipse se interficit, qui me aggreditur. arg. ff. si quadr. pau. fe. di. l. j. § cū arietes. & arg. s. de homic. c. laior.

QVi cū fure.] Breue est, & vario modo intelligitur, & pōt summari secundum vnum intellectum vt in rubr. & potest aliter summari, vt j. patet ex varietate intellectuum. Abb.

CASVS. Qui furtum cum fure partitur, occidit animam suam. Item non solum fur tenetur furti, sed ille etiam, qui conscius furti non indicat domino ipsum quærenti. Not. quod consentientes & agentes pari pęna puniri debent. Item quilibet tenetur furem indicare, aliàs furti tenetur.

h Partitur.] per consensum etiam accipiendo vel occultando; talis enim tenetur de furto. Inst. de obl. quæ ex delic. nasc. §. si verò ope.

i Non fur.] Hæc sunt verba Hieronymi exponentis præcedentia verba Salomonis.

K Possessore.] idest, domino, vel quocunque cuius interest ff. de verb. signi. interdum.

[Glo. sequ. alle. 6. concor. signat contrarium, & sol.]

l Indicat.] Et ita habes hic, quod quis tenetur indicare furem ff. de recepta. l. 1. & 2. C. de fur. ciuile est. argu. ff. de iure fisci, ex quibusdam. §. liuus. C. ad leg. Corn. de fil. ma orem. C. de his qui ad eccle. confu. præsenti. & § quod si in fundo, argum. contra. ff. de præscrip. verbis. non solent. ff. de condictio. ob tur. cau. l. 4. §. vltimo vbi non peccat, qui aliquid accepit vt indicet, secus verò secundum canones, vt hic patet: quia consentire

†Cap. vnico e. ti. in 3. cō. Vide conci. Chalcedonē se cano. 27. vormaciēse cap. 77. & quod nouissimè diffiniuit concil. Trid. ses. 24. de refor. matrimonij c. 6. adde B. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 7.

a Et j. de hę ac. cū sim, li. 10. Aud.

† Exo. c. 21. & c. 1. e. ti. in 1. cōp. Videso hic præ alijs 1. Ana.

a De materia huius gl. vide Nauarrū de pę d. 6 c. 1. nu. 72. & seq. Sotū 4. d. 18. q. 4. ar. 4.

†Ca. 1. e. tit. in 1. comp.

† Prouerbiorum c. 29. & c. 6 eo tit. in 1. compila.

†Alias tātūmodo.

sentire videtur: vndè dicit quod vterque reus est.

EX litteris.] Diuisio. Secũda ibi, Mandamus. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus B. nomine, quendam calicem surripuit de ecclesia ibi minus cautè dimissum, & longo tẽpore ipsum tenuit, sed postmodum restituit ipsum, volebat ad sacros ordines promoueri, q̃ritur quid iuris sit? Respondet Papa, si sponte confessus fuerit, & exindè ecclesiæ, cuius erat calix, satisfecit, nec est super hoc infamatus, post peractam pœnitentiam, aut partem ipsius, dùmodo aliàs idoneus sit, ad sacros poterit ordines promoueri. Nota mitius agendum cum sponte confesso, quàm cũ conuicto. Item non dimittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum, si restitui potest. Item infamatus de furto, non debet promoueri. Item licet quis satisfaciat de furto, nihilominus est illi pœnitentia imponenda. Item nota, partem pœnitentiæ peractam sufficere, vt cum criminoso dispensetur.

† Cap.7.eo.tit.in 1.cõp. De materia pter Docto. hic, vide Iuliũ Clarum lib.5.sent.§. sacrilegiũ, & Antoniũ Gomeziũ to mo 3. varia. resol. c.5. de furtò, ver. secundus casus est.nu.11.

¶ Alexander iij. Cremon. episcopo.

¶ Fur occultus potest post restitutionem, & pœnitentiam, ad sacros ordines promoueri.

CAP. V.

EX † litteris tuis innotuit, quod B. calicem quendam in ecclesiã minus cautè dimissum rapiens, lõgo tempore retinere p̃sumpsit: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si spontè [a] confessus fuerit, & ex idè ecclesiæ, cui⁹ calix fuerat, satisfecerit, [b] nec est sup hoc nota, vel infamia [c] manifesta respersus: post peractam [d] pœnitentiam, aut congruam partem pœnitentiæ [e] (dùmodo aliàs idoneum ipsum esse cognoscas) ad sacros ordines nò dubites promouere. [f]

TITVLVS XIX.

De Vsuris. †

†De materia huius tituli plurima canonistis ual de necessaria tradit B. Thomas 2. 2.q.78.

a Sponte.] Argu. q̃ mitius agitur cum sponte confesso, quã cum conuicto, 50. distin. presbyterum, 2. quæst. 1. non dicatis.

b Satisfecerit.] aliter pœnitere non potest, dummodo possit satisfacere, 14. q.6.c.1.& sup. de homici. sicut, § cos, & infra titu. prox. cum tu.

c Infamia.] facti, quæ grauat opinionem, ff. de obse. à libe. præstandis, l.2.& à promotione repellit, 81. distin. tantis Daniel, & 33. dist. laici, & supra de accus. omnipotens.

d Post peractã.] quia iam incipit esse quod non fuit, 50. dist. ferrum, & c. cum exaudiero.

e Pœnitentiæ.] sup. de temp. ord. ex tenore.

f Promouere.] etiam de iure communi, cum peccatum sit occultum, s. de temp. ord. l. c. vlt. & præcipuè secundum illos qui dicunt, quod peccatum occultum nõ reddit hominem irregularem, secundum alios, qui dicunt contrarium loquitur c. istud de dispensatione.

D E V S V R I S.

Quia vsuram exercens, rapinam, & quodammodo furtum committit, 14 q.4. si quis vsuram, & subiacet restitutioni, sicut furtum committens, seu rapinam, vt in c. cum tu, infra eo. ideò competenti ordine submittit de vsuris. Abbas.

De hac materia tractatur, 46. dist. & 14. q.4. & quæstio.5. & q.6 per totum, 46. dist. c. pen. & vlt. 88. dist. in Palea eijciens.

PLures.] Si creditor percipit sortem ex fructibus pignoris, deductis expensis tenetur pignus restituere debitori, & vnum casum excipit. h. d. Diuidit in tres partes: Nã primo, prohibet clericis vsurã generaliter, & indè nominatim certã speciem: Scdo ibi, Quod si, pœnã addit. Tertio à p̃dicta specie vnũ casũ excipit, ibi, Nisi. Abbas.

CASVS. [1] Quia plures clerici data pecunia possessiones recipiebant in pignus, dicentes non esse vsuram, statuit Concilium Turonẽ. vt nullus constitutus in clero, hoc vel aliud genus vsuræ exercere præsumat, quòd si aliquis possessiones alicuius data pecunia recepit in pignus, si sortem suam receperit deductis expẽsis, possessionem liberè restituat debitori: si minus aliquid habet, eo recepto possessio ad dominũ reuertatur: Si verò post illud statutum aliquis clericus vsurarum crimen commiserit, officij sui periculum patiatur, nisi fuerit beneficium ecclesiæ, q̃ redimendum sibi hoc modo videatur. Nota fructus pignoris computandos in sortem. Itẽ clericus vsurarius de rigore iuris ab officio ecclesiastico debet repelli. Itẽ habes hic casum, in quo fauore ecclesiæ fructus non computantur in sortem.

1 Si legeris uetere cõpilationem apertissimè itelliges facti speciem, quę ex fragmento omisso à Raymundo reddita est paulo obscurior.

† Ca.1.eo.ti. in 1. cõp. & & post Cõc. Latera. par. 16.c.9. De intellectu Conar. lib.3. var. resol. c.1. nu.4. & de pœna clerici vsurarij Bernardinus Diaz in pract. crim. can. ca.82.

† Hæc duo verba, vel conditione, desunt in omnib. antiquis codicib. Gregorianus.

¶ Alexander iij. in Concilio Turonen.

¶ Vsura est lucri facere fructus rei pignoratę, fallit in casu hic excepto.

CAP. I.

PLures † clericorum: & infra. ¶ Generalis Cõcilij [g] decreuit auctoritas, vt nullus cõstitutus in Clero, [h] vel hoc, vel aliud genus [i] vsuras exercere p̃sumat. Et si quis alicuius possessionem data pecunia sub hac specie [vel † conditione] in pignus acceperit, si sortem suam (deductis expensis [k]) de fructibus iam perceperit: absolutè possessionem restituat debitori: Si autẽ aliquid minus habet; eo recepto, possessio liberè ad dñm reuertatur. ¶ Quod si post huiusmodi [l] constitutũ in clero quisquã extiterit, qui detestandis vsurarum lucri insi-

g Generalis Concilij.] scilicet Turonen. cuius est hoc capitulum.

h In Clero.] maximè, quia idem est de laicis.

i Aliud genus.] Multa enim sunt genera vsurarum, arg. 14. q 3 c. 1. 2. & 3.

[Gl. se. tr ctat de expẽsis deducẽdis, & q̃rit, & soluit.

K Deductis expensis.] Deducendæ sunt expensę: & q̃d superest, est fructus, ff. sol. mat. fructus, ff. de pet. hær. si à domino, §. fructus, in fi. & 12. q. 2. vobis, & C. de fruc. & lit. expen. l. 1. & ipso iure per fructus perceptos liberatur pignus, C. de distr. pign. l. 1. & C. de pign. actio. l. 1. & 2. fructus enim semper computantur in sortem, infra c. proxi. & cap. conquestus, & hic expensæ istæ non debent esse superfluę. argumen. ff de rei vend. in fundo, & ille tantum sunt deducendæ, quæ in ipsam rem necessario factæ sunt, & pro fructibus colligendis. C. de pigno. in summa, potest ergo rem retinere, donec deducat expensas. Sed quid si restituit rem nondum deductis expensis? petat per condictionem indebiti, ff. de impẽdijs, in rebus dotalibus factis, l. quod dicitur, §. si dos, vel p contrariam actionem pignoratitiam, ff. de pignoratitia actione, si necessarias.

l Post huiusmodi.] maximè: quoniam idem erat ante, decimaquarta quæstione quarta, si quis oblitus, & j. eod. cum tu.

a Beneficium.] hoc ita poteſt intelligi, puta laicus aliquis iniuſtè detinet poſſeſſionem aliquam, quæ fuerat clerico in beneficium aſſignata: licitum eſt clerico de manu laici taliter eam redimere, vt eccleſia, vel ipſe clericus fructus taliter perceptos retineat: nec eſt vſura, cum tãtum ſuum recipiat: quia ſic fortè poſſeſſio ad eccleſiã reuerteretur hoc modo: q. a fortè aliàs non poterat recuperari. Et idem eſt, ſi eſſet feudum eccleſiæ, quia fructus eccleſiæ non cõputabit in ſortem, j. eo. conqueſtus, ſed eccl'a ïtetim ſeruitia à vaſallo recipere nõ debet, ſup. de feu. c. 1. Idem intelligo de laico, qđ hoc modo ſibi licet redimere poſſeſſionẽ de manu iniuſti detẽtoris: alienam tñ poſſeſſionem taliter redimere non poſſet, quia fructus illi non ſunt ſui; vñ ſi illos retineret, vſura eſſet. Idẽ eſſet de clerico, ſi poſſeſſionem eccleſiæ, quæ non fuit ſibi pro beneficio aſſignata, taliter in pignus reciperet, niſi de licẽtia eccleſiæ hoc faceret, quaſi percipiendo eos nomine eccleſiæ. Bernar.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cõp. & poſt Cõc. Later. pa. 16. c. 3. Et Cou. in pcedenti c. citatũ, vide Sotũ de iuſti. & iure li. 6. q. 1. art. 2. & Syluestrũ verbo, vſura, 3.

Q Voniam.] CASVS. Dr hic, q non ſolum viris eccleſiaſticis, ſed etiam laicis periculoſũ eſt vſuris intendere, & ideò mãdatur, quòd poſtquam de poſſeſſionibus, vel fructib. arborum, quas in pignore tenent, receperint ſortem ſuã deductis expenſis, reſtituantur poſſeſſiones ſuis dominis. No. q vſuræ reprobantur in laicis ſicut in clericis. Item fructus pignoris cõputari debent in ſortem, prius indè deductis expenſis.

† copellatis.

† Idẽ, ſ. Alexãder iij. in Conc. Later. c. 25. & ca. 2. eod. tit. in 1. cõp. Et pro intellectu ui de Archidia. in c. miror. 17. q. 4.

ſtat, eccleſiaſtici officij periculũ patiatur. Niſi fortè eccleſiæ beneficium [a] fuerit, quod redimẽdum ei hoc modo de manu laici videatur.

¶ Idem Cãtuarien. archiepiſco. & eius ſuffraganeis.

¶ Idem in effectu dicit cum præcedenti cap. ſed addit taci tè idem eſſe in laicis: nam in præcedenti cap. tantum fuit facta mentio de clericis.

CAP. II.

Q Voniam † non ſolum viris eccleſiaſticis, ſed ẽt quibuslibet alijs periculoſum eſt vſurarum lucris intendere: Auctoritate præſentium duximus iniungendum, vt eos, qui de poſſeſſionibus, vel arboribus, [b] quas tenere in pignore noſcũtur, ſortem (deductis expenſis) receperunt: ad eadem pignora reſtituenda, ſine vſurarum exactione, eccleſiaſtica diſtrictione compellas. †

¶ Idem † in Cõcilio Lateranen.

¶ Manifeſti vſurarij ad communionem altaris, & eccleſiaſticam ſepulturã, & oblationem offerendam admitti non poſſunt: & clerici contra hoc facientes, puniuntur, vt hic dicitur.

CAP. III.

Q Via in omnibus ferè locis ita crimen vſurarum inualuit, vt multi [c] (alijs negocijs ptermiſſis) quaſi licitè vſuras exerceant, & qualiter vtriuſque † teſtamẽti pagina condemnentur, nequaquã attendant: Ideòque cõſtituimus, vt vſurarij manifeſti, † nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiãt [d] ſepulturam, ſed nec oblationes [e] eorum quiſquã accipiat. Qui autem acceperit, vel Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ: & quæ acceperit, reddere [f] compellatur, & donec ad arbitrium epi ſatisfaciat, ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus.

¶ Idem Panormitano archiepõ.

¶ Poteſt intelligi dupliciter, primo in mutuante, Secundo in recipiente vſuras, & ſecũdum primũ intellectum hoc dicit. Etiam pro opere pio non licet vſuras recipere, quando per receptionem datur cauſa vſuræ committendæ. hoc dicit. Vel ſic, & clarius:

tur, & ideò ſtatuit Lateran. Concilium, vt vſurarij manifeſti ad communionem non admittantur altaris, nec Chriſtianam accipiant ſepulturam, qui in hoc peccato deceſſerint, nec oblationes eorum quiſquam accipiat: qui autem acceperit, aut Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, quod acceperit, reſtituat, & ab officio ſuo ſuſpẽſus maneat, donec ad arbitrium epiſcopi ſatisfaciat. Nota quod hæc eſt pœna, quæ primo imponi debet; de qua fit mentio in reſcriptis contra vſurarios impetratis.

[Glo. ſeq. oſtendit gl. iſtam etiam iure ciuili, &c.

c Multi.] proptẽrea quia multi ſunt non excuſantur, 2. quæſt. 1. multi, in fin. & etiam ſi omnes homines eſſent vſurarij, ſimile 32. quæſtio. 7. flagitia, cum in veteri teſtamento, & nouo prohibitæ ſint vſuræ, infra c. proxi. immo etiam iure ciuili vſuræ prohibitæ ſunt: vndè nullo iure peti poſſunt: in Authen. de eccle. titul. in princ. collat. 9. licet non obſeruetur, quia ibi dicit. Iuſtinianus, ſe quattuor ſynodos generales obſeruare: ſed Nicæna ſynodus eſt vna de quattuor principalibus, quæ ita obſeruari debet, ſicut quattuor Euangelia, xv. diſtinctio. ſicut, & in Nicæna ſynodo prohibentur vſuræ, 47. diſtinctio, quoniam multi.

d Acipiant ſepulturam.] Idem eſt de quolibet, quem conſtat deceſſiſſe in mortali, 13. quæſtio. 2. pro obeuntib. 23. quæſtio. 5. placuit, 21. quæſt. 3. Cyprianus, & ſupra de ſta regu. monachi. cum ſim.

† De hoc ar. ti. pleǹe Couar. li. 3. varia. reſo. c. 1. nu. 5. cum vi deto, & Mar quar. tra. de Iudæ par. 1. c. 11.

† Vſurarij manifeſti q dicantur ua dit Iul. Clarus li. 5. ſen. §. vſura. ver. ſed hic qro. Syluester verbo Vſura, 9. q. 1. & Couar. li. 3. varia. reſol. q. 3.

b De poſſeſſionib. vel arboribus.] Sic ſup. c. pro. & j. eo. conqueſtus, & s. de emp. & vend. ad noſtram, & s. de pig. cum contra C. de pig. act. l. 1. & 2. C. de pac. pig. l. 1. & vlt. & ff. de pig. act. l. ſi conuenerit.

Q Via in omnib.] Iſte tex. eſt multum allegabilis, & multa iura faciunt mentionẽ de iſto Concilio Lateran. & tria facit: Primo ponit factũ damnabile per cõſtitutionis cãm: Scđo tripliciter punit vſurarios manifeſtos: Tertio punit dupliciter clericos tranſgreſſores. Secunda ibi, Ideòque. Tertia ibi, Qui autem. Abb. Sic. CASVS. In multis locis tãi inualuit vſurarum conſuetudo, vt multi alijs negotijs prætermiſſis, vſuras exerceant tanquam licitas: non cõnſiderantes qualiter crimen iſtud vtriuſque teſtamenti pagina condemne-

e Oblationes.] ſic 90. diſtinctio. oblationes, & 17. quæſtio 4. miror, ſupra de raptoribus ſuper eo. ad finem, & nihilominus excommunicandi ſunt, ſi non ſatisfaciant, infra eodem præterea, & ſupra de iureiur. debitores, & c. ſeq.

[Glu. ſeq. quærit, & argu.]

f Reddere.] Sed cui debet reſtitui? danti? non videtur, 17. quæſtion. 4. ſunt qui. 2. quæſtio. ſecunda, nulli liceat. Ala. dixit, quod epiſcopo loci, ſed potius credo, quod illi qui dedit, & ille poſtea reſtituat ei à quo recepit. argumen. infra eodem, cum tu. & ſupra de homi. ſicut dignum, §. eius,

Super eo,

SVper eo.] Diuiditur: Nam primo ponitur decisa consultatio: Secundo responsio, ibi, Respondemus, & responsionem probat per argumentum à maiori. Abb. Sic.

CASVS. Quidam exercebant vsuras, vt indè captiui redimerentur: quęritur an liceat? Rñdet Papa, quòd cum vsurarum crimē vtro que testamento condemnetur, super hoc non est aliqua dispēsatio adhibenda: quia etiam dicit scriptura; pro alterius vita mentiri non licet, multo magis prohibendus est aliquis, ne vsurarum crimē exerceat pro redimenda vita captiui. No. circa crimen vsurarum dispensari non posse. Itē prętextu pietatis non est impietas cōmittenda. Item non debet quis mentiri pro vita alterius saluanda. Item argu. ꝙ vsura est maius peccatū q̃ mendacium.

[Glo. seq. arguit & remittit.]

a Dispensationē.] Arg. ꝙ prętextu boni, malum fieri non debet, ī. q. t. nō ē putanda, 33. q. 5. si dicat & 14. quæ. 5 c. 1. 2. & 3. & c. neque. Argu. contra 28 q. 1. non oportet. Dic vt plenè dictum est, ī. ne cle. vel mon. nō magno. in magna notula.

b Mentiri.] 22. q. 2. ne qs arbitretur, vbi de hoc.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. compilat. & post cōcil. Later. sub Alexan. 3. par. 16. c. 1. Vide Roma. ꝯsi. 400. & prę cęteris hic Ioā. Ananiam.

Non licet inducere quem ad exercendū vsuras, et pro pio opere, & ista lectura colligitur ex decisa.

CAP. IIII.

SVper † eo verò: & inf. ¶ Rñdemus, ꝙ cū vsurarum crimen vtriusq. testamenti pagina detestetur: super hoc dispensatione[a] aliquam posse fieri non videmus, quia cū scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri:[b] multò magis prohibendus est quis, ne ēt pro redimenda vita captiui, vsurarum criē inuoluatur.

¶ Idē Salernitāo archiepiscopo.

¶ Vsurarij qui sunt soluēdo, coguntur per pœnas Lateran. concilij vsuras restituere, etiā quas ante concilium receperunt: & facultatibus non extantibus debent possessiones emptæ ex pecunia funebri vendi & debētib. recipere, satisfieri.

CAP. V.

CVm † tu manifestos vsurarios iuxtà decretum c nr̄um, quod nuper in concilio promulgatū est cōione altaris, & ecclesiastica præceperis sepultura priuandos,[d] donec[e] reddant, quod tam prauè receperant: quidam eorum, ad † excusandas[f] excusationes in peccatis, impudenter affirmant illas dumtaxat vsuras restituendas, quę sunt post interdictum nostrum receptæ: & infra. ¶ Super his fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd siue ante, siue post[g] interdictū nostrum vsuras extorserint, cogendi sunt per pœnam[h] quam statuimus in concilio eas his, à quibus extorserunt, vel eorū hæredibus restituere: vel his non superstitibus,[i] pauperib. erogare dummodo ī facultatib. hēant. vnde † ipsis possint eas restituere: cū iuxtà verbū B. Augustini: † Nō remittat peccatū, nisi restituat[k] ablatū ¶ Illi aūt q nō hn̄t in facultatibus[l] vndè vsu

† Cap. 5. eo. ti. in 1. Cōp. & post concil. Lat. sub alexan. iiij. p. 16 cap. 5. Vide Bea. Tho. 2. 2 q. 78. art. 3. & Sotum lib. 6. de iust. & iu. q. 1. ar. 4.

CVm tu.] Diuiditur in prima ponitur consultatio tres articulos continens, quorum duo sunt decisi. Secundo ordinate ad illos respōdet ibi, Sup his Abbas.

CASVS. Archieps Salernitanus ꝑm p̄dictum ꝯciliū, s. eo. qm̄ præcepit vsurarios manifestos cōione altaris & ecclesiastica sepultura priuandos, donec restituant vsuras: quidam ad excusandas excusationes in peccatis, dicebant illas vsuras tm̄ restituendas quæ post p̄dictum cōciliū sunt receptæ: Alij dicebant, ꝙ non habebant vñ restituere possint vsuras, Alij dicebant ꝙ de pecunia vsuraria possessiones fuerant comparatæ, quas dederant filijs & parentib. suis: vñ pecuniam illam restituere nō poterant: q̃siuit archieps, qd sup his sit agēdū? Rñ. Papa ad primū, ꝙ siue añ siue post concilium p̄dictum vsuræ sint extortę, cogendi sunt per pœnam illius concilij ad eas restituendas, his, à qb. extortæ fuerūt, vel eorum hæredibus. vel si non extant aliqui hęredes, pauperib. dentur, dummodo habeant in facultatibus vndè reddere possint: quia vt dicit August. Non dimittitur peccatum, nisi restituat ablatum: illi verò qui non hn̄t, vñ reddere possint, non dēnt illa pęna puniri, quia paupertas eos excusat: Possessiones autem de vsuris comparatæ, dēnt vendi & pretia indè recepta restitui his, à quibus extortæ sunt vsuræ: vt sic à peccato, & a pœna prædicta possint liberari. Nota constitutionem extendi ad prǽterita. Item non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Item paupertas excusat. Item res emptæ de vsuris, succedunt loco pecuniæ de vsuris receptæ. Item quandiu inuenitur cuius est res restituenda, vel eius hæredes, non debet dari pauperibus.

c Decretum.] s. eo quia in omnibus.

d Priuandos.] Et ita canon ille, Quia in omnibus, non est latæ sententiæ, sed ferendæ. Ber.

e Donec.] Ergo quamcito restituunt sunt ipso iure restituti communioni. arg. 81. dist. siqui sunt. tamen post satisfactionem relaxandum est interdictum.

f Ad excusandas.] Hæc verba sunt, 16. q. 1. prædicator.

g Siue post.] arg. ꝙ cōstitutio retrotrahitur, & hoc ideò dicit qa crimē istud añ illā cōstitutionē ꝓhibitū erat vtroque testā, s. e. proxi. hoc diuinū p̄ceptū. 14. q. 4. qm̄ multi. Quō cōstō retrotrahit, dictū fuit sup. de ꝯstit. c. vl.

[Gl seq. un sec. formant & soluunt duas quæstiones.

h Per pœnam.] Ista tutam s. eo quia, & etiam per excōicationem ī. eo. præterea. Sed quare sit mētio in omnib. cōmissionibus de pœna illius canonis, quia & non de excōicatione? Respondeo, quia ab illa semper incipiendum est, tanquam à minori & postea infligenda est maior, si hoc meruit proteruitas contumacis. supra, vt lite non contest. c. quoniā, in fine.

i Non superstitibus.] Sed pone ꝙ ille, cui debet restitui vsura, longè sit absens. nunquid tenet vsurarius mittere ad eū vsuras? Tenet quidē: sed sumptib. illius absentis. arg ff. de oper. lib. operę enim. Si aūt sūptus itineris rei summā excedāt, det pauperibus, argu. huius c. 2. q 6 anteriorum. Et hoc intellige si vsurarius nouit, vbi habitet: qa si ignoret, non tenet inquirēdo vagari. ar. ff. de ope. lib. ꝙ nisi, in fi. & quousq. fieri pōt restō illi qui soluit nunq̃ illa pecunia debet dari pauperib. sup. de homic. sicut dignum, §. eos, & sup. de iureiurā. te.

K Restituatur.] 14. q. 6. c. j.

[Glo. ista cum seq. recitari possunt per tres q̃stiones.

l In facultatibus.] & licet amiserint viuras, nihilominus tamen tenentur propter moram, quę illis nocere debet: unde omnia refundere debent, si aliàs facere possunt arg. ff. de ui. & ui arm. l. 1. §. rectissimè, & ff. de leg. 1. cum res legata. sed si nihil habent, liberantur ex toto, vt hic. Si tamen ad pinguiorem fortunam peruenerint, tenentur ut prius, s. pra de sol. Odoardus, & ff. de ces. bo. si debitores. arg. 26. q 6. si quis de corpore & c. de his verò & in solidum: nec habetur ratio, ne egeat: licet aliàs dicat lex, quod qui bonis cedit, non conuenit postea, nisi in quantum facere potest, ff. de ces. bon. is qui. Ala.

† Sūmatur hæc ex ps. 140.

† Aliàs cæteris omissis ita, uñ possint restituere.

† Augu. epi. sto. 54. ad Macedonia nū. refert Iuo. par. c 2. c. 4. & par. 15. c. 25.

a Euidenter.] si.n.credatur habere, verberib. veritas eruatur, 5.q.5.illi qui, 13.q. 6.c. 1.vel iuret se non hře vñ reddatur quod potius vř: qa non dět vlla pęna puniri vt hic dicit, quia inanis est actio, & c.ff.de dolo, nam is, & supra de rest.spol.olim.

b. Debent vendi.] Ex hoc vř, ꝙ ad quẽcunque ꝑueniat res empta ď pecunia vsuraria, teneť illã restituere: licet enim res emptæ ex tali pecunia ꝑuenerint ad filios vel ꝯsanguineos vsurariorũ, nihilominus venduntr vt hic dicitr: qa res illa succedit loco alterius pecuniæ.ff.de leg.2.Imperator, in fi.& ff. de leg.3.fideicommissa. §. si rem suã.& s. vt lit.pend.ecclesia.vbi de hoc, qđ verũ est, vbi ex causa lucratiua res peruenit ad ipsum. Si verò ex alia cã, puta qa emit igno rãter, sc eus esset forte. Et spãle est hoc ĩ re empta ex pecunia fœnebri.alias regulare ẽ ꝙ ĩ re em pta ex pecunia tua, non nomine tuo, nihil iuris habes, C.de rei vend. si ea pecunia. C. de prob.ad probationẽ, & ff.de furt.qui vas, in fi.aliũ casum hẽs C.de rei ven.si vt ꝓponis, tertium.C.arb.tut.l.3.& s.ď pec. cle.inquirendũ Ala.

† Aliàs illa pęna in plerisq; antiq.s.

† aliàs ita: non solũ à pęna illa.

† Tanuch.

ras valeant restituere, nõ debent vlla † pęna mulctari: cum eos nota paupertatis euidenter a excuset. ¶ Possessiones verò, quæ de vsuris comparatæ sunt, debent vendi, b & ipsarum pretia his à quib. vsuræ sunt extortæ, restitui: vt sic non solum † à pœna, sed etiam à peccato possint (quod per vsurarum extorsionem incurrerant) liberari.

¶Idem Genuẽñ. † archiepo.

¶ *Vendens rem plus quam valeat, quia solutionem differt, peccat, nisi dubium sit, an tempore solutionis erit valor rei variatus, & venditor non erat venditurus tempore quo vendidit.h.d.secundum communem intellectũ.*

CAP. VI.

IN † ciuitate tua dicis sæpè contingere, quod quidam piper, seu cinamomum, seu alias merces comparant, c quæ tũc vltra v.libras non valẽt, d & promittunt se illis, à quibus illas merces accipiunt, 6.libras statuto termino soluturos: Licet autem contractus huiusmodi ex tali forma e nõ possit censeri nomine vsurarũ, f nihilominus tamen uenditores g peccatum incurrunt; nisi dubium h sit merces illas plus minusve solutionis tempore valituras. Et ideo ciues tui saluti suæ bene consulerent, si a tali contractu cessarent cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari. i

¶Idem.

¶ *Vsurarius monitus, non desistens, si clericus est, ab officio & beneficio suspenditur, si laicus, excommunicatur.*

CAP. VII.

PRæterea † parochianis tuis vsuras recipere interdicas: K Qui si parere contempserint, si clerici sint, eos ab officio, beneficioque suspendas; l Si laici, vsque ad dignam satisfactionẽ ipsos uinculo excõicationis m astringas.

ex affectus singulorum, sed communiter æstimanť.ff.ad l.Fal.pretia, ar.ꝯtra.ff.manda. cum seruus.sed hic non fuit emptio facta æstimatione communi.Ber.

[Glo.seq signat contrarium, & remittit.]

e Ex tali forma.] Sim.s.de pig.illo vos, & ita forma ꝯtractus inspici dẽt, ad hoc vt vsurarius cẽseať, qa oẽ esse ẽ ex forma: sed nõ est sẽꝑ verũ ĩ casu isto, vt ĩ. dicitur.Ber.

f Vsurarum.] arg.ꝯtra s.eo.cõsuluit.ibi soluitur.Ber.

g Vẽditores.] Isti vẽditores pp dubiũ excusanť a peccato, aliàs nõ vendit.ĩ.eo.c.vlt.in fi uñ pp dubiũ excusanť a peccato vsurarũ, & expone peccatũ, s.vsurarũ ĩ.eo.c.vlt & ẽm illã intell ge istã; licet.n. ex forma nõ sit ꝯtractus usurarius, pt tñ fieri in fraudẽ usurarũ: uñ æq; teneť.ar.s. de pig.illo uos, & qđ cunq; nomen imponas, vsuras est, 14.q.3.c.1.& 2.

h Nisi dubiũ.] ĩ.e.c.vlt.vbi de hoc in tali dubio potius esset abstinendum: qa qñq; dñt aliq se dubitare, vbi nõ est dubitandũ, & ẽ conuerso; & tutior via est eligẽda, ĩ.de cler.excõ.mi.illud uñ dicit, saluti suæ benè consulerent, &c.quia periculũ est in his.Ber.

i Occultari.] quia secretorum Deus cognitor est, 32.q.5.ist.eru bescant, & 2.q 5.con suluisti.quem non latet peccati qualitas, neque peccantis affectus, 24.q.5.Deus quando.Tanc.

† Cap.9.eo. tit.in 1.cõp. Et post cõc. Late. p. 30. c.2.§. praterea. Et quatenus punit clericos & laicos, vnde Bern. Dux in prac. cri. can. c. 85.& Fely.in c.cũ sit gñali, s de fo. cõp. & Alex.in l si non fortẽ ff.ď cõd.ind

IN ciuitate.] Cõis diuisio. Secunda pars ibi, Licet. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam mercatores emũt piꝑ, cinamomũ, seu aľs merces, q̃ tpe uenditionis nõ valent ultra 5.libras, & ꝓmittunt se soluturos in termino cõstituto sex libras: q̃rebať, vtrũ talis ꝯtractus esset usurarius? Rñ.papa, licet talis ꝯtractus ex forma usurarius non possit iudicari, tñ uẽditores nihilominus peccatũ incurrũt, nisi dubiũ essed merces illas plus vel minus ualituras tpe solutionis faciendæ: & iõ qui sic ꝯtrahũt, melius facerẽt, & sibi consulerẽt, si à tali ꝯtractu abstinerẽt, qa hoium cogitationes Deo occultari non possunt. No.aliquem excusari à peccato vsuræ propter dubium.

[Gl.seq.teci.per modũ obiec.de eo quod licet cõtrahentibus, & c.secundo obijcit, & soluit in fine.]

c Cõparãt.] nõ decepti in iusto ꝑtio, sed scienter plus emerunt pp dilationẽ di solutionis: si. n. decepti essent qa darent vltra pretiũ iustum, nõ haber t speciẽ vsuræ: qa licet cõtrahẽtib. sese ad inuicẽ decipere, 1 ff.de min. in cãa, §.in ꝑtio, vsq; ad dimidiũ iusti ꝑtij s. de empt. & vend.cum dilecti, & c pen C.de resc.n.ven.l.2. Ala.

d Non valent.] imò videtur ꝙ tantum valeat res.n. tantum valet, quantum vendi potest, ff.ad Treb l.1.§.si hæres, & ff. ad l.Fal.quærebatur, & ff. de fur. si quis uxori.§.vlt.& ff.de dona.causa mor.l.mortis cã, § ult. & ff ad l.Rho.de iac.l.2.§ portio.pretia.n.rerum non

P Ræterea.] Duæ sunt partes: Scđa ibi, Si laici. Ab.Si.

CASVS. Mandat papa cuidã epo, quatenus oĩbus parochianis suas usuras recipere interdicat: qđ si facere contempserint, si clerici fuerint, illos ab officio & beneficio suspendat: Si laici, eos excommunicet usq; ad debitã satisfactionẽ. No.qualiter puniri debeãt vsurarij, tam clerici quam laici.

K Interdicas.] 14.q.3.& q.4.per totum, & 47.dist.quoniam multi.

[Glo.seq.quærit, & soluit.]

l Suspendas.] Talis enim repellitur ab obtento, ut hic dicit, & 14.q.4.si quis oblitus, & c.quoniam multi.& repellitur ab obtinendo multo fortius, infra de exces præla. inter dilectos. Sed nunquid episcopus potest cũ tali dispensare? Dico ꝙ sic, post satisfactionẽ & pœnitẽtiã, qa hoc non prohibetur: & hoc probatur per hanc decr. In aliqua dicebatur, ꝙ ad præsentiam papæ talos mittantur: vndè collige, ꝙ epi cum talib. misericorditer agere possunt, De hac materia traditur s. de iud.at si clerici.

m Excommunicationis.] Primo inflicta pœna illius constitutionis, s.eo.quia in omnibus.

† Cap. 8.eo. ti.in 1. cõpi. & post cõc.ꝯ Latera. par. 16.c.2. De rõne huius dec.uide plenius p Caietanũ apud B. Tho.2.2. q. 78. ad 7. ar. & p Syl. uerbo usura, 2.q.2.& Sotũ citatũ ĩ. eod.in c.nauiganti.

1 Hoc lege ciuili pmittit, sed lege diuina non licet cęterũ ď hoc dicto unde plenè p B. Tho.2.2.q. 77.ar.1. ad 1.arg.& Dñicũ Sotũ li. 6. de iust.& iu. q.3.ar.1.ad 1.arg.

Conquestus.] Primo ponit decisam quæstionem? Secundo prouisionem ibi, Discretioni. Terciò exceptionem, ibi; nisi Abb. Siculus.

CASVS. Idem dr hic, quod dictum est s. eod. c. 1. fructus, n. pignoris q computãdi sunt in sortem, nisi terra fuerit de feudo monasterii. Nota, q fructus pignoris cõputari debent in sortem.

a Sortem recepistis.] deductis ẽt expensis. vt s. ca. 1. & 2. vbi de hoc.

b De feudo.] In isto 1 casu fructus ñ computantur in sortẽ, interim tñ nõ debent seruitium recipere à vasallo, nes ẽ vsura sic. s. de feud. c. 1. in quo casu põt ẽt intelligi s. eo. c. 1. sed ibi illud exponit, dic ut ibi. Habes ergo vnum casum in quo non cõmittitur vsura vltra sortem recipiendo, vt s. eo, ca. 1. & hoc fauore eccl'æ. Item & in alio, j. e. salubriter, aliàs etiã posset attẽtari, q vsuræ pñt peti ẽt sm canones, vt cù vẽdo tibi pdiũ, & trado, & pcipis fructus, nec soluis mihi pretium ad terminũ, ar C. de vsur. l. 2. quia hmõi vsuræ nõ quasi vsuræ sed quasi interesse petũtur, ar. 14. q. 4. tñ multi ibi, ad quæ stũ, &c. siqs oblitus. ibi, aliqui incre nen ra, & ff. pro soc. sociũ qui. dãna verò & interesse sm canones peti pñt. 12. q. 2. siqs de clericis, & s. de so cõpe. dilecti, & s. de fideiuss. peruenit, & c. constitutis & arg. ff. de eo quod cer. lo. l. 2. §. vlt. v maximè in cõtractib. bonæ fidei, ubi vsuræ veniunt ex mora, ff. de vsu. mora. §. in bonæ, & ff. de peri. & com. rei vend. l. vlt. & C. de act. emp. & ven. l. fructus, quia nõ dr vsura, sed potius interesse, quia nõ dr recipere ultra sortem. Et quod dicit, quidquid sorti accedit, usura est; illud põt intelligi in mutuo, vel ubi aliquid excogitatur in fraudem usurarũ. Illud no. q duo sunt contractus, qui de sui natura uolunt esse gratuiti; ut mutuum & cõmodatũ, mutuũ. n. nisi sit gratuitũ, statim vsura est: unde illud Mutuũ dantes, nihil indè sperantes. j. eod. consuluit. Item commodatum si non sit gratuitũ, & pecunia recipiatur pro re commodata, desinit esse commodatum, & in locationem transire uidetur: non tamen est usura. Item si uendo tibi fundum iusto pretio, ea lege, ut quandocunque tibi soluero pretium, quod mihi debes, fundus ad me reuertatur. C. de pac. inter empt. & uend. l. 2. in casu isto lucratur fructus, alias si modicum esset pretium, præsumitur contractus in fraudẽ usurarum. supra de emp. & uend. ad nostram & præcipuè si emptor consueuit exercere usuras, s. de pigno. illo uos. Item ubi pecunia datur ad põpam, possum inde recipere mercedem, quia non est mutuum, sed potius commodatum siue locatio ff. commo. sed mihi. §. non potest, & l. sequ. Item vbi aliquid apponitur noĩe pœnæ, dum tñ non in fraudem vsurarum, 12. quæst. 2. fraternitas, tamen in omnibus prædictis casib. non dicuntur vsuræ sed potius interesse videtur. Laur.

† Cap. 10. e. ti. in 1. cõpi. Et de intellectu huius decretalis, uide late per Couar. li. 3. uariar. reso. ca. 1. nu. 4.

1 In hac gl. continẽtur multi articuli, de quibus dubitatur, an sint usurarii necne, & ob id ne quis facile labatur, præter Canonistas hic eõ sultat theologos B. Th. & ibi Cater. 2. 2. q. 8 pro tũ? Sotu. lib. 6. de iust. & iure q. 1. a. & se. Nauar. Menuati cõ sessariorum, c. 17. Syluestrum; & Sũ mistas uerbo usura.

† Cap. 11. e. ti. in 1. cõpil. Et de materia tex. & gl. uide plenissime per Couar. li. 3. uar. resol. c. 3. & per Syluest. in sum. uer bo, usura 6.

¶ Idem abbati, & fratribus S. Laurentij.

¶ *Fructus rei pignoratæ computari debet in sortem, & excepit vnum casum.*

CAP. VIII.

Conquestus† est nobis C. clericus, & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si terram ipsam tit pignoris detinetis, & de fructibus eius sortem recepistis, a prędictam terram clerico memorato reddatis: Nisi terra ipsa de feudo b sit monasterij vestri.

¶ Idem episcopo Placentino.

¶ *Hæres vsurarij filius, vel extraneus, vsuras extortas per defunctum restituere compellitur.*

CAP. IX.

Tua† nos duxit fraternitas cõsulendos, qd sit de vsu ariorũ filijs obseruandũ, qui eis in crimine vsurarũ defunctis succeduntur: aut de extraneis, ad quos bona vsurariorum asseris deuoluta? Tuæ igit quæstioni litteris psentib. rñdem, quod si lij ad restituendas vsuras ea sunt districtione cogẽdi, c qua parentes sui † si viuerẽt, cogerentur. Id ipsum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Mutuans ea mẽte vt vltra sortẽ aliquid recipiat tenetur i foro animę ad illud restituẽdũ, si ex hoc aliquid consecutus est: Idẽ in nõ dante parabolam iuramenti, nisi aliquid inde recipiat: Et idem in vendente rẽ plus quam valeat, quia differt solutionem.*

CAP. X.

Consuluit† nos tua deuotio, an ille in iudicio animarũ quasi vsurarius debeat iudicari, qui non aliàs mutuo traditurus, eo proposito mutuã pecuniam credit, ut licet omni conuentione cessante, plus tamen forte recipiat: Et vtrum eodem reatu criminis inuoluatur, qui (vt vulgo dicitur) nõ aliter para

Tuæ nos.] cõis diuisio. Scda pars ibi, Tuæ igitur. Abb. Siculus.

CASVS. Quæsitum fuit a papa, quid sit obseruandum de filijs vsurariorum, qui eis succedunt in crimine vsurariũ, aut ẽt de extraneis hæredibus, ad quos bona illorum perueniunt? Rñdet papa, qđ filii eadẽ districtione cogendi sunt vsuras restituere, qua parentes eorum cogerent, si viuerent, & idẽ est faciendũ de hæredibus extraneis. No. q res transit ad successorem cum suo onere vel causa.

[Gl. seq qrit alle. ad negatiuã v. lege, & ad affirmati uam tres, & sol.

c Cogendi.] Tenẽt filii p parẽtib. p hę reditaria portiõe, & illi ad quos bona vsurariorũ puenerũt, vt hic dr, & ff. de r. g. in. ex qua persona. Sed pone, q alter hæredum efficiatur non soluendo añ restõnẽ vsurarũ, nunquid alter conuenitur in solidum? nõ vr ff. de fideiu. inter eos, §. cum inter. ar. contra. ff. commo. sed mihi. §. hæres, & ff. de fideiuss. tut. l. si fideiussores. Satis potest dici, quo in solidum conueniri possunt, quia omnia bona defuncti erant illi obligata. arg. eodem cum tu. & præcipuè cum succedit in crimen: hæredis enim succedentis in uitium, par fortuna habenda est, C. de fruc. & lit. expe. l. 2. & ẽt hæredis ignorantia defuncti vitium non excludit, ff. de diuer. & temp. & præscrip. cum hæres. Si ergo hæres succedat in bonis defuncti, siue hæres idem crimen cõmittat, siue non, semper tenet r restituere vsuras, quas defunctus extorsit, in quantum se extendit illius hrditas, vt hic patet, & ẽ conuerso hrs, põt repetere usuras extortas a pre, j. eo. Michael. Vin.

† Dictio, sui deest in antiquiorib. codicibus.

† Cap. 12. e. ti. in 1. cõpil. Vide Couar. 1 regula, pec catũ, de reg. iur. lib. 6. in 2. par. relectionis in initio uersic. ex hoc. item adde citatos in c. ult. s. de fimo.

Consuluit.] In prima ponitur consultatio tria continens; In secunda simul ad omnia rñdet ibi, Verum. Abb. Siculus.

CASVS. Tres quæstio. hic formantur: prima est talis: Aliquis mutuat pecuniã sine aliquo pacto uel cõuentione, eo tñ aĩo, ut aliquid ultra sortem recipiat alias non mutuaret, si nihil crederet habere ultra sortem quæritur, an talis saltẽ in iudicio aiæ usurarius sit censendus. Scda qõ ẽ. Aliquis mutuauit pecuniã ad certũ terminũ,

termino adueniente creditor si vult date parobolam iuramenti, donec aliquod emolumentum percipiat, non tamen aliquid petit vel exigit a debitore: quaeritur, vtrum iste eodem crimine cum primo inuoluatur. Tertia quaestio est: aliquis negotiator vendit merces suas longè maiori pretio, vt alio tempore pretium persoluat, quàm si ei incontinenti pretium persolueret, quaerit de isto an poena simili debeat condemnari? ad hoc respondet papa, quod ex Euangelio Lucae colligit, quid in his casib. sit tenendum, in quo dicitur. Mutuum date, nihil inde sperantes, homines isti pro intentione lucri quam habent, cum omnis vsura & superabundantia prohibeatur in lege, iudicandi sunt male agere: & ideo in animarum iudicio efficaciter sunt inducendi, ut taliter accepta restituant. No. quod quod recipitur vltra sortem: licet ex forma contractus non sit vsura, tamen quo ad ecclesiam iudicandus, propter intentionem tamen, quo ad Deum tamen quod vsurarius punietur nisi restituerit, & sic aliquis non est vsurarius quo ad ecclesiam, sed quo ad Deum.

a Cócedit.] si quod met. cau. l. vl. §. si se n. rator.

b Sperantes [supple a cà mutuo, i spe lucri principaliter posita, secundario tamen aliquid sperare nõ puto, malum, ut & ipse fer uiat illi, arg. 61. dis. quod prodesit, & 59. di. si officia, nec etiã recipere ex tali spe, ar. 1. q. 2. quãpio. imo naturaliter debitor est illi obligatus ad antidora. ff. de pe. bære. sed si lege, §. consuluit, & s. de test. cũ in officijs. Ala.

c In lege.] 14. q. 3. c. 2. & 3. Ber.

Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

d Malè agere.] arg. contra. s. e. in ciuitate, Illud intelligitur quãtũ ad iudicium ecclesiae; & potest excusari illud, propter dubium istud de iudicio animae, vt hic paret, & ita non est contra, ibi quo ad formam contractus vsurarij non dñi: sed isti propter intentionem quam habuerunt, iudicandi sunt in iudicio animae malè agere; & in ducendi sunt, sed non compellendi, vt sic recepta restituant; nec tanquam vsurarij puniendi sunt, sed reuera, quo ad Deum vsurarij videntur, quia restituere tenentur sic accepta. Et hic habes manifestè, quod intentio facit hominem vsurarium; intellige cum effectu; sic & expectatio, 14. q. 3. capitu. 1. & q. 4. si quis clericus. B. r.

Q Vam.] Cõis diuisio, Secunda ibi, Mandamus. Abb. Siculus.

† De hoc artic. uide plenè Sotũ l ib. 6. de iust. & iure. q. 4. art. 1. & Sylnestrũ verbo, vsura, 2. q. 1.

† Prolixi, in antiquis, codicib.

Luc. 6.

† Verba sũt Ezechielis c. 18. uide B. Hierony. eã exponentem ibi, & apud Iuonẽ part. 1. ca. 18 & ap. d. Gra. 14. q. 3. cap. putant.

a De intellectu huius gl. vide Conar. l. 1. varia resol. ca. 20 nu. 4. ad de Caiet. apud B. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 3. ad 4. arg.

bolam iuramenti concedit,[a] donec, quamuis sine exactione, emolumentum aliquod indè percipiat: Et an † negotiator pœna consimili debeat condemnari, qui merces suas longè maiori pretio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris † temporis dilatio prorogetur, quam si ei incontinenti pretium persoluatur.

¶ Verum quia quid in his casibus tenendum sit, ex Euangelio Lucæ manifeste cognoscitur, in quo dicitur. Date mutuum, nihil indè sperantes:[b] huiusmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cum omnis † vsura, & superabundantia prohibeatur in lege[c]) iudicandi sunt malè agere.[d] & ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

¶ Innocentius tertius, Prælatis in Regno Franciæ constitutis.

¶ *Manifestus vsurarius appellans ad subterfugiendum restitutionem, audiendus non est.*

CASVS. Aliqui sunt manifesti vsurarij; quorum quidã publicè renuntiauerũt vsuris: cum isti vsurarij manifestè conueniebantur super vsuris, appellabant, quæritur, an appellationib. eorũ sit deferendũ: mandat papa prælatis, quatenus manifestos vsurarios & præcipuè illos, quos cõstiterit publicè renũtiasse vsuras, cũ aliquis eos conuenerit, nõ permittãt appellationis beneficio se tueri. No. quod nõ tenet appellatio, vt in crimine quis remaneat.

e Se tueri.] Idẽ ẽ i quolibet crimine manifesto: s. de app. cũ sit Romana, aliàs si iniustè grauaretur, non est appellatio denegãda, sic multoties cõdẽnaretur iniustè quod foret absoluẽdus, s. de excep. cũ inter, & ita intellige de his qui appellant existẽdo in crimine, & hoc constat, quia non exprimit iustã cãm appellandi, aliàs non audiretur an sniam appellans, s. de appel. ut debitus honor.

CAP. XI.

QVãt † perniciosum: & infra.

¶ Mandamus quatenus manifestos vsurarios (maxime quos vsuris publicè renunciasse constiterit) cum aliquis eos conuenerit de vsuris nullius permittatis appellationis subterfugio se tueri.[e]

¶ Idem Narbon. archiepõ.

¶ *Per subtractionem communionis Christianorum, & per Principes seculares cogẽdi sũt Iudæi ad vsuras restituẽdas.*

CAP. XII.

POst † miserabilem: & inf. ¶ Iudæos, a remittendas Christianis vsuras, per Principes[f] & Potestates compelli præcipimus sæculares. Et donec eis remiserint ab vniuersis Christi fidelibus tam in mercimonijs, quam in alijs, per excommunicationis sententiã, eis iubemus communionem[g] omnimodam denegari.[h]

¶ Idem Mutin. episcopo.

¶ *Nõ obstãte iuramẽto de nõ repetẽdis vsuris, per debitorẽ prestito, potest iudex ex officio suo vsurarium ad restituendas vsuras compellere.*

POst.] ponit dupli cem prouisionem contra iudæos vsurarios: Secunda ibi, Et donec. Abb.

CASVS. Quærebatur qualiter iudæi cõpellendi sunt ad vsuras restituẽdas, uel remittẽdas, præcipit papa iudæos compelli ad remittẽdas vsuras Christianis per Principes & ptãtes sæculares: & donec eis remiserint vel restituerint, ab vniuersis fidelib. in mercimonijs & alijs iubet Papa per excõicationẽ oẽm cõionẽ denegari. No. iudæos indirectè cõpellendos ad vsuras remittendas. Item ecclesia iudicat de his, qui foris sunt.

f Principes.] quorum legibus a in temporalibus subijciuntur iudæi, 8. dist. quo iure. & C. de iud. iudæi. & quia si ad nos ueniunt, proteguntur, s. de iudæ. sicut. & C. de iudæ. nullus, pari ratione alios contra eos protegamus, arg. s. de mut. pet. per totum, maximè in his, in quibus legem suam offendunt, j. eo. consuluit, & 14. q. 4. quoniam, &c. vlt. Vin.

g Communionem.] Sic j. eo. quanto.

[Gl. seq. sign. c trium, & dupl r soluit, & remittit.

h Denegari.] Non est dubium quin pœna 3 corporali puniantur iudæi, per ecclesiam, & etiam pecuniaria, 28 quæst. 1. sæpe, in fi. 17 q. 4 constituit, ita tamẽ quod viq; ad vindictam sanguinis non procedatur, s. eod. de rap. in archiepãtu. Sed contra: quia nihil ad nos de his qui foris sunt, 2. q. 1. multi, & supra de diuor. gaudem, Sol. quod dr ibi, nihil ad nos, & c. illud intelligitur in quantum Deum offendunt, sed in quantũ hominem offendunt,

† Cap. 1. eo ti. in 3. compil. Et vt icia quis dicatur vsurari[9] manifest[9], vide citatos in ca quia in oib. s. eo. ti.

† Cap. 2 eo ti. in 3 compil. extat integra in registro. Inn. iij. li. j. epistola incipiente: post miserabile. De materia vide extra. uaganrẽ Pauli iij. incl. Cupiẽtes iudæos. Marquar. trac. de iudæ. part. 1. c. 11.

a De hoc artic. uide latè per Marquar. tra. de iudæ. par. 2. c. 1.

3 Quib. pœnis possint Iudæi per ecclesiã coerceri, tradit Zãchi. trac. de hæret. ca. 36. & ibi late Căpegius.

laudunt, secus est. vel potest intelligi illud de directa coërtione, q̃ in eos nõ exercemus: secus de indirecta, vt hic, sup. de dec. c. de terris, cum etiam p̃ g delictum efficiũtur de foro nostro, s̃. de Iud. nouit, & s̃. de fo. comp. cum sit generale, & 6. q. 3. placuit, & s̃. de rap. c. a. de hoc dictũ est s̃. de iudæ. ita quorundam. Ber.

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cõp. De materia huius decretalis præter Doc. hic, uide latè p̃ Syl uest. uerbo, usura, 6. adde Conar. citatũ in c. tua nos, s̃. eo. & B. Th. 2. 2. q. 78. art. 3.

T Vas.] vsurarius q fecit debitorẽ iurare de soluendis, vel de non repetẽdis vsuris, ecclesiastica censura cõpellitur ab exactione desistere, & exactas restituere. h. d. Cõis diuisio Secunda ibi, Nos. Abb. Sic.

erat excommunicatus per epm Lemouic. pluribus annis ante suam inuestituram; super hoc testes ab vtraq; parte producti fuerunt; iudices causam instructam remiserunt ad Apost.sedem partibus, in præsentia papæ constitutis, ex parte prædicti magistri quædā ꝓposita fuerunt; Papa verò auditis, quæ partes ꝓponere voluerunt, acta iudicū fecit inspici diligēter, & inuenit esse ꝓbatū p testes pœnitētiarij, ꝙ eps Lemouicē. prædictū magistrū P. & quosdā alios excōmunicauerat plurib. annis ante inuestiturā dicti magistri: Per testes verò magistri P. ꝓbabat, ꝙ epsp dictum magistrum, & alios clericos, & etiā laicos p tres annos absoluit, antequam dictus magister fuerat inuestitus: & ꝙ eps dicto magistro cōmunicauit postea in ecclesia & in mensa: Sed quia pœnitentiarius non probauit dictum magistrum tēpore inuestituræ suæ excommunicatū extitisse ab epō suo, sicut obtulerat se probaturum, cū ex parte ipsius magistri fuerit facta fid s de absolutione, & cōione epi, dñs Papa quod de prædicto magistro per legatum prædictum factum est, per diffinitiuam sententiam approbauit. Nota quod qui fuit publicè excommunicatus, adhuc præsumitur excōicatus, nisi probetur absolutus. Vnde no. quod qui absoluitur, litteras suæ absolutionis obtineat ad cautelam futurorum, vt hic patet. ¶ Item dum quis est excommunicatus, nullum beneficium ecclesiasticum obtinere potest. Item cui episcopus communicat, præsumitur non excommunicatus: tamen præsumptio talis non sufficit, nec propterea est absolutus.

[Gloss. seq. not. tempus inuestituræ, &c. & inducit duo similia.]

a Tempore.] Tempus ergo inuestituræ considerari debet vtrum tunc fuerit excommunicatus, uel non sup. eod. c. prox. & supra de ætat. & quali. cum bonæ sicut in impetratione rescripti tempus datæ considerandum est, an tunc fuerit excommunicatus, s. de rescri. dilectus, quia si postea excommunicetur, non perditur rescriptū, sed suspenditur quamdiù absoluatur: sic intelligitur s. de offi. delega. prudentiam, § sexta. sic & tempus electionis consideratur, an tunc sit idoneus, supra de elec. cap. dudum. 2. vbi habes similiter quod initium spectandum est.

[Glo. seq recit per q. an communio probet absolutionem. sol. alleg. contrarium.]

b De absolutione.] & sic probauit ille pœnitentiarius, ꝙ magister P. fuit excommunicatus, & ipse P. probauit postea, ꝓ fuit absolutus ante suam institutionē, & ita intelligitur hic, quod quia fuit excommunicatus, præsumitur quod adhuc sit excommunicatus, nisi probauerit se absolutum, prout ipse P. fecit. 1 Et ita quicunque absoluitur saltem ad cautelam, semper obtineat litteras absolutionis, & ita cum aliquis dicit aliquem excommunicatum, & ille dicit se non esse excommunicatum, vtriusque test. s sunt admittendi in tali dubio, argum. infra de senten. excommu. ver tuas & supra de testibus, cum tu, & supra de offi. delega cum cō

stri P. probabatur, ꝙ etsi dictus episcopus in burgenses & eorum fautores, tam clericos quam Laicos Lemouicen. excommunicationis sententiam protulisset, eos tamen per tres annos absoluit, antequam dictus magister fuerit inuestitutus: & infra. ¶ Et quod idem episcopus dicto magistro communicauit postea in ecclesia, & in mensa: & infra. Quia verò sæpè dictum magistrum inuestituræ suæ tempore, a à præfato episcopo extitisse excommunicatum, dictus pęnitentiarius (sicut obtulerat) nō probauit: cum ex aduerso de absolutione b & cōione c dicti epi fuerit facta fides. Quod p dictū legatum de memorato magr̄o factum est, per diffinitiuā sententiam duximus approbandum.

¶ Gregor us nonus † I. & I. canonicis Pragen.

¶ *Suspensus vel excōicatus ignoranter, celebrando, nulla indiget dispensatione respectu irregularitatis, aliàs sec.*

CAP. IX.

APostolicę d sedis: & infr. Verū qa tpe suspēsiōis ignari celebrastis diuina, vos reddit ignorātia ꝓbabilis e † excusatos. Cæ

tingat. sic s. de præscri. illud. & c. auditis.

c Cōione.] hæc non fuit sufficiens rō ad probandū absolutionē. ī. de sent. excom. cū desideres. sed est præsumptio quædam. 11. q. 3. quib. epi 93. dist. si inimicus arg. ī. de sent. exc. in præsentia. 2 & ī. de priui. cū olim.

APostolicæ.] Qui ꝓbabiliter ignorat se suspensum, & celebrat, non efficit irregularis: sec9 si nō probabiliter. h. d. Secunda pars ibi, Cæterum. Abbas.

CASVS. Duo canonici Pragensis ecclesiæ, pro ecclesiæ Pragensis ordinatione accesserunt ad Apostolicam sedem: obiectū fuit eis, ꝙ erāt suspensi, vt sic repellerentur: ipsi volebant probare sententias illas nullas esse, & eis ignorantib. latas fuisse Papa relaxauit illas sententias ad cautelam, ne ordinatio ecclesiæ differretur. Sed quia tempore suspensionis ignari celebrarut diuina, eos probabilis excusat ignorantia: Si verò crassa & supina aut erronea ignorantia fuerit, pp ꝙ indigent dispensatiōne, Papa dispensauit cum eis. Not. ꝙ si suspensus ignoranter diuina celebrat, non incurrit irregularitatem nisi ignorantia crassa fuerit & supina.

d Apostolicæ.] hæc decretalis pars est illius, s. de except. Apostolicæ.

[Glo. seq præmittit duos effectus probabilis ignorantiæ, & remittit, secundo tractat, an absens, & ignorans excommunicari possit, & quid de his, q̄ interim agit, argu. allegat. pro & ꝯ. solui demum format tres quæstiones, & illas soluit, & tertiam distinguendo.]

e Probabilis.] Sic ergo probabilis ignorantia tm̄ excusat, & non crassa & supina, ut hic patet, sic s. de cog. spi. si vir. vnde dicit Apostolus: misericordiam merui, quia ignorans feci. 8. dist. consuetudo. & inducit dispensationem, s. de ordin. ab epi. qui renunc. c. 1. vbi de hoc. & 1. q. 1. si qui a simoniacis. sed hic non est aliqua dispensatio necessaria, quia nesciebant se suspensos, vnde non peccauerunt. Item habes hic, quod absens & ignorans potest excommunicari & suspendi, vt 2. q. 2. de manifesta. & s. de app. cum sit Romana: in fi. & quamdiù ignorat se excommunicatum, non peccat celebrando, vt hic patet. Idem ergo erit si lr̄as obtinuerit pro beneficio vel alio negotio; posset ēt interim eligi ab ipsis, qui hoc ignorant, & sic in isto casu suspenditur effectus excommunicationis, vt quamuis sit excommunicatus, nō tn̄ obest. arg. opti. de consecr. dist. 4. ca. 2. & Insti. de exc p. § præterea. & ar. s. de ap dilectis filijs. vbi suspenditur interdictum, sic & snia absolutionis suspenditur. 2. q. 5. quanto, arg ꝯ. s. de app. pastoralis vbi excōmunicatio sta: in trahit secum executionem, & ff. si cer pet. cius q̄ vbi dicit: status sui ignarus Credo ꝙ quicquid facit antequā sciat se excōicatum, non imputetur ei, tn̄ postquam nouerit se excōicatū dēt abstinere, aliàs non audiretur per tales lr̄as, nisi post absolutionem. Non credo ꝙ electio de ipso facta teneat, licet ignoret se excōmunicatū vel suspensum. Item si quid talis moriatur antequam sciat? Liber erit quo ad Deum, & excommunicator debet eū absoluere post mortē; Item nunquid ille qui sciens, 3 illū excōicatum participat illi, excōicatus erit. Credo quod sic,

2 De hoc e titu. si aliqñ & expeditur p cle. e. tit. si summus Pōtifex. Io. An.

† Hic titul9 ex plurimis manuscriptis restitutus est, uulgati dissentiunt, aliàs ita Gregorius IX. I. & A. canonicis Pragen.

† Pro intellectu tex. & gl. de multiplici ignorātia cuius meminit vide B. Th. 1. 2. q. 76 & quolibeto 1. ar. 19. q̄ late refert Syluest. uerbo ignorantia. adde Couar. 1 c. alma mr̄ in priori parte relect. §. 7. & §. 10.

3 In hoc art. teneas quod statutum est in Côc. Lat. sub Leo. o. sess. 11. paulo post prin. in bulla incip. primitiua. §. statuimus i. sup. Add. Feli. in ca. Rodulphus, de resc. & Mart. Nauar. 1 Ma nuali confessariorū c. 27. ti. de excō. minore.

1 Argu. ad hoc in l. siue possidetis cū côcor. C. de proba.

terum si fortè ignorantia crassa & supina aut erronea fuerit, propter qđ dispēsationis gratia egeatis, eam vobis de benignitate Apostolica indulgemus. a

¶ Idem.

¶ Excommunicatus minori celebrans, non est irregularis. sed peccat: & potest eligere, & ea quæ sunt iurisdictionis exercere, licet non eligi: & si confert sacramenta, licet peccet, tamen collatio tenet, & suum habet effectum.

CAP. X.

SI † celebrat minori excōmunicatione ligatᵒ licet grauiter peccet, b nullius tamen notam irregularitatis c incurrit: nec eligere d prohibetur, vel ea quæ ratione

quod sie. Item quid si absens excommunicatur per epistolam, quando dicemus illum excommunicatū, vtrū qñ scribitur, vel qñ recipit epistolam? Potest, hic distingui, vt si excōicator voluit ꝙ statim esset excōicatus, tunc statim erit excōicatus, sed non obest ei donec sciat, vt dictum est. 2.4.q.5.c.1. vbi dicit. ex quo litteras accepisse constiterit, & ff. man. si mandasse, aliàs tunc demum erit excōicatus cū receperit lr̄as. Sic distinguit lex in seruo manumisso per litteras, ff. de acqui. pos. q. ab senti. & l. si quis vi §. 1. & ideò non imputatur sententia ignoranti, quia nulla sententia ligat efficaciter nisi postquam sci tur. 2 q. 6 biduum. nec aliqua constitutio 82 dist. proposuisti, & ff. de decre. ab or fac. l. vlt. Et sic excōicatio non semper trahit secum suam executionem, & si proferatur sub conditione, s̄. de app. præterea 2. & hæc vera sūt, cum probabilis est ignorantia: secus si crassa & supina ar. s̄. eod. illud ibi. n. crassa videbatur ignorantia, cum per famam sciret se excommunicatum.

a Indulgemus.] In quo casu nullus alius potest indulgere, vt dixi, s̄. eo. clerici.

SI celebrat.] Hæc decretalis quo ad materiam suam est celebrior & famosior qualibet alia, nam infinita iura sunt loquentia de excommunicatione maiori, quæ infertur ab homine, vt in cap. si quem, de senten. excommu. sed de minori, quæ infertur à iure, vt in cap. nuper de sen. exc. sunt iura paucissima: & apertè non prouidentia sicut hoc cap. Et potest sic diuidi: Primo tractat de validitate gestorum circa spiritualia per excommunicatum excommunicatione minori: Secundo ibi, Si tamen. tractat de his, quæ geruntur ad commodum eius passiuè. Tertio tractat de gestis ab eo actiuè in alio sacramento ibi, Peccat autem. Vltimo quandam limitationem submittit: ibi, Dummodo. Abbas Siculus.

CASVS: Aliquis participauit excommunicato in locutione vel oratione, & sic incidit in minorem excommunicationem consueuit dubitari de tali, vtrum si celebret tempore talis excommunicationis, esset irregularis? Rñdet Papa, quod licet grauiter peccet celebrando, non tamen est irregularis, & eligere potest, & alia quæ iurisdictionis existunt, exercere: tamen si talis scienter electus fuerit, talis electio est reprobanda, pro eo, quod eligitur ad susceptionem eorum, a quorum perceptione priuatus est per sanctos patres.

PECCAT AVTEM CONFERENDO. Dixit supra quod talis excommunicatus peccat celebrando, vnde poterat forte aliquis dubitare, vtrum sacramenta ab eo collata habeant effectum: dicit Papa, quod sacramenta illa non carent effectu, licet ille peccet conferendo, & redditur ratio, cum ille non videatur remotus à collatione sacramentorum, sed à participatione, quæ consistit in sola perceptione & hæc vera sunt, dummodo non ingerat se pertinaciter communioni excommunicatorum in contemptum ecclesiæ contra prohibitionem sui superioris, quod si post admonitionem legitimam fecerit, debet excommunicari, & sic postea celebrando sacramenta ab eo collata virtutis carebunt effectu, & priuatus erit & electione & iurisdictione. Nota quod ligatus minori excommunicatione, irregularitatem non incurrit & potest eligere, & alia facere, quæ sibi competunt ratione iurisdictionis, eligi tamen non potest.

b Peccet.] De hoc autem punitur ad arbitrium sui prælati, cum certa pœna hic non statuatur. argumento supra de officio delegati, de causis. §. fina. & vigesimasexta quæstione septima, tempora.

c Irregularitatis.] quia propterea non impediretur ab aliqua promotione eo absoluto. secus si maiori sententia sit ligatus; tunc debet deponi, nisi cum eo fuerit dispensatū, s̄. eo latores postulastis. & quasi per totū. Hic ergo determinatur, quod olim dubitabatur scilicet vtrum talis irregularitatem contraheret.

[Glossa sequens signat contrarium. soluit ex solutione infert quæst. rationis, cui responsioni opponit, & soluit.

d Nec eligere prohibetur.] Sed contra. supra de electio. cum inter R. & supra de consuetudine cum dilectus, vbi dicitur quod suspensus nec eligere, nec eligi potest. supra de concessione præbendæ quia diuersitatem. hic vero dicitur, quod talis suspensus, eligere potest, sed non eligi: sed illa, & omnia consimilia, vt supra eodem capitulo secundo intelliguntur de suspensis ab homine illi enim eligere non possunt, & irregularitatem incurrunt diuina officia præsumendo. supra eodem latores, & supra de æta. & qualitate cum bonæ. hic vero loquitur de excommunicatis siue suspensis a canone, propter solam participationem, quia secundum canones, qui participat cum excommunicatis, excommunicatus est, siue suspensus a sacramentis ecclesiæ quæ suspensio siue excommunicatio appellatur minor excommunicatio, vt tert. a quæstione quarta. Engeltrudam. Sed eadem pœna est in suspenso ab homine & a canone, aliàs quam per participationem, quia vtroque casu priuatus est communione sacramentorum, & diuinis officijs supra de re iudi. cum æterni. & infra de sententia excommunicationis cum medicinalis [libro sexto] & qui suspensus celebrat, est irregularis, vt ibi dicitur. Quæ est ergo ratio, quod in vno eligere possunt, in altero non? Potest dici quod ideò, quia plus contempsit qui fecit contra legem animatam, quam qui fecit contra legem mortuam, quia contemnendo iudicis præceptum, quod est factum legis auctoritate, & ipsam legem ostendit, & ideò plus punitur; & ideò dicitur quod mitius agitur cum lege, quam cum ministro legis, argumento ff de arbit. l. Celsus. & vox uiua magis timenda est quam uox mortua, & ei potius credi debet. in Authentica de instrumento. cau. & fin. §. si vero aliquid, collatione sexta, & ita in casu huiusmodi capituli non est irregularis qui celebrat: suspensus autem ab homine & canone si celebrat, est irregularis in constitu. Innocentij quarti, & supra de sententia & re iudica. cum æterni, & infra de sententia excommunicationis, cum medicinalis [libro sexto.] Sed quæ est ratio, quod suspensi per participationem excommunicatorum possunt eligere, alij suspensi non possunt? Ratio est, quia suspensi per participationem non sunt suspensi vel interdicti à diuinis officijs, sed priuati sunt communione sacramentorum per canones, & etiam propter peccatum,

† De materia huius decretalis, quæ valde frequens est, ꝑ ter doctores hic, vide Couarruuiā in c. alma mater de sent. exc. lib. 6 in priori parte relect. § 6. & 8. Theologos li. 4. sen. dis. 18. & seq. & summistas verbo excōicatio.

1 Forte putat gl. Inn. Host. ponendo hæc verba i suis primis gl. §. c. i cantem ex-cõicato peccare mortaliter. de hoc dixi quod me. cau sa. cnsi. in v. si. quæst. 10. An.

tum, sicut & alij; in mortali 1 constituit non sunt exclusi ab electione sup. de elect. illa. & ideo pñt eligere: Nec sunt irregulares si celebrant, vt hic dr. Et eadē rõne debent posse eligi, cũ nõ sint suspensi a diuinis: quod reddit in lra, vbi dicit, eius electio est irritanda pro eo, quod eligitur ad susceptionē eorũ sacrorũ, à quibus ut est priuatus à sanctis partibus q. cunque. n. eligitur ea suscipere tenetur, & liber fide. is. 7. de psç. & remi. ois vtriusque. & quia illis priuatus est non potest eligi ad ea. etiam si pniam egisset de peccato, nisi prius absoluatur ab illa suspensione, quę infricta est per canones, 11. q. 3. excõicatus, & c. cum excõicato quod non est de alijs criminosis q p pniam restituti sunt ad perceptionem sacrorum, à quorum perceptione priuat erant propter peccatum. Ber.

a Iurisdictionis.] Minor ergo excõicatio non repellit à iudicio ab agendo, sed ab illis tantum prohibet, quæ pertinent ad officium; item dico in suspenso ab homine, nisi sit suspensus tã ab officio quam à iurisdictione: quia tunc priuatus est spirituali, & temporali iurisdictione, sic s. de elec. transmissam, vbi electus, & confirmatus potest facere ea, quæ sunt iurisdictionis, & non ordinis. B.

[Glo. seq. quærit. & arguit, & soluit, secundò quærit & arguit.]

b Scienter.] Sed quid si electores eligant aliquem excommunicatum minori excommunicatione, quem ipsi ignorant esse excõicatum: nunquid valet electio? ar. est q sic, ex eo q dicit, scienter: sed non credo, quia ignorantia eorũ non facit eum habilem. s. de elec. innotuit. & cã prohibitionis hic signata nihilominus remanet. vñ suppl. maximè; vel potius quod dicit scienter, referas ad ipsum excõicatum minori excõicatione: puta quia scienter participauit cũ excõicatis. Sed nunquid priuati sunt iure eligendi qui talem scienter eligunt? arg. quod sic, s. de elect. cum in cunctis: & c. scriptum, in fi.

c Sanctis patribus.] 11 q 3. excommunicatos. & cap. cum excommunicato. 3. q. 4. Engeltrudam.

2 Vñ nec ad dignitatem, nec ad simplicem clericatum eligi poterit.

d Priuatus. Hæc est causa prohibitionis, quia cum sit priuatus sacramentis, ad ea eligi non potest: 2 & est similis illi, qui non est capax, qui non potest ex testō aliquid percipere, ar. ff. de probationi. qui testamentũ, & ff de iure fis i, non intelligitur. §. si quis palam. & l. ita fidei. hoc enim esset circumuenire legem: vt ibi dicitur: & sic est ar. quod si aliquis prohibetur vna via, non est admittendus ad id alia. supra de procur. tuæ cu suis concordantijs.

3 Hoc dictũ intellige ꝑut docent Teologi, li. 4. Sent. d. 13. & B. Th. 3. p. q. 82. ar. 9.

e Non carent.] benè dicit, quia sacra a quocunque licet criminoso, recipiéda 3 sunt, & valent 15. quæst. vlt. ca. vlt. dum tamen toleretur 28. dist. consulendum. & sup de coha cleri. & mulierem. ca. vestra. quia licet sit suspensus a perceptione sacramentorũ, non tamen quo ad collationem: & hic dicit: quia licet sit suspensus quo ad se, non tamen quo ad alios ar. sup. de coha. cle. & mulier. c. si quia excõicati et conferunt ordines. sup. de ord. ab ep o qui renun. episc. c. 1. licet non conferant executionem. sed illis participantes conferunt executionē

iurisdõnis a sibi cõpetũt, exercere: Si tñ scienter b talis electus fuerit, eius electio est irritanda: pro eo quod ad susceptionē eorũ eligitur, à quorum perceptione à sanctis c patribus d est priuatus. ¶ Peccat autem cõferẽdo ecclesiastica sacra: sed ab eo collata, virtutis non carent e effectu: cum nõ videatur à collatione, sed participatione sacramentorum (quæ in sola consistit perceptione) remotus. Dummodò f nõ in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionem superioris, communioni excõmunicatorũ pertinaciter g se ingesserit: in quo casu est anathemate feriendus.

& ideõ dicit virtutis non carẽt effectu: quicunq; enim habent executionẽ, eã conferre possunt. & sic est ar. q excõmunicatio non transit in tertiam personam. Ber.

[Glo. seq ponit tres lecturas illius v. r. i. u nmodo.]

f Dummodò nõ in cõtemptũ.] Hac determinatio, dũmodò, respicit quod dicit: non vr amotus a collatione, & c. quasi dicat, si ex contemptu, & contra ꝓhibitionem superioris ingerit se cõioni excõicatorum, hoc ipso intelligitur remotus a collatione sacrorum pp suam pertinaciã & cõtemptũ. ar. s. e. c. 2. & ita ex propria culpa incipit esse suspensus, sicut qui nõ est excõicatus, ex cõtemptu, est excõicatus, 11. q. 3. non solum. §. cum ergo, in fi. & 24. q. 3. nolldũ. in fine, & s. de sen. ten. excommunicationis. per tuas. & est ar. bo. ad hoc. j. de ex ces. pla. c. vlt. de illo excõicato, qui violauit interdictũ n, hoc ipso suspensus fuit, & ideo alios excommunic re vel suspendere non potuit, vt ibi dicitur, vnde tanquam suspensus conferendo ecclesiastica sacra nõ confert effectum virtutis sacrorum, s executionẽ ordinis, quę est effectus ordinis, licet conse rat characterẽ, si in forma ecclesiæ cõferatur: pterq in baptismo 4 qui à quocunq; detur in forma ecclesiæ, proficit ad salutem quo ad oẽm suum effectũ, s. de sum. Tri. c. j. ad fi. quia illud est sacrm necessitatis, quod non contingit in alijs sacris. s. de cons. quanto. & ita pp cõtemptum superioris debet ex. õicari: vt hic dicitur. Quidam hoc intelligunt, cũ superior in præcepto facto participantibus excõicato hoc interdicit: suspendendo 5 eos si contra fecerint sed de hoc nemo dubitat. Vel posset dici q tũc pr mò remotus est à collatione, cum fuerit excõmunicatus propter contemptum, & sic planum est.

g Pertinaciter.] quasi ex contemptu & studiosè participans: vnde propter hoc est anathemate puniendus, sic infra, de sent. excom. quod in dubijs.

TITVLVS XXVIII.

De clerico † non ordinato ministrante.

† In septem manuscriptis ita: De non ordinato ministrante.

¶ *Clericus ministrans in pertinentibus ad ordinem quē non habet, deponendus est, & amplius non ordinandus.*

CAP. I.

† Honorius.

SI † quis baptizauerit, h aut aliquod diuinum officium exercuerit non or

†Ca. j. eo. ti. in j. cõp. Vide Bernardi nũ Diaz in practi. cri. ca non c. 12.

4 De hoc ar. vide plene p B. Tho. 3. p. q. 67. ar. 3. 4. & 5.

5 Istud non liceret hodie inferioribus à Papa, nisi seruata forma decre. de sen. excõ. statuimus. & c. cõstitutionẽ. 1. 6. & eo. tit. statutum, li. 6. Io. An.

DE CLERICO NON ORDINATO, &c.

¶ Supra visum est de ordinatis celebrãtib. post officiũ interdictum, nunc meritò subnectitur de non ordinatis ministrantibus ordine non collato. Abbas.

SI quis baptizauerit.] CASVS. Statuit Hormisda Papa, quod si aliquis non ordinatus ita præsumptuosus fuerit, vt nulla necessitate instante, tanquam esset ordinatus baptizauerit, aut aliquod diuinum officium exercuerit propter suam præsumptionem, abijciatur ab ecclesia, & nunquam ordinetur. Nota quod in necessitate quilibet baptizare potest. Item no. hic pœnam non ordinati ministrantis.

h Si quis baptizauerit.] intellige ac si esset ordinatus, & diceret ex officio: tunc punitur put hic dr. secus si in necessitate, quia tunc licitum est cuilibet. 30. q. 1. ad limina. & 93. dist. diaconos. etiam ab hæretico potest recipi baptismus tempore necessitatis. de consec. dist. 4. à quodam, dũmodo in forma ecclesiæ. 24 q. j. si quem forte, & supra, de sum. Tri. ca. j. §. sacramentum.

EX literis.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Consultationi. Abb.

CASVS. Quidam diaconus I. nomine, antequam esset in presbyterum ordinatus, Missarum sollemnia vsurpare præsumpsit; quæritur, quid iuris sit de illo? Respondet Papa, quod ad officium sacerdotis non poterit promoueri, sed à diaconatu biennio vel triennio, secundum quod diœcesano visū fuerit, suspēsus maneat, de beneficio autem poterit cum eo misericorditer agi, ne sustentatione priuatus ad sæculi negotia in cleri opprobrium reuertatur: sed vt cum eo securius dispensetur, sibi digna pœnitentia imponatur: salubrius tamen faceret, si ad vitam regularem se transferret. Nota hic pœnam illorum, qui celebrant non ordinati, puniuntur enim in eo in quo peccauerunt. Item pœnæ sūt arbitrariæ.

a Manum.] de qua tu hēs s. de sacra. nō iteran. ca. presbyter. vbi de hoc, & 23. di. presbyter cū. quæ si omissa fuerit, nō est ordo reiterādus, sed statuto tpe etiā supplendum: vt dicitur in decr. prædicta, presbyter. sed hic nec ordinē, nec manus impositionem recepit, prout sequitur, vbi dicit: ad sacerdotis officium, &c.

[Glo. seq. reciper q. an conficeret.

b Vsurpare præsūpsit.] bene dicit, vsurpare: quia non confecit, cum virtutem illam non haberet, quia solus conficit qui ritè fuerit ordinat[us], s. de sum. Tri. cap. j. §. vna arg. ad hoc 68. dist. presbyteri. & 1. q. 7. Daibertum, & sup. de iure patrona. quid autem. in fi. & de cons. dist. in j. cap. 1. in fine secus in deposito, vt supra capitu. proxi. si quis, dictum est.

c Promoueri.] sine dispensatione, & sic punitur in eo in quo deliquit: v s. de immu. eccl. c. vl. cum suis conco. & ff. de fur. l. qui vas. §. qui furem. Bern.

d De benefi. io.] sic 50. dist. studeat, 28. dist. in. presbyterum.

e Negotia.] quia hoc redundaret in opprobrium clericorum, cum ipsi clericaliter viuere teneantur, sicut depositus. 81. d. dictum. & arg. 93. di. diaconi, ibi mēdicat infelix, &c. & ne cogatur in cleri opprobrium mendicare. supra, de renun. ad supplicationem, &c.

[Glo. seq. quærit & soluit.

f Misericordiam.] vt ipse possit ad diaconatum redire post tps statutum, & ad beneficiū si dignè pœnituerit. Sed nunquid eps posset dispensare cū eo, vt saltē ad sacerdotium promoueretur post pniam? Nō credo: quia Papa hoc ei prohibere videtur hic. Sed dic quod potest, quia Papa hoc expresse nō phibet.

g Salubria.] vt s. de simon. Math.[e] in fi.

† Legieñ. Ling. eñ.

† Ca. 2. e tit. in j. cōp. & post concilium Lateraū. sub Alexan. iij. p. 50 c. 62.

† diligenter.

non ordinatus, propter temeritatem abijciatur de ecclesia, & nunquam ordinetur.

¶ Vrbanus, iij. Legioneñ. †episcopo.

¶ *Diaconus Missam celebrans, ad saceodotium non promouetur: & à diaconatu suspenditur ad tempus: sed in beneficio poterit ad tempus dispensari.*

CAP. II.

EX † litteris tuæ fraternitatis innotuit nobis, quod, I. diaconus cum non imposuisses ei manum,[a] Missarum celebrationem vsurpare præsumpsit:[b] & infra. ¶ Consultationi tuæ respondemus, quod ad sacerdotis officium non poterit promoueri; [c] à diaconatu quoque biennio vel triennio pro tua maneat prouisione suspensus. De beneficio[d] autem misericorditer agatur cum eo: ne sustentatione priuatus, ad sęculi negotia [e] reuertatur. Vt autē securius ei possis hanc misericordiam [f] facere, de agenda pœnitentia diligentem† circa eum curam non desinas exhibere. Salubrius [g] aūt sibi absque dubio prouidebit, si ad regularem uitam se duxerit transferendum.

TITVLVS XXIX.

De Clerico per saltum promoto.

¶ Innocentius iij. Bonoñ. † epo.

¶ *Qui ignoranter per saltum de subdiacono fit presbyter. post pœnitentiam in diaconū ordinatur, & postea potest secum in sacerdotio dispēsari.*

CAP. I.

TVę† litteræ cōtinebāt, quod sicut ex relatione quorundam receperas) P. presbyter diaconatus ordine prætermisso, se fecit ad sacerdotij ordinem promoueri: Ipse tibi quoque secretò confessus est, se pro certo nescire,[h] si res taliter se haberet[i]: sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conuersatus, & credebat assertioni eorum: eo, quod tempore, quo ordines inferiores susceperat, infra annos discretionis [i] fuerat constitutus: & infra. ¶ Mandamus, quatenus

DE CLERICO per saltum promoto.

¶ Quia interdū non ordinati ministrant, interdum pręposterè, & per saltum promouētur, meritò de his subdit.

De hac materia plenè habetur 52. d. ca. solicitudo, & ibi optima gl. Abb.

TVa.] Communis diuisio: Secūda pars ibi, mandamus. Abbas.

CASVS. Quidam subdiaconus P. nomine, diaconatus ordine prætermisso, se fecit in presbyterū ordinari: postmodum confessus fuit in secreto epō suo, se nescire si res taliter se haberet: sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conuersatus, credebat assertioni eorum, cum tunc tēporis quo inferiores ordines susceperat, constitutus esset infra annos discretionis: quæsiuit epš à Papa quid esset de eo agendū: vndè mandat ei, quatenus cōdignā pniam pro hmōi negligentia ei imponat: qua peracta, ipsum in diaconum ordinare procuret, quia nō intelligitur iteratum, quod nescitur esse factum, & ita de misericordia permittat eum ministrare in ordine sacerdotii. No. quod non debet quis ministrare in maiori ordine nisi habeat inferiores. Item non dicitur iteratum, quod nescitur esse factum.

h Nescire.] & sic crassa & supina fuit ignorantia.

[Gl. seq. ponit differentiam matrimonij carnalis ad ordinem. Secundò quærit an impubes ordinatus, & c. at. quod non, soluit contrarium vacillando.

i Discretionis.] Infra annos discretionis bñ recipit quis

† Elomuceñ. † Olomiceñ. † Lemouicñ. † Coloniēñ.

† Cap. vnico eo. tit. in j. comp. Post Doctores hic, vide Bernardinum Diaz in pra. cri. cano. ca. 20. B. Th. in quæstio additis ad 3. p. q. 39. art. 2.

quis sacros ordines, licet conferri non debeant: & qui ordinauerit, puniri debet, & ordinato interdicenda est executio vsque ad ætatē legitimā, ī. de tēp. ord. vel non est cōpos sui, licet secus sit in matrimonio carnali, nisi malitia suppleat ætatem, sup. de despon. impu. de illis, & c. vlt. & sic non est semper similitudo inter carnale matrimonium, & spirituale. Sed nunquid isti taliter ordinati tenentur continere, cum venerint ad legitimā ætatē? Arg. quod non, quia continentia res est voti, & non præcepti, 27. q. 1. integritas, nō credo ꝙ possit contrahere, maximè si dicatur ꝙ ordo habeat votū cōtinentiæ annexū, sic ergo cōpellit cōtinere, & it. facit ordo, quod votum facere non possit, quia in tali ætate non tenet votum, ī. de reg. ad nostram. & c. significatum, cum suis similibus. Sed æquius videtur, quòd contrahere possit, si contradicat ante xiiij. annū. Sed quod prius dixi, verū est, quia statim antequam ordinaretur, debuit contradicere, & nullo modo consentire: & si simpliciter coactus ordinatus fuisset, non recepisset characterē, sup. de bap. maiores. §. vlt. versus finem.

lō conferri non debēt, qa canonū decreta certū ips cōstituūt c. gnāli, ꝗ ętate & qua in Clemēti. ꝯciliū Trid. sess. 23. de reformat. c. 12.

† Quid sit ordinē furtiuè suscipere ꝑ. tex Panormitanam & alios hic, tradit Hostiensis in sūma eo. tit. & Bernardinus Diaz i prac. cri. cano. ca. 21.

† Lingon. Lingonien.

condignam penitētiam, pro huiusmodi negligentia [a] iniūgas eidem: qua peracta (quia non intelligitur iteratum, [b] quod factū esse nescitur) ipsum in diaconum ordinare procures: & sic de misericordia eūdem ministrare [c] permittas in ordine sacerdotis.

TITVLVS XXX.

De eo qui furtiuè † ordinem suscepit.

¶ Alexāder iij. Lingonië. † epo.

¶ *Qui furtiuè recipiunt ordinem si contra hoc facientes lata erat excommunicatio, sine dispensatione Papę, in sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere potest, sed si excommunicatio lata non erat, episcopus, & abb. poterunt dispensare. h. d. cum duobus sequentibus.*

a Pro huiusmodi negligentia.] quæ crassa est, & supina: & ideò ipsum non excusat. supra de ordi. ab episcopo qui renun. episc. cap. 1. & sup. de cler. excom. minist. c. pen. Bern.

b Iteratum.] De conse. dist. 1. ecclesiæ, & c. sollemnitates, & de conse. dist. 4. placuit.

[Glo. seq. quærit, ponit opi. Hug. demū opinio. Vinc. quam approbat, secundo quærit, & soluit.

c De misericordia ministrare.] In casu isto episcopus suo iure dispensare potest, vt satis colligitur ex hac litera. sic 52. dist. solicitudo & supra de sacra. non iteran. pastoralis. Sed quid si nullum minorē ordinē habuit, & promoueatur ad sacerdotium, vel ad alium ordinem sacrum, nuquid recipit ordinem? Hug. dixit quod non: quia si laicus ordinetr in sacrum ordinem, nihil recipit, ar 40. dist. sicut, vbi dicitur, sicut viri, & mulieris coniunctio vnum facit corpus, ita clericatus, & sacerdotium vnum faciunt ordinem, sed si aliquem de minori habeat, recipit sacrum. Vinc. dicit contra, quod benè recipit quis sacrum ordinem etiam si nullum habeat de minoribus, præter episcopalem, quem nemo recipere potest nisi sit saltem sacerdos, arg. ī. de exces. præla. ex litteris ibi: num igitur pontificale officium sine altaris, &c. istud veri⁹ uidetur. Sed quid si ordinatur in episcopum, prætermisso diaconatu, vel subdiaconatu; Episcopus est, dum tamen fuerit sacerdos; & sed illum ordinem quem non habuit, alijs conferre non potuit arg. 1. q. 1. gratia, & cap. ventum, & q. 7. Daibertum. de consec. dist 4. quomodo.

DE EO QVI FVRTIVE ORDINEM Suscepit.

Interdum etiam reperiuntur aliqui, non solum qui per saltum, vt ī. ed qui furtiuè ordines recipiunt, id est, qui sine ordinatione, & licentia superioris, & examinatione: quia ingerunt se cum multitudine ordinandorum ignorante ordinatore. vndè meritò de his subdit. Ad hanc materiam faciunt cap. Salonitanæ. 63. dist. & 9. q. 2. Lugdun. Abb.

† Ca. vnico, eo. tit. in 1. ꝯpil. & post ꝯcil iū Lateran. sub Alexan. iij. par. 26. c.

CAP. I.

VEniens † ad nos P. nobis exposuit, se furtiuè [d] diaconatus ordinem suscepisse. Vndè fraternitati tuæ respondemus, quod si non fuit à te, vel ab aliquo archidiaconorum [e] vel Prælatorum tuorū, sub anathematis interminatione prohibitus: tu ipse in promotione ipsius, ad sacerdotale officium, condigna satisfactione imposita (nisi alia impediant) pro arbitrio tuo dispēses. [f] Si verò interminatio [g] anathematis sup hoc facta est, moneas eū, vt in † aliquo monasterio, seu canonia, habitū suscipiat regularē, cui, ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conuersatus, poteris misericordi-

VEniens.] Prima pars narrat factum. Secunda ibi, Vndè, ponit rńsionem distinguens, & secunda subdiuiditur. Tertia ibi, Si verò. Abb.

CASVS. Clericus quidam P. nomine, accessit ad Papam, exponens eidē se furtiuè diaconatus ordinem suscepisse, vndè mandat Papa episcopo diœcesano, quòd si non fuit ab ipso, vel ab aliquo archidiaconorum suorum vel prælatorum sub interminatione anathematis prohibit⁹, condigna pœnitentia sibi imposita, promoueat ipsum ad officium sacerdotis dispensatiuè pro arbitrio suo nisi alia impediant. Si verò excōmunicatio super hoc facta fuit, ipsum moneat, vt in aliquo monasterio seu canonica, habitum suscipiat regularē: & postquam fuerit ibi aliquo tēpe laudabiter conuersatus, poterit cū illo misericorditer prouidere, alioquin nulla rōne Papa permittit eū ad sacerdotiū promoueri. No ꝙ archidiaconi, & alij prælati pñt excōicare. itē cum eo, q post excōicationē furtiuè ordinat, nō pōt epūs dispensare, aliàs potest, quia excōicatus diuinū ꝑsumit officiū exercere. Item arg. ꝙ ingressus religionis ñ tollit irregularitatē.

† In plerisq; manusc. ita: vt in aliquo monasterio. seu canonica. in altero ita. vt in aliquo monasterio seu canonica regulari habitū suscipiat regularem.

d Furtiuè.] Furtiuè promouetur, q citra conscientiā sui episcopi & sine examinatione promouetur. 64. dist. extra conscientiam, & 24. dist. quando.

e Archidiaconorū.] arg. ꝙ archidiaconus potest excōmunicare, & quod habet iurisdictionem, sup. de offic. ord. cum ab ecclesiarum, ubi de hoc.

[Glo. seq. arg. ad id approbat, & remittit, ponit lecturam Inno.

f Dispenses. hic est optimum ar. ꝙ epi non posśūt dispensare cum illis, qui excōicati diuinū officium exercere ꝑsumunt, & ī. eod. c. vlt. vbi dr̄ idē, ꝙ eo ipso, quod dicit, tu ipse pro tuo arbitrio dispenses, si excōicatio lata non fuerit, intelligitur prohibere cū lata fuerit: quia sic excōicatus recipit ordinē, ar. 25. di. qualis, quod est verū ī. de cle. exc. mi. clerici. Papa Inn. iiij. tñ dicit, ꝙ iste non erat excōicatus, & tamen propter interminationem excommunicationis solus Papa hic dispensat.

[Glo. seq. arg. & reprobat.

g Si verò interminatio.] Arg. ꝙ si iudex dicat, ꝑcipio sub interminatione anathematis, quod contrafaciens

sit excommunicatus, sic sup. de loca.c.1.quod non est verũ. Expone ergo verba illa, & intellige, vt dixi s. de simo. sicut tuis, & intrãsitiuè intellige ista verba, interminatio anathematis, id est, interminatio, q̃ fuit anathema sub conditione facta, vt exponitur in decr. sicut, & ita nulla contrarietas, vel dubitatio est.

[Glo. seq. exponit, arguit, & remittit.]

a Poteris misericorditer.] non tuo iure, sed de auctoritate papæ vt sequitur: alioquin nulla ratione concedimus, & j. eo. cap. vlt. Item est hic ar. quòd ingressus religionis nõ tollit irregularitatem, j. eo. cap. vlt. de hoc dixi s. de apost. c. 2.

† Aliàs, Clemens.

† Cap. 1. eo. ti. in 2. cõp. Vide citatos s. in ipso titulo.

C Vm H.] primo narrat factũ, cui secundo respondendo distinguit ibi, Quia verò. Abb.

CASVS. Quidam H. nomine accessit ad episcopũ tempore ordinationis, & iuxta cõsuetudinem patriæ cõtulit ei quattuor minores ordines, quib. non contentus, furtiuè pter conscieñtiam epi, ordinem subdiaconatus accepit, post modũ vidẽs q̃ male fecerat, ad Papam accessit, rem sibi exponẽs, quod ipse multũ excessit, mãdat diœcesano episcopo, vt eũ in minorib. ordinib. ministrare pmittat. Si verò domum religionis intrare voluerit, si aliàs dign⁹ fuerit, abbas suus, si voluerit, in alijs ordinibus cũ eo poterit dispẽsare. No. q̃ omnes minores ordines vna die possunt conferri. Item eodem die non debet qs accipere minores ordines, cũ ordine sacro. Item fauore religionis fit, quod aliàs non fieret. Item cum tali si religionem intrauerit, potest abbas dispensare.

† Vide Cõc. Trid. ses. 23. de reform. c. 11. vbi minores ordines p tẽporũ interualla cõferẽdos admonet.

† Ca. 2. eo. ti. in 2. cõp. Vide allegata in pcedẽtib. capitulis hoc eo. ti. & oĩno Conc. Trid. ses. 23. de refor. c. 12. & 13. & 14.

1 Hodie vid. Cõc. Tri. citatũ i textu.

2 Hæc glossula in antiquis codicibus ita hẽt: Hanc pmissionẽ intellige sm̃ tenorem s. c. pxi. & j. c. pxi. si excõicatio lata fuit, aliàs suo iure poterit.

ter[a] prouidere; alioquin nulla ratione concedimus eum ad sacerdotalem ordinẽ promoueri.

¶ Celestinus † tertius.

¶ *Summatũ est supra, c. prox.*

CAP. II.

C Vm † H. lator præsentium, sicut uobis sua quæstione mõstrauit, ad tuam ordinationis causa, præsentiam accessisset, iuxta consuetudinẽ patriæ sibi quattuor † minores[b] ordines contulisti, quib. non contentus, subdiaconatum ẽt temerario ausu recepit. Quia verò idẽ clericus in hoc facto multum excessit: Mãdamus, quatenus eũ in minoribus dũtaxat ordinibus celebrare pmittas.[c] Si verò domũ religionis intrauerit, & vita & mores eius exegerint, abbas (si voluerit[d]) in alijs poterit ordinibus dispensare.

¶ Idem.

¶ *Summatum est supra, c. 1.*

I Nnotuit † nobis, quod G. clericus, & alij duo de diœcesi tua ad G. quondã Segũtin. episcopum, vt ordines ab eo reciperent, accesserunt. Cumq; ab eodem ẽpo sub excõicationis snia fuisset inhibitũ, ne quis se ad duos ordines[e] suscipiendos ingereret: prædicti clerici nihilominus subdiaconatus, & diaconatus ordinem clandestinè susceperunt: & infra.

¶ Consultationi tuæ taliter rñdemus, † quod ordinati in susceptis ordinibus de iuris rigore ministrare nõ dẽnt.[f] Veruntñ si ad religionem aliquã voluerũt se transferre, & peracta pœnitentia p arbitrio tuo eis iniũcta, ibi dẽ laudabiliter fuerit cõuersati, pcessu tpis † cum eis poteris de nostra licẽtia[g] dispensare, vt post modum susceptorũ ordinũ executione lætentur.

TITVLVS XXXI.

De excessibus † Prælatorum, & subditorum.

¶ Alexander tertius.

¶ *Monet Prælatos abstinere à grauaminibus subditorum, & aliqua enumerat: & geminatam pœnam imponit cõtra facientibus.*

guntin. vt ordines reciperent ab eodem: episcopus dum accederet ad ordinationem, excõicauit quẽcunq; qui se ad duos sacros ordines ingereret: prædicti clerici nihilominus subdiaconatus, & diaconatus ordines susceperunt furtiuè: quæritur quid iuris sit de illis? respondet Papa, q̃ illi de iuris rigore non debent in susceptis ordinib. ministrare; sed si ad religionem voluerint se transferre, peracta pnia, si laudabiliter ibi fuerint conuersati, diœcesanus illorũ de licentia papæ, cũ eis poterit dispensare, vt in susceptis ordinibus ministrent. No. q̃ nullus duos sacros ordines eodem die recipere dẽt. Itẽ fauore religionis facilius cũ aliquo dispensatur. Item qui post excõicationem latã, ne aliquis recipiat simul duos sacros ordines, eodem die hos susceperit, eps cum illo dispensare nõ põt, tanq̃ cũ eo, q̃ excõicatus diuina psumpsit. Itẽ arg. q̃ ingressus religionis nõ tollit irregularitatem.

† Vnus vet. ita, q̃ sic ordinati, &c. sed illud sic, alterius manu additum erat.

† tẽporum.

e Ordines.] s. sacros, qui simul eodẽ die conferri non debent, s. de temp. ord. litteras, & ca. dilect⁹. ad duos verò minores, vel etiam quattuor potest aliquis promoueri s. c. pxi. sed idẽ esset de minorib. si prohibitio excommunicationis facta fuisset de minorib. licet possit cõferre minores, quia si non vult aliquem promouere ad duos minores, vel plures, nõ compellitur: immo de iure interstitia etiam temporum seruanda sunt. 77. di. in singulis.

† In codice Barbatiæ ita: De excessibus plato. ũ in subditos, & subditorũ in platos. aliàs cæteri, demptis ita: De excessib. prælatorũ.

b Minores.] Hic ergo habes expressum, q̃ omnes minores ordines vna die conferri possunt, arg. ad hoc. s. de tempo. ord. c. 1. vbi indistinctè loquitur de hoc.

c Permittas.] Hanc 2 pmissionem intellige secundum tenorem s. eo. c. proxi. & inf. c. proxi. si excommunicatio lata fuit, vel non fuit, quia tunc nõ potest, aliàs suo iure poterit dispensare.

d Si voluerit.] Inf. de sent. exc. cum illorum. tamen si excommunicatus ex certa scientia ordinem recepisset, non posset, vt ibi dicitur.

I Nnotuit.] Communis diuisio. Secũda pars ibi, Consultationi. Abb.

CASVS. Quidam clericus G. nomine, & duo alij cum litteris episcopi sui accesserunt ad episcopum Se-

f Ministrare non debent.] immo de rigore sunt deponendi. j. de sen. exc. cum illorum, quia contra sententiã excommunicationis recipiunt ordines, arg. s. de cle. excommunicat. minist. latores.

[Glo. seq. soluit quæstionem, & arg.]

g De nostra licentia.] sic s. eo. c. 1. sed ad sacerdotium per hanc licentiam poterit dispensare, cum de susceptis ordinibus hoc dicat. Et est arg. quod ingressus religionis non tollit irregularitatem, sup. eo. c. 1. & 1. q. 7. si quis omnem.


DE EXCESSIBVS PRÆLATORVM, &c.

Supra visum est de varijs excessib. subditorum, sed ne Prælati subditorum superbirent, subijcit de eorum excessib. Vel aliter, & melius: Supra visũ est gñaliter de varijs excessib. tã Prælatorũ, q̃ subditorũ, nunc subijcit rubricam specialem de prælatorum excessibus. Abb.]

De

De hac materia habetur 86. di. p totum. 2 q. 1. p totū.

Eruenit.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, Scituri. Abb.



CASVS. Episcopi psbyteros & alios clericos, quasi filios & fratres dēnt cum charitate tractare. sed ipsi ɔtrariū faciebant, & nisi ad voluntatem suam eis pecuniam soluerent, diuinum officium interdicebant eisdem: vndè mandat papa episcopis, quatenus in eos tallias & exactiones indebitas exercere non præsumāt, nec de cætero illos grauent indebitè vel tractent inhonestè, & sine consensu capituli sui ipsos suspendere, vel eorum ecclesias interdicere non præsumant, neque duas ecclesias, quarum vna sufficiat eos habere pmittāt, nec aliquos excommunicēt sine ordine iudiciario: sciturí q si contrafecerint, papa eos taliter puniet quòd timore pęnæ suæ, alij à similibus abstinebūt. No. quòd episcopi subditos ag grauare indebite non debēt. Item sine consilio capituli non debent suspendere clericos, vel ecclesias interdicere, nec excommunicare sineordine iudicario: Et sic no. q ordo iudiciarius seruari debet in sententia excommunicationis siue suspensionis. Item pęna vnius debet alijs timorem inferre.

Cap. 1. eo. in 1. cōp. post cōci Lateran. Alex. 3. c. 7.

CAP. I.

PEruenit † ad audientiam nostram: & inf. ¶. Cum autem presbyteros quasi filios, & fratres, benigna ac fraterna debeatis charitate a fouere. Mādamus quatenus in eos tallias, & exactiones b indebitas exercere nullatenus præsumatis: c nec de cætero irrationabiliter grauetis, vel inhonestè tractetis eosdem: aut sine iudicio capituli d suspendere, vel eorū ecclesias interdicto subijcere attētetis: neq; duas, † ecclesias, e quarum vnā sufficere videbitis, permittatis illos tenere: nec aliquem excommunicare † sine ordine iudiciario f præsumatis. Sciturí pro certo, quod si huiusmodi rumores de vobis iterum ad aures nostras peruenerint, pro tantis excessibus vos taliter puniemus, g quod timore pęnæ vestræ, cęteri h à similibus abstinebunt. †

† Vid. oīno conci. Trid. sess. 7. de reforma. c. 2. 3. 4. & 5. & sess. 24. de reform. c. 7.

† Vide cōci. Later. sub Innocētio 3. c. 47. & cōcil. Trid. sess. 25. de refor. c. 3.

a Charitate.] 16. q. prædicator. ꝫ. de censibus. cum Apostolus, 18. q. 2. hoc tantum 93. dis. dictum.

a Tallias & exactiones.] Sic. ꝫ. de immu. eccle. aduersus.

c Præsumatis.] Debent enim seruare manus suas innoxias Deo, & legi, & principi, nullumq; ptingere lucrum, in Auth. de mand. prin. §. 1. coll. 3. & C. de super indic. l. vnica, li. 10. ff. de dam. infe. l. ex dāni. j. respon. & in Auth. de coll. §. & hoc quoque, coll. 9. nisi ex magna & graui causa. 16. q. 1. generaliter. §. nouellarū, & supra de censibus. cum apostolus.

d Capituli.] Sic supra de his q̄ fi. a ma. par. c. q̄ suit. & ita eps sententiam excōicationis siue suspensionis sine capituli consensu ferre non debet. arg. 15. q. 7. eps nullius. cum hæc pęna maior sit in ecclesia, 25. q. 3. corripiantur. ideo merito requirit consensum capituli.

e Neque duas ecclesias] quarū vna non depēdeat ex altera, supra de æta. & qua. cam te. vel nisi sint ita paupe res. q proprium nequeant sustentare rectorem vt ibidē. & 10. q. 3. vnio.

ADDITIO. Vel vnam habeat intitulatam, aliam cōmendatam, 21. q. 1. plures.

f Sine ordine iudiciario.] Et ita hēs hic, q ordo iudiciarius seruari dēt in sñia excōicationis siue suspensionis, vt 2. q. 1. Deus oipotens. & ꝫ. de app. l. reprehensibilis, & ita seruat & attenditur. ordo iste, si ltima ad monitio fiat: vel si non fiat, per vnū mensem ingressū ecclesiæ sibi nouerit interdictū. j. de sent. exc. sacro. & c. cū medicinali. [i 6.] lata tñ tenet. 11. q. 3. si episcopus fortè.

g Puniemus.] extra ordinem. in Authē. de sanctiss. episco. §. omnibus autem. 1

h Cęteri à similib.] Sic ꝫ. ꝺ male. c. 1. & ꝫ de iudæ. ad liberādā. & ꝫ. ꝺ off. ord. irrefragabili. & 2. q. 7. quapropter. Ber.

† Vide l. 2. in prin. C. ad l. Iul. repe. & Inst. ꝺ exce. §. hodie aptē in fi.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepo.

¶ Non potest episcopus sine causa, ecclesiam alteri subiectam, ab illius subiectione, & obsequio liberare.

CAP. II.

ADt hæc, quoniā episcopus plures ecclesias a cōsuetudine & obsequio archidiaconorum liberas constituit & immunes, per quod redditus diminuit i eorundē: Mandamus, quatenus factū episcopi super hoc corrigas & emendes: & ita prouideas, quod prę fatis archidiaconis consuetudines, k quas presbyteri in ecclesijs suorū archidiaconatuū debēt, plenarie cōseruentur: & illis debitam reuerentiā exhibeāt, & honorem.

¶ Idem Exonien. episcopo.

¶ Habens subiectionem seu collationem beneficij, illud pro suo vsu retinere non potest, seu sibi conferre.

AD hæc.] episcopi ecclesias archidiaconis subiectas, ab eis liberare non pñt. h. d. Secūda pars ibi, Mandamus. Abb.

CASVS. Quidā eps suffraganeꝰ Cātuarié. archiepi plures ecclesias cōstituit immunes à cōsuetudine & obsequio archidiaconorum, propter quod redditꝰ eorum diminuit: peruenit hoc ad papam: vndè mādat archiepo pdicto, qua tenus pfatū epm sup hoc corrigat & emendet: & ita prouideat, q archidiaconis sua iura seruentur illæsa in eorū ecclīs: & presbyteri illis debitam exhibeāt reuerentiā, & honorē. No q epi iura archidiaconorū, & ēt aliorū Prælatorum diminuere non possunt, nec eorū iurisdōnē eis auferre.

ɪ Iniuste priuās subditū cōione, per suū superiorē quātū sibi iustū visū fuerit, cōione priuabitur. Io. And.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp. & post cōcilium Latera. pa. 24. c. 4.

i Diminuit.] & male: qa non dēnt epi ius suū alicui diminuere citra eius consensū. C. de iu. reipu. l. 1. li. 11. & C. de emāc. l. nec auus, & ꝫ. de eccl. ædi. ad audientiā. 2. & C. de oī agro deser. q. cunq; in fi. li. 11. Et est arg. q eps in alterius piudicium nō pōt dare priuilegiū. ar. 9. q. 3. conquestus, & c. p principalem, & c. nunc verò. Lau. Sed qd si mortuus sit archidiaconus, nūquid eps cū capitulo pōt præiudicare futuro archidiacono in aliquib. obsequijs, liberando clericos, vl subtrahēdo iuri archidiaconatus? Vincē. dixit q. sic. ar. ad hoc 12. q. 3. c. vl. qd parū facit. & 16. q. 1. pcipimus, §. sicut duo. & c. statuimus, & de consec. dist. 1. oēs. & j. e. c. sicut. arg. ꝫ. de const. cum accessissent, vbi ex toto suppssa fuit dignitas. Arg. ɔtra. ꝫ. ne se. vac. p totum. & ꝫ. de cōst. c. pen. & c. cū accessissent. vbi de hoc, quod verius videtur.

ADDITIO. Hodie tñ hæc qō est de archidia. determinata per decre. Inn. 4. de reb. eccle. alie. dudum.

[Gl. seq. ar. alleg. cōtra. & ibi remittit. secundo. ar. & remittit. tertiò litteram exponit.

K Consuetudines.] arg. q iurisdictio archidiaconi potius ex consuetudine q̄ ex iure iuuatur, sup. de electi. dudū, 2. § tandem. arg. ꝫ. ꝺ off. arch. c. vlt. arg. ɔtra. j. e. c. cū

satis, vbi de hoc. Itē arg. ꝙ seruitium ex consuetudine præstitum peti pōt. 11. dist. catholica. & 28. q. 2. seruitium, de hoc plenè dī sup. de consue. c. vl. & sup. de censibus. peru nit. & intellige ꝙ hic dicit, de consuetudine præscripta.

† Adde ad hoc qđ no. Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua.

A D aures.] Archidiaconi ecclesias sibi subiectas ad suū vsum retinere non pñt. h. d. Prima pars narrat factum: Secunda prouidet ibi, [Mandamus.] Abb.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. cōp. & post cōc. Later. Sub Ale. 3. par. 24. c. 3.

CASVS. Quidam archidiaconi Exoniensis epi in ecclesias, q̄ ī suis archidiaconatib. vacabāt, se auctoritate ꝓpria intrudere non verebantur, & eas suis vsib. deputabant, cū ꝑsonas debe rēt instituere ī eisdē: peruenit hoc ad Papā vndè mandat episcopo Exoniensi. quatenus illos, qui tali modo ecclesias occupāt, vel detinent occupatas, ecclesiastica censura compellat, vt eas dimittāt, & eas ordinet de personis idoneis: præfatos verò archidiaconos pro rāta ꝓsumptiōe puniat animaduersione ↄdigna. No. ꝙ non debet aliquis sibi retinere, qđ alij necesse habet dare. Item nemo debet se ipsum ingerere ad id quod debetur.

† Intrusus qs & quot modis dicat̄ tradit Feli. in c. ∫u nostra. ī. de rescri. & Domi. in c. ꝑ 19. dist.

a Intrudere.] vt ad opus suum illas retineāt: qđ facere ñ pñt. sed si cā custodię hoc facerent, hoc liceret, 63. dist. si in plebibus, & ī. de app. bonæ, & si etiā ad eos ꝑtineat institutio, nō sibi debent retinere, sed alios instituere, ut inter dantem & recipientē sit differentia, supra de institu. cap. vlti. nec credat ꝙ ipse possit omnibus sufficere, ī. de off. archipresbyteri cap. vlt.

† Idē s. Ale. 3. in concil. Lat. c. 11. & c. 12. ti. de cohab. cle. & mulie. i j. ↄp. Vide extraua Pij. V. incip. cū primum. & aliā incip. Horrēdū illud; q̄ꝑ. clerici huius criminis rei decernunt tradi curiæ seculari.

b Ordinans.] ad eorum præsentationem, nisi aliter se habeat consuetudo.

c Punire.] aliqua extraordinaria pęna.

C Lerici.] Diuidit, quia duo sunt dicta: Secūdū ibi, [Si laici.] Abb. Sic.

CASVS. Quia clerici & laici laborāt illo vitio Sodomitarū, ꝑꝑ ꝙ ira Dei venit in filios diffidētiæ, & q̄nque ciuitates igne cōsumpsit; statuit Late. cōcil. vt quicūq; in illo vitio dep̄hensi fuerint, deijciant̄ à clero, vel ad agēdū pęnitētiam in monasterijs detrudant̄: si laici fuerint, excōicent̄, & à cætu fidelium excludant̄. No. ꝙ clerici laborātes vitio Sodomitico, a clero eijci dēnt vel in monasterijs detrudi. Item laici laborātes eodem vitio, excōmunicari debēt, & a cōsortio fidelīū excludi.

d Naturam.] 32. q. 2. flagitia, & C. de adul. cum vir.

e Diffidentiæ.] idest, de quorum salute diffidencum est. Ala.

f Quinque.] s. Sodomam, & Gomorram, Seboim, Segor, & Elcale: quatū duæ perierunt ex viciniate, tres ex proprio delicto, de pæ nit. dist. j. sed & cōtinuo. hic loquitur de ciuitatibus ibi numeratis.

CAP. III.

A D † aures nostras peruenit, ꝙ quidā archidiaconi tui se in ecclesias, quæ in suis archidiaconatib. vacant, aucto ritate propria intrudere [a] † nō verentur: & inf. ¶ Mandamus, quatenus eos, qui tali modo ecclesias occupant vel occupatas detinent, ad eas dimittendas censura ecclesiastica cōpellas: & easdem ecclesias de personis idoneis ordinans,[b] præfatos archidiaconos pro tanta præsumptione, debita cures animaduersione punire.[c]

¶ Idem † in concil. Lateraū.

¶ *Contra naturam incontinentes, si sunt clerici, deponuntur, & in monasterio detruduntur: si laici, excommunicantur.*

CAP. IIII.

C Lerici: & infra. ¶ Quicunq; illa incontinentia quæ contra naturam [d] est (propter quam ira Dei venit in filios diffidentię,[e] & quinque [f] ciuitates igne consumpsit) deprehensi fuerint laborare: si clerici fuerint, deijciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasterio detrudantur: si laici, excommunicationi subdantur,[g] & a cętu fidelium fiant penitus alieni.

¶ Idem.

¶ *Subditus non tenetur parere superiori aliquid exigenti vel præcipienti contra tenorē sui priuilegij.*

CAP. V.

S Anè † si epi aliquid ab Abbatibus, præter debitam obedientiam[h] contra libertatē ordinis à ꝓdecessoribus nostris, & à nobis indultam, exigūt, liberū sit Abbatibus auctoritate Apostolica qđ petitur, denegare.[i]

¶ Idem Noruiceñ. epo.

¶ *Vicarius ecclesiæ vsurpans sibi ipsius ecclesiæ ꝑsonatū cōtra præstitū iuramētū, ad officij sui executionem admitti non debet.*

CAP. VI.

I Llud † etiam de vicarijs, qui personis fide & sacramento obligati sūt, duximus statuēdū: Quòd si personatū sibi

g Subdantur.] capite puniri debent secundum leges in Aut. en. vt non lux. contra nat. circa fin. coll. 6.

S Ane.] Si a priuilegiatis aliqd petit̄ cōtra tenorem priuilegij, licite denegat̄. h. d. Abb.

CASVS. Statuit in c. isto, ꝙ epi aliq̄ ab abbatib. præter debitam obedientiam cōtra libertatē huic ordini concessam, non exigāt: Si autem amplius exegerint, liberum sit abbatib. huius ordinis, auctoritate Apostolica denegare quod petit̄. No. ꝙ abbates dēnt epis obedientiam. Item nō licet epis aliquid petere contra libertatem a dño papa alicui cōcessā, alioqn licite đ negatur quod petit̄.

[Gl. seq. exponit đ qua libertate, & de qua obedientia intelligatur littera.

h Obedientiā.] Et sic non loquit̄ capitulū illud de exemptis. Omnis enim iurisdictio tam in monasterijs, quam in alijs pertinet ad episcopū nisi exempti sint, 9. q. 4. cap. 2. & 93. dist. nulla. & in episcoporū potestate abbates esse dēnt 18. q. 2. abbates, loquitur ergo hic non de libertate exemptionis plenæ, sed de alia libertate concessa isti ordini, quod nihil ab eis exigatur præter debitam obedientiam, & intelligo in ista debita obedientia, quod episcopus possit illos uisitare & corrigere corrigenda, & confirmationem abbatis habere, sed nullum temporale debet percipere, vt hic uidetur, licet non plenè constet de libertate concessa, sed obseruabitur prout continetur in libertatis priuilegio istis concesso.

i Denegare.] Auctoritate huius canonis arg. 10. q. 3. quia cognouimus. sic inf. cap. 2. & excommunicatio contra hoc lata non tenet, vt ibi dicitur, & inf. eo. ad quorundam.

I Llud.] Ponit pœnam vicariorum, qui ad vendicandas prælaturas se erigunt contra prælatos. hoc dicit Abb. Sic.

CASVS. Aliqui sunt constituti vicarij in ecclesijs auctoritate episcoporum qui obligati sunt personis ecclesiarum fide & sacramento: vicarij isti se in superbiā erigentes, falso assumebant sibi nomen personatus ↄtra fidem

2 De hi... vid. i Gen. c. 19. & doctores

3 Vide M... de Afflict... ↄstitu. N... li. 3. Rub. 42. de adu... Iul. Clarū 5. sēt. §. Sodomia & Be... Diaz. i pr... cti. crimi. can. c. 80.

† Ca. 1. eo. ti. 2. cōp. Abb... tū nōnull... priuilegia... qñ cesset v... de in cōc... Trid sess. 2... de reform. c. 18. c. 10. ... sess. 24 de re... formar.

† Cap. 1. ti. de iureiu... in 2. cōp. ... post cōcil... Late añ. ... Alex. 3. par. 39. c. 2.

fidem & iuramentum: Statuit Alexander Papa, quod si super hoc in iure confessi fuerint vel conuicti, de cætero in eodem episcopatu ad executionem sui officij nullatenus admittantur. No. quod confessus in iure, pro conuicto habetur. Item confessio in iure & conuictio æquiparantur. Item quod cōtra fidem & iuramētum venit, tanquam falsarius & periurus dēt expelli de toto episcopatu.

a Falso.] & ita etiā quasi falsarij & periuri puniri possunt, quod cōtra iuramentum veniunt, vndè tanquā īdigni priuādi sunt, s. de iureiu. querelā. & personis vilibus & indignis beneficia sunt denegāda & subtrahenda, infra eod. inter.

b Cōfessi fuerint, vel cōuicti.] aliàs puniri non debent, 2. q. 1. nos in quenquam, & c. iudex, & sup. de maio. & obed. inter quatuor. & sup. de consti. ec. lesia.

c Eo ē episcopatu.] sic infra de priu. tua rum.

† Adde quod durius puniunt conuictū quā confessū. not. in l. 3. C. quo app. non tc. ti.

† Cap. 3. eo. ti. in 2. cōpi. Et de materia huius ca. vide, omni no citatos in r. cū ex offi. cij. s. de præsup.

† Laterā. cōcilio sub Alex. iij. c. 4. adde cōc. Lateran. sub Innocēij. ca. 33. & oīno concil. Triden. sess. 24. de reforma. ca. 3.

falso a assumentes, contra personas se erexerint, & super hoc in iure confessi fuerint, vel conuicti, b de cætero in eodem c episcopatu ad officij sui executionem nullatenus admittantur.

¶ Clemens tertius.

¶ *Excommunicatio lata contra subditum, quia non paret contra priuilegium sibi à superiore concessum, non tenet.*

CAP. VII.

Cum † ad quorundā: & infra. ¶ Ideòque discretioni vestræ Apostolica auctoritate concedimus, vt si ecclesiarū Prælati numerū euectionis & personarum in Lateranen. † concilio d constitutum, cum ecclesias visitāt excedere fortè præsumpserint, & pro illis procurationem exegerint, liberū sit vobis auctoritate e Apostolica denegare: Et si propter hoc in ecclesias vestras, vel clericos aliquam sententiam promulgauerint, ipsam decernimus non tenere. f

Cum ad] senten tia excōmunicationis lata cōtra subditum denegantē procurationem exactam vltra numerum cōcilij Lateranen. non tenet, hoc dicit. Vel generalius sic, vt in rubro. Secūda pars, ibi. Ideòq; Ab. Siculus.

CASVS. Statuit fuit in Lateran. concilio, quod Prælati ecclesiarum cum visitant ecclesias suas, certum numerum equorum & personarum debent habere, sed quidam prælati hoc non seruant; vnde quidam Prælati quarundam ecclesiarum petierunt à domino Papa sibi super hoc prouideri, vnde Papa auctoritate Apostolica indulget istis, vt si ecclesiarum Prælati numerum euectionis & personarum in Lateran. concilio constitutum excesserint cum eorum ecclesias visitauerint, liberum sit eis auctoritate Apostolica denegare, si procurationem pro pluribus postulauerint, & si Prælati propter hoc in ecclesias illorum clericorum, vel clericos, aliquam sententiam promulgauerint, Papa decreuit ipsam non valere. No. quod sententia lata contra priuilegium vel indulgentiam Papæ ab aliquo inferiori, non tenet: vndè videtur per hanc litteram, quod hoc omnibus sit concessum.

d Concilio.] supra de censi. cum apostolus.

e Auctoritate Apostolica.] specialiter idem tamen possent iure communi, vt videtur, sicut signa rebus meis impressa propria auctoritate deponam C. vt nemo. priuat. præ. su. vel alie. impo. l. 1. & 2. & melius ff. de aq. quot. & æsti. l. 1. §. Trebatius, §. Item quæsitum, & 10. q. 3. quia cognouimus, & supra eod. sanè. & quod episcopus iniustè abstulit, in quadruplum restituat, 18. dist. quoniam in fin. argu. C. ad l. Iul. rep. l. 1. & in Authen. vt litigan. in exor. lit. in §. & hoc quoque, coll. 9.

[Glo. sq. signat contrarium, sol. opin. ponit quam reprobat.

f Non tenere.] Arg. contra 11. q. 3. c. 1. & 2. & ff. de no. oper. nū. l. 1. in prin. Sol. quod hic dicitur, verum est, quia sententia talis non tenet auctoritate priuilegij istis concessi super hoc, & in hoc exempti sunt à iurisdictione episcoporum: vndè sententia contra priuilegium Papę, nulla est, tanquā à non suo iudice lata; & temerarium est & indignū sua auctoritate præsumere, quod alicui specialiter est concessum, s. de priui. sanè. & ita in quantum isti exēpti sunt, seruāda sunt sua priuilegia, infra tit. 2. cum capella. & sic intellige sup. e. sanè. Aliàs verò si priuilegiū tale nō haberent, & episcopus prędictum numerum excederet, vel aliàs vltra tenorem concilij eos grauaret, licitè possunt denegare de iure, 10 q. 3 quia cognouimus. & auctoritate concilij Laterā. cū Apostolus tamē si excommunicaret eos dem, tunc teneret excommunicatio, licet ipse male faceret, & ipsi possent agere cōtra episcopum ad interesse: quia iniustè illos excommunicauit, infra de sent. excom. sacro. Alij a dnt quod hoc est ius cōmune, sed hoc nō credo.

† Fauentin. habet vetus cōpilatio.

¶ Celestinus III. Faustino † episcopo.

¶ *Prælatus inferior citra episcopum, non potest suam ecclesiam, vel sibi subiectā alteri vnire sine episcopi consensu, etiam Metropolitani auctoritate interueniente. hoc dicit. Et est casus multū allegabilis.*

CAP. VIII.

Sicut † vnire episcopatus, atque potestati subijcere alienæ, ad summum Pōtificem pertinere g dignoscitur: ita episcopi est ecclesiarum suæ diœcesis vnio, & subiectio earundem. Cum itaque Prior Grāden. monasterium suū, qd est in tua

† Ca. 4. eo. ti. in 2. cōpi. Et de materia vnionis vide nou. ssimè sancita i concil. Trid. sess. 7. de refor. c. 6. & sess. 14 de refor. cap. 9 & sess. 21. de refor. c. 5. & pleni 24. de refor. c. 13. & c. 15.

Sicut.] Abb. subiectus episcopo, monasterium suum alteri subijcere vel vnire non potest, sine consensu diœcesani, etiam cum consensu metropolitani, h. d. Diuiditur Nam primo ponit quandam consuetudinem. Secundo narrat factū, quod infirmari mādat, ibi, Cum itaque. Tertiò sol. obstaculū, ibi, Non obstante, Abb. Sicu. CASVS. Prior Grāden. monasteriū suū, quod est in diœcesi Faustini epi, subiecit, siue vniuit monasterio de Accato sine assensu diœcesani epi prædicti de cuius auctoritate id fieri debuisset, assensu tn̄ archiepi interueniente; episcopus significauit hoc dño Papæ, petens, vt sibi liceat reuocare, quod eo incōsulto factū fuit. Rndet ei Papa, vt liceat ei reuocare quod ille Prior Grāden. fecit eo inconsulto, non obstāte a sēsu vel confirmatione archiepi, quam interposuisse proponit: qa archiepi in diœcesi sui suffraganei sine ipsius assensu, nihil dispone re fit contra canonicas sanctiones, Papa id decernit irritandū: & quod epus id in irritū reuocare possit, primo illud ostendit, sicut. n. ad Papā ptinet vnire epātus, & alienæ ptāti subijcere, ita ad epm ptinet vnio, & subiectio ecclesiarum suę diœcesis No quod vnio epatuū ad solū Papā pertinet. Item ordinatio ecclesiarū, vnio & subiectio earum ad epm pertinent in sua diœcesi. Itē omnia monasteria, nisi sint exēpta, spectāt ad episcopum loci. Itē archiepus in diœcesi suffraganei sui nihil habet dispone re, sine assensu ipsius. Item arg. quod archiepiscopus nō est iudex ordinarius totius prouinciæ suæ.

a Scilicet Goffr. hic, & in sum. ti. de sēt. exc. ad finem, & alij quos refert hic Ioa. An. quorū sēten tiā videtur amplecti.

[Gl. seq numerat 11. specialia de reseruatis Papæ, & illa prosequitur, & quatuor versus ponit.

g Pertinere.] No. quod quædam 3 sibi in tm̄ sedes Apostolica

3 Valde vtilis & elegās est hæc glo. cui hēs aliā similē in ca. quod trāslatio nem, verbo, reseruata, s. de of. leg.

&ũ: secunda diffiniẽdo cõmittit: ibi, Nos autẽ. Abb. Sic.

CASUS. Quidam visitatores in Lõbardia accesserunt ad ecclesiã Albiganeñ. vt in ea visitationis officiũ exercerent: ẽps Albiganeñ. inter cætera, q̃ proposita fuerũt contra ipsum, confessus fuit, ꝙ cum quidam, in villa quadam, quæ ad eius iurisdictionẽ spectabat, infamaret de furto, & ipse fur illud negaret, obtulit purgationẽ ferri cãdentis; & si deficeret, suspẽderetur: ẽps q̃suit à iudice deputato ab ipso ad maleficia punienda, qd sibi super hoc videret? iudex rñdit, vt fieret sicut fur dixerat: tãdẽ ferrũ cãdẽs in ipsi⁹ pñtia est allatũ, qđ cũ fur ille accepisset, cõbustus est: iudex pauefactus, consuluit ẽpm, quid sibi super hoc esset agendum: & ipse rñdet, ꝙ si fur euaderet malũ esset: & sic ẽps, & iudex villã illam exeũtes i eorũ pñtia ille fur est suspẽsus: tñ ẽps ipse dicebat in eius excusationẽ, se talibus verbis vsũ fuisse: Auditis q̃tus est clamor populi? oẽs dicunt, malũ est, si sic euaserit impunitus: His auditis, & redactis i scriptis, inquisitores ipsum episcopũ cũ litteris suis confessionẽ p̃dictam continentibus, remiserunt ad Papam, sed ipse nihil sup his ꝓposuit coram Papa, nec litteras inquisitorum ostendit, ipse tñ dicebat litteras illas Papæ præsentasse: immo statim cũ alter de prædictis inquisitoribus ad Apostolicã sedem accessit, qui rem per ordinem domino Papæ exposuit, idem ẽps de curia recessit, & perquisitus non potuit inueniri: dominus Papa his auditis, per dictum inquisitorem, & litteras inquisitorum: quia idem ẽps non solum in iudicio ferri candentis, verum etiam in suspendio multum excessit, cum his non tantum auctoritatem præstitit, sed etiam præsentiam suam exhibuit corporalem, ipsum reputauit indignum ministerio altaris: & quia pontificale officium sine ministerio altaris exerceri nõ potest, mandat dictis inquisitorib. quatenus moueant eundem, vt ẽpatui cedat: alioquin ipsum remoueant ab ecclesia Albiganeñ. & eidem ecclesiæ faciant de persona idonea prouideri. No. hic arg. ꝙ sufficit absentẽ requiri, licet peremptoriũ ad eius notitiã nõ ꝑuenerit. Item clerici, vel ẽpi iudicijs ferri candẽtis indicere, nec recipere talem purgationem dẽnt. Itẽ nec interesse dẽnt, nec auctoritatẽ p̃stare debent spẽaliter, vt pœna corporalis infligatur: quod si fecerint, hic est pœna expressa in p̃latos. Item officiũ ẽpale sine altaris ministerio exerceri non põt. Et sic est hic ar. ꝙ non põt esse ẽps, nisi primo fuerit sacerdos. Item in locũ ẽpi depositi, vel irregularis facti ex culpa sua, ali⁹ substitui dẽt.

† Examinatio p̃ ferrũ cãdẽs, & ferueñtẽ aquam illicita est, & quare clerigis decretũ extat in c. ꝯsuluisti. 2. q. 4. vide B. Thomã 2. 2. q. 95. ar. 8. ad 3. arg.

† Ẽps habẽs t p̃alẽ iurisdictionẽ committere põt cãrũ criialiũ cognitionẽ alijs absque irregularitate, dicẽs eis vt iustitiæ debitũ exequanẽ. c. vlt. ne cle. vel mon. lib 6.

eius iurisdictionem spectãte infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino; offerens, ꝙ candentis [a] ferri iudicio se purgaret, & vt suspendio puniretur, si deficeret in eodẽ: dict⁹ ẽps requisiuit à iudice, quid super hoc videretur eidem: & cũ iudex respondisset, vt fieret sicut fur ipse dixerat: ferrum candens † in ipsius præsentia episcopi est allatum, qđ cum accepisset fur ille, combustus est: vndè iudex pauefactus, quid sibi super hoc videretur consuluit [b] episcopum memoratum: Qui rñdit, ꝙ si fur sic euaderet, malũ esset: quanquã affirmet se verbis [c] talibus vsum fuisse: Auditis quãtus est clamor populi? omnes dicũt, malũ est, si sic euaserit impunitus. † & sic episcopus, & iudex villã ipsam cum multitudine sunt egressi: in quorum præsentia p̃dictus fur est suspẽsus, pp q̃d ipsum cũ litteris vestris ad sedem Apostolicã destinastis: sed idẽ nihil sup his ꝓposuit corã nobis, nec litteras vestras vidimus, licet idẽ se nobis illas asserat p̃sentasse: q̃nimò † cũ dictus archiepiscop⁹ ad sedem Apost. accessit, qui nobi hmõi rei seriẽ plenariè indicauit, idẽ ẽps à nostra discessit [d] præsentia, & perquisitus, [e] non potuit inueniri. ¶ Nos aũt quia idem ẽps nõ solum in iudicio candentis † ferri, verum ẽt in furis suspẽdio grauiter noscitur deliquisse: [f] cum his nõ tm̃ auctoritatem præstiterit, verum ẽt pręsentiã exhibuerit corporalẽ, [g] ipsum indignum altaris ministerio [h] reputamus. Cũ igitur Pontificale officium sine altaris ministerio nõ valeat adimpleri: Mãdamus, quatenus vt ẽpatui cedat, [i]

a Candentis.] Hæc purgatio prohibita est ĩ. ne cler. vel mon. sententiam, & infra de pur. vulg. per totum. vndè hoc solo, ꝙ in hoc consensit, fuit puniendus.

[Glo. seq. recit. per q. an episcopi, vel clerici principib. in criminalibus consulere possint.

b Cõsuluit.] Non prohibetur hic quin ẽpi possint dare cõsiliũ principib. i criminib. 23. q. vlt. pessimã, in fi. nã. cleric⁹ põt dare i ꝯsiliũ ita in gñe dicẽdo; Fures taliter puniendi sunt. ar. 5. q. 6. delatori. dũ tñ potius opera consulentis, quam suggerẽtis fungatur, vt ff. de qõ. l. 1. § qui quæstionem. Item licite põt clerici querelam iudicibus deferre de furibus ciuiliter, arg. 23. q. 5. non vos, & ĩ. de homic. postulasti, & licet aliquis rñdeat de facto furis extra iudiciũ, licet ille fur puniat, non imputatur illi, ĩ. de homi. tũa. hic. n. exces. fines ꝯsilij dicẽdo malũ est, si fur sic euadat, & p̃sens fuit in suspẽdio.

c Verbis talib.] quę sequunt, auditis, &c.

d A nostra discessit.] vñ ꝑindẽ est ac si non venisset, ĩ. de iud. c. 1. & 11. q. 3. certum est. aut ẽt si latitaret post colsinas, ff. ex quibus cau. in poss. ea l. Fulcini⁹, §. illud sciendũ, & ĩ. vt lite nõ ꝯtest. q̃m. §. 1.

[Gl. seq. no. ꝙ sufficit absentem requiri, licet, &c. alleg. in contrariũ, & soluit.

e Perquisitus.] No. ꝙ sufficit absentem requiri, licet peremptorium ad eius notitiam non ꝑuenerit, ĩ. de do. & cõtu. cãm q̃, c. vlt. & ĩ de cler. nõ resi. ex tuæ. C. de iud. properandũ. §. & si q. dẽ. ff. de euic. si verò, & l. si dictũ. §. pñte, & ff. loca. item quæritur. §. exercitu. Arg. ꝯ ĩ. vt lite non contest. q̃m. 2. ff. quæ sent. sine app. rescin. l. 1. §. cum ex eo. non. n. statim contumax vr̃, qui vocem præconis non exaudit. ff. de in integ. resti. l. pen. quæ incipit, diuus, & C. q̃ũ & q̃n iud. ea q. 2 & 3. q. 9. caueant, sed certè ibi non tenuit sententia: quia ibi re⁹ non fuit citatus: hic enim citatus venit ad præceptum inquisitorum, & contumaciter recessit, & adhuc Papa mandat, vt moneatur. Ber.

f Noscitur deliquisse.] relatione iudicum, quibus creditur, 18. dist. de concilijs, donec probetur contrarium, sup. de resti. cum à nobis. Ber.

g Corporalem.] Vndè incidit in illam cõstõnẽ, ĩ. ne cler. vel mon. sententiam, & auctoritatem præstando, & præsentiam, vndè meritò deponi debuit, q̃a fuit homicida. ĩ. de homi. significasti. 2. & sup. de cle. pug. in duello. c. 2. 50. dist. si quis viduam, q̃a nõ refert an facto, vel consilio seu auctoritate fiat homicidium, vt ibi dr̃.

h Ministerio.] Arg. quòd non potest quis esse episcopus nisi primo fuerit sacerdos. De hoc dixi sup. de cler. per saltum promo. c. vnico.

i Cedat.] Cũ p̃p culpam suam factus sit irregularis: alias

1 De hoc art. vide Doc. in c. clerici, ĩ. ne cle. vel mon. Fel. in cap. sicut dignũ, ĩ. de homic. & Nicolaũ Plouiũ trac. de irregularitate. 39. regul. vbi latè.

† Aliàs ita: quinimò statim cũ, &c.

† Cur iudiciũ ferri cãdẽtis sit illicitũ, tradit luculẽter B. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. arg.

2 Vide de re iud. cũ Bertoldus, in 4. gl. Io. An.

1 Vt p quē, dic vt j. de cleri. ægro. c. vnu. lib. 6.

alij enim si esset impotens dareť ei coadiutor, 1 7. q. 1. quamuis sit triste. Vinc.

INter.] Ab obtinenda dignitate repellitur; vsurarius & pub licus aleator. h. d. Diuiditur. Nam primò nar rat decisẽ factum. Secundo diffinit, ibi, [Nos igitur.] quæ subdiuiditur: Nā prima diffinit de P. Secunda de B. Tertia de cãtore. Secũda ibi, [Præterea] Tertia ibi, [Quia verò.] Abbas Siculus.

CASVS. Vacãte succentoria Pictauen. cã tor ipsius ecclesię, ed quem pertinet collatio succentoriæ, eam ꝯtulit P. canonico Pictauen. postmodũ dicta collatione nõ cassata, eandem succentoriam contulit B. canonico Pictauen. vndè orta quęstione inter eos, cã commissa fuit super ipsa succẽtoria q. fusā iudicib. delegatis, corã qbus petiji vtraq. pars electionẽ de se factã cõfirmari, & alterius cassari: lite cõtestata, & testibus hincindè receptis, cã delata est ad dominum Papã: præterea iudices quasdam litteras cõcesserunt partibus, in q̃bus quędã clausula vltimò in litteris illis erat apposita: ꝓponebat contra d. B. quod illa non fuerat apposita de conscientia iudicum, & sic falsauerat litteras illas, & quod vsus fuerat litteris sic falsatis: super hoc deposuerunt iudices, q̃ litteras illas ꝯcesserãt: dñs pp attestationib. vtriusque partis inspectis, inuenit esse ꝓbatũ, dictũ P. publicũ aleatorem esse, ac manifestũ vsurariũ, q 11. ꝓ 12. mutuauit ĩ ludo: Ipse verò i sui excusationẽ allegabat ꝯsuetudinẽ Gallorum, qua clerici mutuant sic frequenter, & ludunt: Sed Papa illam consuetudinem penitus reprobauit, cum in illis sit magis punienda offensa, per quos delinquendi auctoritas vsurpatur: vndè quod circa dictum P. de succentoria ipsa factũ est, propter indignitatem, & vtilitatem ipsius, decreuit dñs Papa irritandum: cum personis vilib. & indignis portæ dignitatum patere non debeant. Præterea contra præfatum B fuit probatum, q̃ de conscientia iudicum vltima clausula non fuerat inserta in litteris eorundẽ, sicut per ipsorum depositiones constitit euidenter propter quod pars altera proponebat, quòd prædictus B. vsus fuerat litteris sic falsatis, & ideò tanquam falsarius debebat repelli. Papa tñ considerauit, q̃ licet constaret, q̃ dicta clausula in litteris illis fuisset apposita præter conscientiam iudicum, tñ fides facta non fuit, q̃ d. B. illam clausulam apposuerit, vel procurauerit, vt ab alio poneretur, vel ẽt q̃ scienter vsus fuerit litteris sic falsatis: vnde Papa ab huiusmodi falsitatis obiectu dictum B. absoluit, ꝓpuè, cum postq̃ hoc sibi obiectum fuit, eis vti noluit: Sed quia p depositiones duorum testium cõstitit, q̃ cõcessio facta P. ꝓdicto, ꝓ. esset concessionem factam postmodum B. Papa decreuit ipsam irritã, & inanẽ. Et q̃a cãtor ita cõstãter se habuit i hoc facto vt prima donatione ñ cassata, secũdam facere attentauit, vt puniať in quo peccauit; Dñs Papa priuat ipsũ ptãte ꝯferẽdi hac vice succẽtoriam ipsam; Mãdans iudicib. quatenus eãdẽ, auctorit. te Apostolica, pionę idoneę assignare procurent. No. q̃ aleator publicus, & vsurar.[9] publicus repellit à dignitate obtinẽda, nõ obstãte consuetudine aliqua. Itē praua consuetudo potius dicenda est corruptela, q̃ consuetudo. Item nemo auctoritate, vel ꝯsuetudine debet vsurpare delinquẽdi licentiã: quia p p hoc magis punitur. Item vilibus personis, & indignis dignitates non sunt ꝯcedẽdæ. Itẽ ar. q̃ succentoria est dignitas. Item iudices possunt ferre testimoniũ de his, q̃ corã eis acta sũt, & p eos. Item non ꝓbat hoc esse, quod ab hoc cõtigit abesse: & sic dubia probatio non nocet. Item nõ punitur qui falsis litteris nõ vtitur, postquam sibi opponitur. Item duo testes sufficiũt. Item prima electione non cassata, attentari non debet secunda: cum fiat de re non vacante, & ita nulla, vt, hic. Itẽ punitur elector, qui prima sua electione non cassata, secundam attentat: Item puniri debet quis in eo in quo peccauit.

† Ca 4. eo. ti. in 3. cõp. Vide Host. in sum ti. d. ex ccs. pral. §. cle. verò. vbi plenè de ludo. adde Ber. Diaz. i prac. cri. cano. c. 64. & citates ibi per eum.

† Vide citatos in c. quo niam ĩ ord. ī. de vit. ex quibus intelliges qui sit manifestus vsurari⁹. Ad de Ber Diaz in prac. Cri. c. 82.

moneatis eundem: alioquin ipsũ ab Albiganen. ecclesia amouentes, faciatis eidem per electionem canonicam de persona idonea prouideri.

¶ Idem archiep̃o, & Maioris monasterij, & S. Iuliani abbatibus Turonẽ.

¶ *Collatio beneficij facta indigno, occultè cassari debet: & conferēs secũdo ante cassationem primæ collationis, priuari debet ea vice potestate conferendi.*

CAP. XI.

INter † dilectos filios B. & P. canonicos Pictauen. super succẽtoria Pictauen. ecclesiæ quæstione suborta, vtroq. asserente succentoriã ipsã, se per Pictauen. cantorẽ, ad quẽ eius donatio pertinebat, canonicè assecutum, & infra. ¶ Nos igitur attestationib⁹ vtriusque partis inspectis, inuenimus esse probatũ eundem P. publicum aleatorem[a] esse, ac vsurarium † manifestum: vtpotè, qui vndecim [b] denarios pro duodecĩ mutuauerat in ludo: vndè licet ad palliã dum tantę præsumptionis excessum proposuerit, quod hoc fecerat iuxta cõsuetudinem Gallicorum clericorum, qua ferè vniuersi clerici mutuant sic frequẽter, & ludunt: Nos tamen, qui ex officij nostri debito pestes huiusmodi extirpare proponimus atque ludos voluptuosos [c] (occasione quorũ sub quadã curialitatis imagine, ad dissolutionis materiã deuenitur [d]) penitus improbamus, excusationẽ prædictam, quæ per prauam consuetudinẽ (quæ corruptela dicenda est †) palliatur, friuolam reputantes: cũ in illis magis plectibilis sit offensa, p quos ad excusãdas [e] excusationes in culpis delinquendi auctoritas [f] vsurpatur: quod circa eundem P. de succentoria factũ esse dignoscitur, propter indignitatẽ, & vilitatẽ ipsius duximus irritãdum: cũ psonis vilib. &

a Aleatorem.] quod hodie prohibetur sup. de vi. & hon. cleric. tamen videtur q̃ propter hoc nõ debet priuari iure suo, si vellet se corrigere 35. dist. c. 1. idem videtur de vsura 47. dist. cap. 1. sed aliud est in obtento aliud in obtinendo, propter vsuram indistinctè repellit ab obtinendo 47. dist. de Petro. & hic: sed in obtento beneficio pt eps facere gratiã, si se libenter corrigat, de iure tñ pt deponi 14. q. 4. si q̃s oblitus, & c. quĩ multi. B.

b Vndecim denarios pro duodecim.] hæc vsura centesimam 1 excessit, quoniam illa in anno sorti adæquatur. C. de vsuris. eos. ff. de condi. inde. si non sortem. hæc vsura vna die posset excedere sortem.

c Voluptuosos.] conuiuij tamen causa ludere licet. ff. de aleato. quod in conuiuio.

d Deuenitur.] Est ergo ludus noxius cum affectu in culpa, ff. ad l. Aquiliam ludus.

e Excusandas.] hæc verba posita sunt 16. q. 1. prædicator. & sup. de consuetudine, quanto.

f Auctoritas vsurpatur.] Qui peccatum suum defendit auctoritate, seu consuetudine, magis peccat, & ideò magis puniri dẽt. 33. q. 4. nemo, & hic. de pœ. di. 6 c. 1. fi. B.

† Vide l. omnes iudices, cum gl. j. C. de Decur. li. x cũ ibi not. & in Authẽ. habita, C. ne fa. pro pre.

1 Vsura cẽtesima quæ dicatur, tradit Alciatus li. 3. dispũctionum. c. j. & antiquos nõ solum dixisse vsuras cẽtesimas, sed ẽt cẽtesimam quæstũ, docet Budæus in l. nihil interest ff. de euiction.

a Di-

a Dignitatis.] Ar. quod succentoria est dignitas.
b Sanctiones.] C. de dig. neque famosis li. 12. C. de in fam. l. Vnica. lib. 10. sim. sup. de iureiuran. querelam.
c Depositionib. vt sup. de elec. cū dilectus No. ergo quod iudex de eo quòd fit corā eo, pōt in testem duci,

ignorauit ipsum talē fuisse, & nō licuit ei variare. Ber. ¶Glo. seq. no. quòd secunda sit nulla, signat contrariū, dat solutionem incertam, secundò signat aliud contrarium, & soluit.
f Irritam.] Ergo fuit hæc secunda electio irrita

indignis portæ dignitatis a patere non debeant, iuxtà legitimas sanctiones. b Prçterea, cōtra prçfatum B. fuit manifestè (per † testes) probatum, quod de cōscientia iudicū vltima clausula inserta nō fuerat in litteris eorundē, sicuti in ipsorū depositionibus c exprimitur euidēter. (& infra.) ¶Vndè pars altera proponebat, quod cum prædictus B. scientèr vsus fuerit litteris sic falsatis, debeat tanquam falsarius omninò repelli. Verùm nos attēdentes, quod etsi constaret, quod dicta clausula litteris illis fuisset apposita præter conscientiam iudicum prædictorum, † quia tamen fides nobis facta nō fuit, quod dictus B. illā clausulam apposuerit, vel procurauerit, d vt ab alio poneretur: vel etiam, quod scienter vsus fuerit litteris sic falsatis, ab huiusmodi falsitatis obiectu eundem duximus absoluendum: maximè cum postquam sibi hoc obiectum fuit, prçtermiserit vti eis: (& infra.) ¶Cum igitur per depositiones duorū testium nobis cōstiterit, † quod concessio P. facta præcesserit quāquam propter indignitatem eiusdē meruerit reprobati, concessionem postmodum e B. factam irritam f decernimus, & inanem. ¶Quia verò cantor adeò inconstanter se habuit in hoc facto, vt prima donatione non reprobata, secundā facere attentauerit: & dignum sit, vt in eo quis puniatur, in quo g visus est deliquisse: in hoc eius duximus varietatis inconstantiam puniendā, vt concedendi succentoriam ipsam hac vice h nullā habeat facultatē: prçsentium vobis auctoritate mādantes, cōcedimus, quatenus eādē auctoritate nostra suffulti psonç idoneç assignetis.

¶Idem † in concilio generali.

¶Cognoscere de causa matrimoniali, item pçnitentias publicas & indulgentias concedere, spectat ad dignitatem episcopatem: Vndè inferior Prçlatus de his se intromittere non debet, nisi ei competat de iure speciali.

CAP. XII.

ACcedentib. ad nos de diuersis mundi partib. episcoporū querelis, intelleximus graues & grandes quorundā abbatū excess⁹, q suis fini-

¶Gl. seq. alleg. simile, signat cōtrarium, & soluit.
d Vel procurauerit.] sim. sup. de rest. spol. cum ad sedē. licet n. iste obtinuerit litteras, & vsus fuerit eis, non tū præsumitur, quod eas falsauerit, sicut nec ibi prçsumitur, videiecisse, licet ipse possideret, & aduersarij probassent se expulsos: dolus enim non ex præsumptionib. sed ex pspicuis indicijs pbari debet. C. de dolo, dolū. vndè qui dolū allegat, dolū probare tenetur, ff. de proba. quoties. § qui dolo. Sed contra, arg. habes sup. de cri. fal. ad falsariorū, vbi dicit, quod post q litteris falsis vsus fuerit, non poterit prætendere excusationem, & hic vsus est falsis litteris, nec tñ in hoc punitur. Sol. illud speciale est in litteris domini Papç, quæ prius diligēter examinātæ sunt, nec pçna illa ad litteras aliorum prælatorū extenditur, 2 in ò & aliud speciale est in illis, q nō i alijs: quia ibi tradit curiç sçculari statim, sed alij non tradūtur. ¶Gl. seq. quçrit, arg. pro, soluit cōtrariu,
e Postmodum.] vndè nō valuit, prima nō cassata, sic sup. de concess. præb. c. post electionem, in fi. Sed q si prima nulla fuisset ipso iure, puta, qa psona fuit idigna & scienter electa, nunquid valuisset secūda? Videt quod sic sup. de electione 1. & supra de appel. constitutis, & supra de iure pat. illud, & ca. cum laici. Sed contrariū est verum, quod non valet secunda, quia ipso iure priuatus fuit eligendi potestate, illa vice: vndè secunda non valet, sup. de elec. cum in cunctis, & c. cum Vintonien. & c. scriptum. in fi. sup. de sup. neg. præla. licet & c. vlti. Sed cap. illud & cap. cum laici, contradicere videntur: quia ibi ab eadem persona facta fuit prima concessio & secunda, & tamen tenuit secunda: Sed ista concessio prima facta fuit de re non vacante, quare nulla; præterea laicis variare licet, sed non clericis: sed hic non fuit priuatus ipso iure, quia non fuit notorium primā nō tenuisse: & ideò priuat per sniam, quia forte

ipso iure, vt videtur per hanc litteram, q est verū: quia prima non cassata secunda nō potuit nec debuit attētari, et si prima ipso iure nulla fuisset, vt dictum est in prox. notul., qa functus erat officio suo eligendo illum P. & sic succentoria non vacabat. Vndè iste B. electus fuit ad dignitatem non vacantem: quare nulla fuit electio, at. ptra. ff. de ver. obl. si dari stipuler. vbi pēdēte prima stipulatione, quç elidi poterat, tenet scda stipulatio, sed valdè sunt ista dissimilia. Itē signat ptrium huic verbo, irritā, s. de elec. desiderami, & c. auditis, & ibi vtraq; cassat; hic verò diuersus est casus, ibi factç fuerunt elec. à diuersis partib. hic ab vna & eadē psona, q variare non potuit, vt dictū est.
g Puniatur in quo.] de s. de tēpor. lrās, & s. de iure pa. pastoralis & s. de cle. ex. ommiui. postulastis.
h Hac vice.] itm s. de elec. cū in cūctis, & c. cum Vinton. vndè si illorū electio, quibus scribitur, non hēret effectū, statim posset iste eliger Be.
ACcedētib.] Abbates de matrimonijs cognoscere, & publicas pçnitentias iniungere, & lrās indulgentiarū cōcedere non possunt, nisi eis competat de iure spāli, hoc d. Primò ponit epōrū querelā, cui sdò puidet, ibi. Volētes. Abb.

CASVS. Epi in cōcilio generali cōquesti sunt de abbatib. q ipsi suis terminis non cōtenti, manus extendunt ad ea, quæ ad epos pertinere noscuntur, videlicet cognoscendo de causis matrimonialibus iniungendo pçnitentias publicas, concedendo litteras indulgentiarū, & similia præsumendo: pp quæ auctoritas epalis vilescit interdum apud multos: volens concilium eporum dignitati, & abbatū saluti in his prouidere, prohibuit, ne de cætero aliqs abbatū ad talia se extēdat, si ppriū periculū voluerit euitare: nisi forte aliquis ipsorum speciali concessione, vel alia legitima cā sup hmōi valeat se tueri No. q ista quæ hic prohibent abbatib. de iure cōi ptinēt ad epos. Itē abbates ista prçscribere possunt.

a Suis

† Hæ duæ voces, p testes, desunt i antiquis exemplaribus ab sūt etiam à veteri cōpilatione, & omnib. Vaticanis.

† Vox, pdictorum, deest in antiq. orib. codicibus, adest iā in magis recentibus. 2 Secundum Io. & Vincē. Io. An.

† Vide l. vbi numerus, cū concor. ff. de testi.

† Idē, s. Innocentius in cōcilio generali Lateran. c. 60. & c. vnico eo. tit. in 4. compil.

a Suis finib. non contenti.] Cum quilibet suis finibus contentus esse debeat, nec terminos patrum transgredi debeat, sup. de sepultu. c. 1. & 9. quæst. 2. c. 1. & c. seq. Ad idem æquè possunt induci. 13. q. 1. cap. 1. & sup. de statu. mon. recolentes.

† Vide concil. Trid. sess. 24. de sacro matrimonij cano. 12.

† De articulo, adquê spectet concedere indulgentias, vide B. T. in qônib. additis ad 3. par. q. 26. per totum: & Sotû li. 4. sent. dist. 21. q. 1. arti. 4.

† Vide paulo post citatos super glossa, & notata in capi. omnis, infra de pç. & remissio.

¶ Glo. seq. signat cõtrarium, & soluit.

b Episcopalis dignitatis.] q̃ enumerant 67. dist. quãuis corepisc. &c. corepisc. & sic vr per hanc constitutionem, qđ cognitio causarum matrimonialiũ ad epum de iure cõi spectat. arg. 35. q. 6. multorũ. arg. ꝯ s. de consang. & affi. ex litteris. Dicas ꝙ alij prælati, q cognoscũt de causis matrimonialibus siuè sint abbates, sinè alij, faciũt ex cõsuetudine pręscripta, siue speciali concessione, secũdũ quod hic in fine dicit, arg. s. de præscr. auditis, aliàs de iure cõi ad solũ episcopũ hoc spectat, vt hinc patet, & 50. dist. in capite, & s. de offic. ord. cap. 1. B.

c Publicas pœnitẽtias.] Hoc ad solum episcopum pertinet. 1 50. dist. in cap.

d Legitima] puta cõsuetudo pscripta, q̃ dat iurisdictionẽ. s. de offi. arch. c. vlt. & sup. de præscript. auditis. sup. de fo. cõpe. cum contingat. supra de offi. ord. irrefragabili. 2

1 Hoc verũ de illa solẽni, de qua loquitur canon allegatus in glo. lo. And.

† Pro Prudentianę, Budentianæ repositũ est, ut supra in c. 35. đ electione.

2 Adde q̃ dicat consuetudo pscripta: & qualiter pbet. no. Bar. ĩ l. hoc iure, §. ductus aq. ff. de aqua quotidi. & æstiua.

bus non contenti, a manus ad ea, quæ sunt episcopalis dignitatis opus, b extẽdũt: de causis matrimonialib. † cognoscẽdo: iniungendo publicas pœnitentias: c concedẽdo † etiam indulgẽtiarum litteras, & similia psumendo: vnde contingit interdũ, quod vilescit episcopalis auctoritas apud multos. Volẽtes igitur ĩ his, & episcoporũ digni tati, & abbatũ puidere saluti. Pręsẽti decreto firmiter phibemus, ne qs abbatũ ad talia se præsumat extendere, si pprĩũ voluerit periculum euitare; nisi forsan quisquã eorum speciali cõcessione, vel alia legitima d causa, super huiusmodi valeat se tueri.

¶ Honorius iij. P. tituli sanctę Pudentimæ † presbytero Cardinali, vicario nostro.

¶ *Ad reuelandum peccatorem, siue peccatum in penitentia confessum, sacerdos compelli non potest.*

Dilectus.] Primò ponitur q̃rela presbyteri, cui secũdò prouidet expressa causa: ibi, [Quia igitur.] Abb. Sic.

CASVS. Quidam fecerant quoddam furtum, qui (vt dicebatur) confessi fuerant super furto Ioanni presbytero in penitentiali iudicio: rectores fraternitatis vrais compellebant dictum presbyterum Ioannem ad reuelandum fures, & id quòd super furto sibi fuerat reuelatum, & nisi vel ad satisfaciendum ex indè damnum passo, & nisi alterũ prædictorum faceret, tulerunt in ipsum sententiam interdicti: propter quod dictus sacerdos conquestus est domino Papæ: quia perniciosum esset dictum presbyterum reuelare taliter sibi credita, & cogi ad soluendum id quod non rapuit: mandat Papa Cardinali sanctæ Pudentianæ presbytero, vicario suo, quatenus præfatos rectores coram se conueniens, iniungat eisdem, vt à grauamine presbyteri memorati super hoc penitus conquiescant. Nota, quod sacerdos compelli non debet, vt reuelet sibi in pœnitentia credita. Item non dẽt quis puniri in eo in quo nõ peccauit.

[Glo. seq. probat dupliciter hunc cogi non potuisse, signat contrarium, & remittit. in secundo quærit, arg. soluit dupliciter legendo.

e Reuelare.] Ad hoc cogi non poterat, quia secundũ leges nemo potest compeli ad furem indicandum. ff. de præscr. ver. solent. & ff. de condi. ob tur. cau. idem. §. si tibi, arg. ꝯ sup. de fur. qu: cum fure, sed ibi soluitur. Sed alia ratione non debuit compelli: quia 3 qui peccatorẽ in pœnitentia confessum publicat, per mundum cõpellitur peregrinari, vt dicit decr. de pę. di. 6. sacerdos. hodie verò deponi debet & in monasteriũ detrudi. inf. de pęni. & remis. omnis. Sed nunquid ille sacerdos fuit suspensus: quia non faciebat alterum, qđ præcipiebat? Videt ꝙ sic. 11. q. 4. sñia, sed non videtur duplici de causa: quia ipse non fiebat furtum illud vt homo, & de tali potest intelligi cõtrarium si gnatum sup. de fur. qui cum fure. sed vt Deus, supra de offic. ordin. si sacerdos, & in hoc maior erat ipsis rectoribus, argu. 93. dist. cap. vltimo. & 94. distinct. cap. 1. quia Dei legatione fungit: ergo ipsum interdicere vel excõmunicare non poterant supra de maio. & obed. cum inferior. & 21. dist. in. inferior? Itẽ quia ista sententia continebat intolerabilẽ errorẽ, vndè non tenuit, infra de senten. excom mu. p tuas, vndè Papa nõ dicit, quod ab soluatur, sed quod illi desistãt à grauamine, ꝙ de facto inferebant: & quia iniquum erat, vt tenea-

3 Vera' ratio cur sacerdos non possit nec dẽat cõpelli ad reuelandũ, qđ in confessione sacramentali audiuit, illa est, quam tradũt Theologi: qm̃ sigillum secreti est de iure diuino: vide p alijs Soto lib. 4. sen. dist. 18. q. 4. art. 5 & 6.

CAP. XIII.

Dilectus filius Ioannes presbyter exposuit cõquerendo, † quod rectores fraternitatis vrbis ipsum ad reuelãdum fures, & quod sup quodam furto sibi tanquam sacerdoti fuerat reuelatum, vel ad satisfaciẽdũ exindè damnũ passo, arctare nitẽtes, in eum (nisi alterum pręmissorum efficeret) tulerunt sentẽtiã interdicti. Quia igitur perniciosum esset pdictu m presbyterũ sibi taliter credita reuelare, e ac cogi ad id quod nõ rapuit, f exoluẽdũ. Discretioni tuę mãdamus, quatenus præfatos rectores corã te conueniens, iniũgas eisdẽ, vt a memorati presbyteri grauamine penitus conquiescant.

¶ Idem Pręposito R. & I. archidiacono Suessionen.

¶ *Priuati homines regulariter nequeunt constituere collegium, & habere signa collegij, nisi eis aliter cõcedatur.*

CAP. XIIII.

Dilecta † in Christo filia abbatissa Iotrẽ.

tur reddere quod non rapuit: & ita quantum ad vtrãque partem disiunctæ non valuit interdictum, vel quia sub conditione tulerunt interdictum, & ipse sacerdos pendente conditione conquestus fuit Papæ, perinde fuit ac si appellasset, vnde suspensum fuit interdictũ, supra de appellatione dilectis 2. & Papa mandat ipsum vlterius non molestari: sic excommunicatio sub conditione suspenditur per appellationem, sup. de appel. præterea 2. B.

f Quod nõ rapuit.] Nisi illud à raptore scienter suscepisset: tunc enim compelleretur: quia tenetur illud restituere, cum succedat in vitium, supra de restit. spolia sæpè, & supra de iudi. quia V. & ff. de iureiurand. si duo, §. idem Iulianus. & ff. de conditione fur. l. 2. & l. ex causa furtiua. & C. de fur. l. 2. & l. inciuile est. Ber.

Dilecta.] Non possunt subditi singulares in præiudicium Prælati erigere signa collegij, hoc dicit. prima pars ponit querelam: Secunda dat iudices: ibi, Discretioni. Abbas.

CASVS. Presbyteri & clerici Iotren. ecclesiæ Meldẽn.

† Vide Hostiensem in summa, ti. de excessib. pla. § subditi verò. & de materia sigilli consule Spe. tit. de citatione §. 5. Cassanęũ in cõsuetud. ducatus Burgũdię in conclusione operis. & Guidonem Papę decisione 481.

deñ. diœcesis cum non consueuerint habere sigillum, nec sint vnum corpus, ita ꝙ capitulum appellaretur, nihilominus contra voluntatem abbatissæ Iotreñ. ecclesiæ (quę est ipsorum caput & patrona) propiium sigillum habere contendunt: vndè abbatissa significauit hoc domino Papæ, mãdat Papa q̃buſdã, quatenus si eis cõstiterit ita esse, dictis p̃sbyteris, & clericis auctoritate domini Papę p̃cipiãt expreſsè, ne p̃ſumãt vel de nouo fabricare sigillum, vel vti eo, si fortè nouiter fuerit fabricatũ. No. quod qui non sunt vnum corpus, nec faciunt vnũ collegium, non debent habere commune sigillum.

† Appelle͂.

ɪ Gl. seq. tractat q̃n. que modos quibus dicitur corpus, ponens differentiam inter corpus, &c.

a Nec sint vnũ corpus.] Not. ꝙ qui nõ sunt de vno collegio vel etiam de vna societate, non dicuntur vnum corpus, vt hic patet: quia clerici isti erant clerici Iotrensis ecclesiæ deseruientes ibidem, qui non dicuntur facere collegium, sed sunt ibi beneficiati, licet omnes subessent abbatissæ: vñ non sunt vnũ collegiũ, siue vnũ corpus, nec possunt constituere vnum procuratorem siue actorem pro aliqua causa. ff quod cuiusquè vniuersita. l. 1. §. 1. illi ergo soli faciũt vnum corpus, qui sunt in vno collegio, vel societate, vt l. p̃. lita. vnd no. quod corpus multis modis dicitur: omnes enim fideles possunt appellari vnum corpus siue vna ecclesia per fidẽ & charitatẽ, siue p̃fectionẽ gratiæ, sup. de sum. Tri. c. 2 cuius caput est Christus. 3. q. 4. Engeltrudam, ita ꝙ alter alterius onera portet. 50 dist. ponderet. Itẽ collegiũ siue vniuersitas dicitur vnũ corpus, cuius p̃latus dicit caput. sup. de his quæ fi. à p̃la. sine consen. ca nouit. & tale corpus potest habere sigillum. sup. de app. significauit. & 73. dist. in nomine. in fi. & actorẽ & arcam cõmunem, vt ff. quod cuiusque vniuer. l. prima, sed cum isti clerici taliter non fuerint vnũ corpus, sigillũ cõmune habere nõ debeant, vt hic patet. Itẽ vnũ dicitur corpus, quod vno clauditur spiritu, vt homo, lignum, animal. Aliud dicitur corpus quod habet partes integrales seu cohærentes, vt domus: Aliud quod habet partes distantes, vt grex, populus, collegium, ff. de vsuca. l. rerum mixtura. Si enim petijsti in iudicio corpus, quod habet partes integrales, vt domum, & succubuisti, si postea petas aliquid de domo, puta cœmenta vel lignum, puta cum fuerit dissolutum à domo, non obstat exceptio rei iudicatæ, ff. de exccp. rei iud. si quis cum totum. §. item si quis fundum. Si verò petas totum corpus quod habet partes distantes, puta gregem, & succubuisti, si postea petas aliquod caput de grege, quod fuit ibi, obstat exceptio. Si verò non erat ibi, non obstat, ff. de excep. rei iudi. si cum argentum. §. 1. Item episcopus cum capitulo suo facit vnum corpus, cuius ipse est caput, sed cum clero ciuitatis vel diœcesis non dicitur facere vnum corpus. sup. de testa. requisisti. § secus. & inf. de verb. sig. cum clericis. Sic abbatissa ista cum clericis ecclesiæ Iotrensis, licet ipsa sit caput, non facit vnum corpus.

nobis insinuare curauit, quod cum presbyteri & clerici Iotreñ. ecclesiæ Meldeñ. diœcesis, non consueuerint proprium habere sigillum, nec sint vnum corpus, [a] ita quòd capitulum appellaretur; † nihilominus contra voluntatem ipsius (quæ ipsorum caput est, & patrona) sigillum habere contendunt: & infra.

¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit ita esse, dictis presbyteris & clericis auctoritate nostra inhibeatis expresſè, ne præsumant, vel de nouo fabricare sigillum, vel vti eo, si fortè nouiter † fuerit fabricatum.

† nouum

¶ Glo. seq. obijcit & soluit.

b Inhibeatis.] Sed quare prohibetur istis habere sigillum, cum quilibet possit habere sigillum? Ratio quare, iam reddit est superius: quia cum isti non essent vnum corpus, volebant facere sigillum commune, tãquam essent vnũ corpus siue collegium, & per hoc videt fieri præiudiciũ abbatissæ cui suberãt: quasi ꝙ p̃ se fortè expedirẽt negotia quæ sub ipsa, vel auctoritate ipsius tractari debebant: quia & hoc p̃missο aliud attentarent in præiudicium monasterij: sed si quilibet rector per se, vel cum collegio suo vellet habere sigillum, non prohibetur.

¶ Idem † sancti Auberti archidiacono, abbati de Annona, & Præposito Cameracen.

† Aliàs ita: Idẽ abbati sãcti Alberti Archidiacono de Annona & p̃posito Cameraceñ.

¶ Qui contra iuramentum negat Prælatum dominum suum uel coram iudice seculari de ipso conqueritur, vel ipsum inuadit, deponi debet.

CAP. XV.

GRauem † & dolore non vacuam: & infra.

¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit archidiaconum [c] semel & secundò, contra fidem homagij [d] præstiti, ac debitam reuerentiam, episcopum suum esse dominum negasse...

† Vid̃ Hostiensẽ superioric. citatũ. & Cõtiũ q̃ addit hic omissa à Raymũdo, vñ planius hęc ĩtelligẽtur.

GRauẽ.] Primo de ...è narrat factũ, quod sub triplici distinctiua puniri mãdat: ibi, Discretioni. Abbas.

CASVS. Archidiacon⁹ Ambiañ. veniẽs contra fidem præstitam & debitam reuerentiam semel, & secundo, episcopum proprium suum dominum esse denegauit: Item in foro sęculari deposuit contra eum super rebus spiritualibus quæstionem: Item causam & consilium præbuit fratri ipsius archidiaconi, & complicibus suis aduersarijs episcopi, & inuasoribus episcopi & sociorum eius, & ita contra fidelitatem in tribus peccauit: Episcopus Ambiañ. grauem de ipso archidiacono coram Papa deposuit quæstionem: vndè mandat Papa quibusdam, quatenus si constiterit ipsum archidiaconum semel & secundo contra fidem & reuerentiam præstitam, episcopum prædictum dominum suum denegasse, vel in foro sęculari contra ipsum super rebus spiritualibus quæstionem deposuisse, vel causam & consilium præbuisse aduersarijs episcopi contra ipsum, eundem archidiaconum tanquam putridum membrum (ne sana inficiat) ab Ambiañ. ecclesia perpetuo abscindant, & beneficia sua per eos ad quos donatio pertinet, personis idoneis faciant assignari. Nota. qualiter punitur clericus, qui negat Prælatum suum dominum suum esse. Item qui trahit ipsum in foro sęculari pro re spirituali, vel qui facit contra fidelitatem, perdere debet feudum. Item vbi plura narrantur, quorum alterum per se sufficit ad priuationem beneficij, alterum probari sufficit. Item membrum putridum abscindi debet, ne sana membra inficiat. Item clericus qui negat episcopum dominum suum esse, vel ipsum trahit ad iudicium sæculare vel dat consilium aduersarijs suis contra ipsum, per sententiam perdit beneficia sua, non ipso iure, sicut fecit archidiaconus iste.

c Archidiaconum.] Ambianeñ. scilicet.

¶ Glo. seq. recitari potest signando & soluendo contrarium de regula vltima: &c.

d Homagij.] Homagium hic appellant fidelitatem & obedientiam, quam ratione archidiaconatus præstitit

ritic episcopo, quod licet. 23.distin.quanquam.sup.de iureiu. nullus. aliàs non licet exigere homagium. inf. de reg iur.indignum.& sup de simo. ex diligenti, & sic iste archidiaconus fidelitatem & debitam reuerentiam violauit multipliciter.prout sequitur,meritò ergo punitus fuit.

secandæ. Ex tribus causis archidiaconus iste reddidit se indignum; Primo quia negauit episcopum dominum suum esse: Secundo quia traxit illum ad iudicium seculare: Tertio quia dedit causam siue consilium contra dominum suum,& sic venit.contra fidelitatem.

† denegasse.

a Negasse.] ipso facto veniendo contra fidelitatem & debitam obedientiam, dando consilium inuasori episcopi,& fratri eiusdem archidiaconi contra ipsũ episcopum,qui traxit ipsum ad iudicem secularem:& ibi fortè publicè ipsum dominum suum esse negauit,& ita semel & secundo venit contra fidem, vndè puniri debuit.

† Aliàs ita: cũ cõplicibus,&c.

b In foro seculari deposuisse.] Arg.est hic manifestũ, quod sola conuentio sufficiens ad hoc,vt cadat à iure suo,licet ñ fuerit litem contestatus. De hoc dictum est supra de foro compe.si diligenti. sed fortè hoc est,quia deliquit cõtra dominum suũ, vndè fortius puniri debet.arg.ff.de re mi li.omne delictũ 1.respon §.1.quia omnis contumacia aduersus præsidem, capite puniendà est.vt ibi dicitur: vñ ist ab omni officio, & beneficio priuatur.

† Circa psonas regulares seu religiosas, & in qb.tereãtur epis,alijs que platis obedir,nul t. statuit cõcilũ Tridẽt. sessio 25. ti. de regularibus, & monialibus.

c Causam vel consilium.] Si dedit consilium contra dominum suum,cui fidelitatem suam debet seruare,venit contra fidem promissam,& iuramẽtum fidelitatis, sup.de iureiu.ego N. & c. querelam. vndè indignus est beneficio quod hẽt ab eo. 22.q vlt.de forma.& ideo priuari debet beneficio.arg 69 dist.si Imperator. & sup.de postu c.vlt. Sic enim iste ingratus fuit contra episcopum suũ a quo beneficium habuit,quare ipso priuari debuit,sup.de dona.propter eius ingratitudinem.C.de reuo. don.l.vlt. Ber.

† Inquietent

d Membrum putridum.] Ergo abijciendum est ab ouili,ne inficiat sanas oues.sup de sta. mo. ea quæ.1.respon.in fi.& 45.dist.sed illud.& 24 q.3.re-

gasse: a † vel in foro seculari deposuisse b contra eum,super rebus spiritualibus quæstionem: aut tã inuasori episcopi & sociorum eius, quàm fratri eius vel † complicib. suis causam vel cõsiliũ c præbuisse: ipsum tanquã membrum putridum d ab Ambianeñ. ecclesia perpetuo abscindatis: e beneficia sua facientes personis idoneis, per illos,ad quos donatio pertinet, assignari.

¶ Gregorius ix. vniuersis ecclesiarum Prælatis.

¶ *Ponit xv. grauamina illata religiosis, à quibus præcipit Prelatos abstinere.*

CAP. XVI.

d Ecclesias igitur & decimas.] sic 16. q. 7. decimas. 4. & supra de iure patrona. quod autem. de consensu episcoporum possunt ecclesias recipere supra de iure pat. cura ; decimas quas habent laici in feudum, & non aliàs possunt recipere de consensu episcoporum, sup. de his quæ fi. à præla. cum Apostolica. in fi. decimas tamen de laboribus suis non soluunt. sup. de dec. ex parte.

; Et de dona. pastoralis Io. And.

[Glossa seq. recitetur per contrarium.

e Aliquo tempore.] nisi præscriptione muniti fuerint, vel postea consensum episcopi habuerint, sup. de iure pat. cura.

f Excommunicatos.] quos vitare tenentur, non obstante aliquo priuilegio infra de senten. excommunic, nulli, & de iure communi quilibet tenetur: 11. q. 3. excommunicatos, quod ius per priuilegium non

tollitur, vt in decre. prædicta, nulli.

[Glo. seq. sec i. per quæstionem.

a Nominatim interdictos.] Nominatim aliquis dicitur interdictus siue excommunicatus, quando proprio nomine expresso 1 interdicitur, vel alijs circunstātijs Institu. de exhęredat. liberorū. §. nominatim. 2 Ber.

[Glossa sequēs exponit, & arg. à cōtrario. Secūdo quærit & soluit.

b Pleno iure.] idest vtroque iure quo ad spiritualia & tēporalia inf. eo. quoniam. sed à contrario videtur, quod si vtroque iure ptineat ad illos ꝙ episcopus nihil possit attentare in illos: quod verum est: & ita institutio & dstitutio quo ad tēporalia & spiritualia ad ipsos ptinet, 16. q. 2. c. 1. & inf. eo. quoniā, & sic ecclesiæ istæ eodem gaudent priuilegio, quo & isti priuilegiati: alias vero si pleno iure ad eos nō ptineāt, seruabit qđ hic dicit. Sed cū pleno iure istæ ecclesiæ pertinent ad istos religiosos ex priuilegio Papæ: quis deponet presbyteros? Potest dici qđ illi primo vocabunt episcopū diœcesanum, & per eum adiunctis sibi alijs episcopis depositio fiat sicut faciūt i alijs sacramētis, & hoc collige secundum tenorem priuilegiorū, vt si primo debent recipere sacra ab episcopo diœcesano, secūdū quod i priuilegio ponitur, vel etiā à quocunque, & secundum hoc vocabunt isti priuilegiati quoscūque episcopos voluerint. aliàs possunt priuari officio & beneficio. p abbates iusta causa i teruenięte, se deponere non possunt, cum ad officium abbatum hoc nō pertineat. B.

c Semel in anno.] De hoc habes inf. eo. vt priuilegia. § illud. ADDITIO. Ho lic an & quādo possit celebrari i ecclesia sua loco interdicto, vide bonum textum in c. si de sen. excom. in vi. in fin. & quod ibi nota. Abbas.

1 vt no. s. de cle. excō. mini. pposuit. Io. And.

2 Ad idē de sen. excō cōstitutione i li. 6. vide qđ dixi s. de pbē in Lateranē. i prin. Io. And.

quoque & nominatim a interdictos, tam ab illis, quā ab alijs omnib. iuxta episcoporum sententiā statuimus euitandos.

¶Religiosi, etiam exempti, in ecclesiis non pertinentibus ad eos pleno iure, non instituunt, nec destituunt inconsultis episcopis: sed rationem exigunt in temporalibus ab institutis. h. d. vsque ad § quod si.

¶In ecclesijs verò suis, quæ ad eos pleno iure b non pertinent, instituendos presbyteros episcopis repræsentent, vt eis de plebis cura respondeant. Ipsis verò pro reb. temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos etiam inconsultis episcopis non audeant remouere.

¶Hospitalarij & Templarij semel in anno celebrent in ecclesia posita in loco interdicto, ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum, h. d. vsque ad §. de confratribus. Abbas.

¶Quòd si Templarij vel Hospitalarij ad ecclesiā venerint interdictam, nō nisi semel in anno c ad ecclesiasticum officium admittantur: nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum. d

¶Confratres exemptorum seu ipsorum oblati, qui in totū non se transtulerunt, iudicari possunt ab ordinarijs locorum, h. d. vsque ad fin. Abb. Siculus.

d Defūctorum.] Nisi fuerint fratres eorum: quia tunc possunt illi sepeliri in ecclesia interdicta, dummodo illi fratres non sint excommunicati, vel nominatim interdicti, vt inf. eo. vt priuilegia.

e Nullatenus eximantur.] Sic inf. eo. tuarum. & c. pen. & hoc ideo, quia per cōfraternitatem talem non sunt conuersi illorum, nec oblati, sed aliquam remissionem consequūtur. inf. eo. vt priuilegia. vnde dixit, omnino non reddiderint, & ita remanēt de iurisdictione episcoporū. aliàs p tribus, vel quatuor denarijs posset quis eximi à iurisdictione sui episcopi, qđ esset iniquum inf. eo. vt priuilegia. § hoc autem.

f Tenorem priuilegiorum.] Sic inf. eo. porro. in fine. & ideo nō debēt habere fructum illorum, ex quo ea non seruant, inf. eo. tuarū, & ca. petistis, & c. vt priuilegia. 11. q. 3 priuilegiū. & ita per abusum siue per delictū perditur priuilegiū quare subiacebunt propter hoc iterdicto episcoporū, vt in fine sequitur. sim. sup. de hære. ad abolēdam. in fine vbi de ho.

¶De confratribus † hoc constituimus, vt si non se prædictis fratribus omninò reddiderint, sed in proprietatibus suis omnimodò duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur. e sed potestatem suā in eos sicut in alijs parochianos suos exerceant, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi.

¶Quod autem de prædictis fratribus dictum est, ab alijs quoque religiosis, † qui præsumptione sua episcoporum percipiunt iura, & contra canonicas eorum sententias, & tenorem priuilegiorum f nostrorum venire præsumunt, præcipimus obseruari. Si enim contra institutum hoc venerint, & ecclesiæ in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto. & quod egerint, irritum habeatur.

¶Idem archiepiscopis [& † episcopis] ad quos litteræ istæ peruenerint.

Suis priuilegijs priuandus est, qui alienis derogat.

CAP. IIII.

Dilecti † filij fratres Hospitalis Hierosolymitani transmissa nobis conquestione mōstrarunt, quod vos eis de malefactorib. suis iustitiā facere ň vultis g priuilegia

Dilectis.] In prima ponit querelā. In secūda ibi, Pro certo. prouidet Abb.

CASVS. Fratres Hospitalis Hierosolymitani cōquesti fuerūt domino papæ, quod archiepiscopi & Episcopi eis de suis malefactoribus iustitiam facere nolunt, priuilegia ipsorum non recipientes 1 vndè papa scribit Prælatis prædictis, quod ipsi pro certo sciant, quod ipse priuilegia ipsorum prælatorum decurtabit, cum ipsi obseruare nō timeant scriptis authēticis Rom. ecclesiæ Nouare ptra iudices, qui iustitiā querelantibus nō exhibēt, & partiū probatiōes nō attēdūt. Itē no. ꝙ ei iustitia nō est seruāda q alijs iustitiā denegat exhibere.

g Nō vultis.] Vnde pnt cōueniri, qa iustitiā facere nolūt 23. q. 2. Dñs. & in Aut. vt diff. iu. § pe. & vlti.

† Præter pa[...] normitanū & alios hi[...] uide Ma[...] nū Sozini & alios i c[...] 2. sup de fo[...] compet & glossam & Geminianū i c. quisquis 7. q. 4.

† Vide cōci[...] liū Trid. ses[...] sio 6. de re[...] for. ca. 3. & sessio. 25. ti[...] de regulari[...] bus. c. 14. vb[...] habes, quan[...] do epi corri[...] gāt religio[...] sos, & pu[...] niant.

† Hæ duæ ve[...] ces, & epis, desunt in al[...] quot vetusti[...] & recentior[...] b. codicib.

† Cap. 4. e[...] tū in 1. cōp. & post cōc[...] liū Latera[...] nē. pat. 44 capit. 6.

& vlt.col.8.& 23.q.5.administratores.& sic iudex facit litem suam propter dolum suum, & etiam propter alias culpas, vt ff.de iudi. filius familias.

a Contemnentes. arg. contra iudices, qui probationes diligenter non attendunt, ar. 30.q.5.iudicantem.

b Decurtabimus.] Non enim sunt ei sua iura seruanda,qui ius alienum violare non metuit.73.dist.vbi.& 25.q.2.sic decet.& de mu.pe.c.i.& 2. & ar. 95.dist.esto subiectus. & quod quisque iuris in alterū statuit, vti debet eo.sup.de cōsti. cum omnes & ecclesiasticus ordo confunditur, si cuilibet ius suum nō seruatur.11. q.1.peruenit. Inspiciant ergo priuilegia istorum, & secūdum quod ibi continetur, ita obseruetur.inf.eo. porrò.& ita tanquam cōtemptores & negligentes punientur. B.

AD hæc.] Etiā priuilegiati,qui sepeliunt mortuos excommunicatos, eos extumulare tenētur. hoc dicit. Abbas.

CASVS. Hospitalarij defunctos in excōmunicatione sepeliebant in cœmiterijs ecclesiarum:,mādat Papa Cantuarien.archiepiscopo, quatenus pcipiat ipsis Hospitalarijs,vt corpora illorū defunctorum in excommunicatione, extra cœmiteria eijciāt, q si non fecerint, archiepiscopus illud exequi non omittat. No. quod corpora defunctorum in excommunicatione, n̄ sunt in cœmiterijs sepeliendas.

ipsorum recipere contemnentes,[a] & infra.

¶ Pro certo sciatis, quod nos concessa vobis priuilegia decurtabimus,[b] cū ecclesię Romanę scriptis authēticis obuiare minime timeatis.

¶ Idem Cantuarien. archiepiscopo.

¶ Etiam priuilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam: & si admiserint debent inde eos eijcere & si non fecerint, episcopus supplebit.

CAP. V.

AD † hæc: & infra. ¶ Mandamus, quatenus Hospitalarijs præcipias,vt siquos in excōmunicatione defunctos in cœmiterijs ecclesiarum sepelierint, [c] eos extrà cœmiteria eijciant:[d] quod si facere noluerint , tu hoc de his, quos in excōmunicatione defunctos esse constiterit, exequaris.

† Cap.6. eo. tit.in 1.compilat.& post conciliū Lateranen. sub Alex.iij pa. 31.cap.5.

¶ Idem Abbati, & monachis sancti Andreæ ,Cisterciēn.ordinis.

¶ Contra priuilegium ecclesiæ præscribitur spatio triginta annorum:hodie verò quadraginta vt infra eod. accedentibus.

[Glossa seq. reci. per quæstionem.

c Sepelierint.] ita communicando eis in morte,inciderunt in excommunicationem,quia cui non communicamus viuo, non communicemus & mortuo.23.q. 2.c.1.2.& 3.& supra de sepul.sacris.

[Glo.seq.excipit duos casus.

d Eijciant.] si potuerint discerni ossa eorum ab ossibus fidelium; aliàs non supra de sepulturis sacris. & nisi forte tales fuerint,qui petierunt absolui, & per eos non stetetit, quo minus fuerint absoluti; & quia post mortem sunt absoluendi,Inf. de senten. excom. à nobis 2.& factum suum illi emendare tenentur. sim. 55. dist.pœnitentes.,alioquin archiepiscopus hoc faciet in eorum opprobrium.Ala.

SI de terra.] CASVS. Monachi sancti Andreæ ordinis Cisterciēn.habent priuilegium de non dandis decimis de laborib.suis,monachi isti habent terras in parochia canonicorum de Plautio, de quibus decimas persoluerunt per xxx.annos dictis canonicis,nunc,excitati nolunt soluere decimas dictis canonicis: vnde mandat Papa monachis illis,quatenus si de terra illa,quam habent in parochia illorum canonicorum,per xxx.annos decimas persoluerunt, eisdem, eas de cætero integrè sibi soluant:quia licet eis sit concessum,vt de laboribus suis decimas non persoluant, de priuilegio tamen indulto tanto tēpore detrahere voluerunt; vnde non possunt per priuilegium se in hac parte tueri, cum liberum sit vnicuique iuri suo renuntiare. Not. q qui non vtitur priuilegio sibi concesso legitimo tēpore, amittit illud. Item triginta annorum spatium beneficia priuilegij excludit. Item liberū est cuilibet iuri suo renuntiare.

[Glossa sequens signat contrarium, & remittit.

e Triginta annos.] ar. contra sup. de præscr.de quarta,id. q.3. c placuit.§.quas ad o nes. & est expressum infra eo. accedentib. vbi tantum xl.annorum spatio perditur priuilegium , vbi de hoc.

[Gl. seq.fortificat textum.

f Tanto tempore.] sic patet, quod priuilegium perditur,nisi quis vtatur eo.inf.eo. accedentibus sic etiā leges per desuetudinem abrogātur. ff.de legibus.de quib.multo fortius priuilegium:i quia res de facili ad suā naturā reuertitur, ff de pact. si vnus.§ quod si nō totū. sed propter hæc quātum ad alios non perditur.

[Gl.seq.alle.5.con cor.signat contrarium,& remittit.

g Renuntiare.] sic inf eo.accedentibus. & sup. de regu.ad Apostolicam,& c.statuimus,& 7.q.1.quam periculosum & remittentibus actiones suas, non est vlteri regressus ad eas. ff. de ædili.edic.l. quæritur.§. si venditor.ar.5.s.de fo.cōp.si diligēti.vbi plene de hoc tractat.

CAP. VI.

SI † de terra,quam habetis in parochia canonicorum de Plautio, per triginta annos [e] eis decimas persoluistis, eas sibi de cætero integre persoluatis. Licet enim priuilegiorum Romanæ ecclesiæ beneficio fratrib. Cistercien. ordinis † indultum fuerit,quod de laboribus suis nullas decimas persoluere debeant, de priuilegio tamen indulto tanto tempore,[f] vobis detrahere voluistis: cum liberum sit vnicuique suo iuri renuntiare: [g] eoque modo non potestis vos i hac parte tueri.

† Cap.9.eod tit.in 1.compilat.& post conciliū Lateran. sub Alex.iij.par. 38.c.4. Vide glossam in c.vlt.17.q.4.

† Dictio ordinis,deest i antiquis oībus codicib.

¶ Idem Ambiañ.† episcopo.

† Albień. † Abiañ.

¶ De priuilegijs non est iudicandum, nisi eorum tenore inspecto, & secundum continentiam eorum ab omnibus subditis sunt seruanda.

CAP. VII.

POrrò † i quamuis

i Quod facilius pdif. q ius cōe,C.ad Velle. antiqua.secundū Philip. Ioā. And.

† Ca.10. eo. ti.in 1.cōpil.

POrrò.] Priuilegiorum tenor inspiciendus est,& seruandus.h.d. Et potest exemplari tex.per c.nuper. s. de decimis,Abba.

CASVS.Templarii & Hospitalarii multa prærogatiuā libertatis sunt muniti: verūtā aliā libertatē hēt vnr.in locis illis in quib. fuerant habitatores antequam ad eos peruenissent,quā in aliis suis possessionib. & si habuerunt eandē vel aliā,hoc ex inspectione priuilegiorū suorū valet cognosci & sm q īuenit ī priuilegio,ita ē obseruādū.In fine dicit Papa: sic volumus eos tenorē suorū priuilegiorū seruare,q fines eorū n̄ trāsgrediant.No. q priuilegia seruāda sūt sm q ptinet in eis:Et sic ē ar. q priuilegia stricti iuris sūt.Itē ar.q nulli priuilegiato credēdū ē, nisi priuilegiū suū inspiciēdū cōcedat. Itē

forma verborum non est recedendum. Item fines priuilegij nemo excedere debet, & sic est arg. quod fines mandati diligenter sunt obseruandi.
a Quamuis.] i. est, quia in antiqua erat, quoniam, & melius. simile quis s. de iureiuran. quemadmodum. ibi. quamuis interdũ, &c. vel quãuis, idest cum, sed proprie non videtur stare posse.
b Libertatem.] supple, quam in alijs immo habét eandem in his qnam in alijs possessionibus. hoc tamẽ deprehenditur ex eorum priuilegio: vt infra dicit, & ita res ad eos deuoluta censetur eodem priuilegio cum alijs, ff. de vsuris cum quidam. §. si debitores. 1 & ff. de iure fisci. fiscus.
[Glo. sequen. elicit quatuor notanda.
c Ex inspectione.] & ita inspiciẽda sunt priuilegia, ad hoc vt sciatur quid contineatur in eis inf. eo. recipimus. & sup. de fide instrumentorum accipimus: & in Auth. de mand. principum §. si quis autem. colla. 3. Et est ar. ꝙ iudex debet facere copiam rescripti partib. ad ĩspiciẽdũ, nec sufficit sola recitatio rescripti: q. a falsitas posset ibi, eẽ q̃ ex sola lectione dephẽdi ñ posset. Et ex eo ꝙ dicit: ita obserues: not. ñ esse recedẽdũ 2 forma verborũ. s. de decim. ad audiẽtiã & s. de trãslatio. inter corporalia. & ff. delegatis tertio. nõ aliter. 2 Itẽ arg. fines mãdati diligẽter seruãdos. s. de rescrip. cũ dilecta. Itẽ ar. nulli esse credẽdũ, q. dicit se habere priuilegiũ, nisi illud ostendat. supra de offi. deleg. cum in iure. & arg. ad hoc 42. dist. quiescamus. & 100. distin. contra morẽ. & infra eo. cum capella. B.
d Tenorem.] sic sup. eo. cum & plantare. in fi. & infra eo. petistis. & ita priuilegium in sua forma tantum seruari debet, & non vltra extendi: aliàs priuilegium nõ defendetur in alijs. Ber.

uis[a] Templarij & Hospitalarij multa sint libertatis prærogatiua donati, † non dubitamus, quin aliam libertatem [b] habeant in locis, in quibus antequam peruenissent ad eos, fuerant habitatores: quod totum ex inspectione [c] priuilegiorum suorum † plenius aduertere potes: & secundum quod inueneris, ita obserues. Sic enim eos volumus priuilegiorum suorum seruare † tenorem, [d] quod eorum metas transgredi minimè videantur.

¶ Idem I. Apostolicæ sedis legato.

Per solutionem census, quæ fit Romanæ ecclesiæ, non probatur exemptio à iurisdictione episcoporum.

CAP. VIII.

Recepimus† litteras, quas de ecclesijs censualibus direxisti. Cæterum diligentiam tuã volumus non latere, quod sicut non omnes, qui specialiter beati Petri iuris existunt, annuatim Apostolicæ sedi censum exoluunt: ita non omnes [e] censuales ab episcoporũ subiectione habentur immunes.

¶ Inspicienda [f] sunt ergo ecclesiarum priuilegia, & ipsorum tenor est diligentius attendendus, vt si fuerit deprehensum, quod ecclesia, quæ censum soluit, specialiter beati Petri iuris existat, & ad indicium † perceptæ libertatis [g] census annuus conferatur, non immerito poterit speciali prærogatiua gaudere. Si verò ad indicium † perceptæ protectionis [h] census persoluitur, non ex hoc iuri diœcesani episcopi aliquid videtur esse subtractum.

¶ Idem.

Priuilegium vni concessum non potest ad alium extendi, propter identitatem rationis. h. d. & solet quotidie allegari.

CAP. IX.

Sanè† & infra. Temerarium [i] est, & indi-

de iure beati Petri Apostolicæ sedi annuatim censum exoluunt: ita non omnes censuales subtrahuntur à iurisdictione episcoporum: verũtamen suspicienda sunt priuilegia ecclesiarum. & si fuerit deprehensum in eis, quod ecclesia quæ soluit censum, specialiter beati Petri iuris extitit, & ad indicium perceptę libertatis annuatim cẽsus soluat, ecclesia illa libera ẽ & exẽpta. Si verò ad indiciũ perceptæ protectionis cẽsus persoluitur per hoc à iurisdictione epi ñ est subtracta. No. ꝙ per hanc decretalẽ dẽt & põt cognosci ex inspectiõe priuilegiorũ, an sit ecclesia exẽpta vel nõ: quia si dicat ĩ priuilegijs, ꝙ dat census ĩ signũ libertatis, tũc est exẽpta ecclesia. Si sũt dat in signũ protectionis, nõ est exẽpta. Itẽ priuilegia ĩspiciẽda sunt cũ de eorũ tenore dubitatur. Item exẽptio in protectione parũ vel nihil cõmoditatis affert.
e Omnes.] sicut Templarij, & Hospitalarij, & Cisterciẽ. q. cẽsũ ñ soluũt Romanę ecclesię, sicut credo.
f Inspiciẽda.] De hoc dictũ est sup. c. proxi.
g Perceptę libertatis.] Vbicunq; inueneris hęc verba, ĩ priuilegijs, statim intelligas illos esse in toto exẽptos à iurisdictione eporũ, vt hic patet.
[Glo. seq. dat simile, quęrit & soluit.
h Ad indiciũ perceptæ protectionis.] Licet Papa recipiat aliquos sub sua protectione, 3 non sunt per hoc subtracti a iurisdictione eporũ, if. e. ex parte 2 & sic per cõfirmationẽ in forma cõi, ñ præiudicatur episcopo loci. sup. de confir. vti. cap. vlt. & quasi per totum. arg. sup. de maior. & obedien. per tuas. Arg. contra sup. de cleri. peregri. cap. vlt. Quid ergo valet talis protectio? certẽ parum, sicut parum valet confirmatio in forma communi, tamen aliqua reuerentia plus debetur illis, quam alijs. argum. decret. prædi. tuas. & fortè citius Papa moueturi pro eis, cum iniustẽ grauatur, ad litteras concedendas.
Sanè.] Priuilegium non extenditur ad personas in eo non express. hoc dicit.
CASVS. Null[9] dẽt auctoritate sua sibi præsumere, ꝙ alij certa rõne inspecta, à Romana ecclesia singulari priuilegio est concessũ. No ꝙ nullus dẽt propria auctoritate aliquid sibi psumere. Itẽ priuilegiũ nõ dẽt concedi nisi certa rõne inspecta. Itẽ speciale nõ dẽt trahi ad gñale.
[Gl. seq. alleg. 7 concor. signat contrarium, & soluit.
i Temerariũ.] Hoc iõ dicit, q. a q̃ per priuilegiũ cõcedũtur, nõ dẽnt trahi ab alijs auctoritate propria in exẽplũ, vt hic.

Recepimus.] Solutio census non probat quem exemptum, nisi ex alio deprehendatur, vt quia soluitur ad indicium perceptæ libertatis. h. d. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio ibi, Cæterum. Ab bas Sicu.
CASVS. Quidam legatus Apostolicæ sedis inuenit plures ecclesias in sua legatione censuales: dubitauit vtrum hoc ipso essent exemptæ à iurisdictione episcoporum: quæsiuit à Papa quid iuris sit super hoc, & ipse respondet commendans in hoc diligentiam suam, dicens, ꝙ sicut non omnes illi, qui specialiter existunt

Marginal notes (left):
† donati.
† Dictio suorũ, deest in recẽtioribus impressis, sed eã habẽt veteres codices.
1 Debitor priuati, q. minores q̃ semisses præstabat vsuras, factus debitor fisci, soluit semisses. Io. And.
† conseruare.
† Ca. 1. e. tit. in 2. cõpila. Vide citatos super vlt. gl.
2 Vide de verb. sig. propter ea. 1 gl. 2. Ioan. An.

Marginal notes (right):
† Aliàs, iudicium, in aliquot antiqu.
† Aliàs, iudicium, in eis dẽ antiquis.
3 Vide Ang[elum] in l. C. de excu[sat.] mun. lib. 1[0] & Bartolu[m] in l. constit[u]tione dig[e]storum.
† De mat[e]ria Baldu[s] l. nõ tm. non oĩa. ff. e[xcusat]. excu[s]ut. A[...] charanus c[...] fi. 109 inc[...] prima faci[e] Ang. consi[l.] 272 inci. dictum pri[ui]legium. D[...] eius cõsi 4[...] & Gemini[a]nus in c. [...] aliquis. de priuilg. li. [6]

vt hic, & 16. quæst. 1. hinc etiam quia priuilegia communem legem non faciunt, 16 q. 2. non exemplo. supra de concess. præb. constitutis. in fi. ff. de const. princip. l. 1. C. de leg. l. leges. in fi. & 7. quæst. 1. petisti, ar. 100. distin. contra morem. Arg. contra, quia quòd vni personæ conceditur, cæteris denegari non debet. 5. distin. ad eius verò, & 4. distin. denique non sunt contra, quia loquuntur de communi iure: qđ ·n. de iure cōi concedit omnib. cōcessum intelligitur: secus de iure speciali, in quo casu loquuntur primæ concordantiæ.

gnum, aliquē sibi sua auctoritate p̄sumere, quod Romana ecclesia alicui, certa ratione[a] inspecta, singularibus[b] voluit beneficijs indulgere.

¶ Celestinus iij. Abulen. epo.

¶ In oratorijs priuatis campana publica teneri non possunt, etiam per religiosos. h. d. & tene menti hunc textum, quia quotidie allegatur, & est in vsu.

CAP. X.

PAtentibus † litteris certificari desideras, vtrum Templarijs, Hospitalarijs, & alijs oratoria in domibus suis habentibus, liceat campanas in eis ponere, publicèque pulsare: Respondemus autem consultationi tuæ, quod non licet[c] eis hoc agere: quin† potius[d] per te, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, coercendi sunt, vt ita sint suo iure contenti, quod iustitiam non impediant[e] aliorū.

a Certa ratione.] No. quod priuilegiū non est dandum nisi certa ratione inspecta. 1 vt 7. q. 1. petisti. & non subito, sed cum magna deliberatione 23. dist. communis filius, & 16. q. 1. in parochiæ.

1 Facit ad hoc q̃ not. Bar. in l. 1. C. de coll. libro 10.

b Singularib⁹ voluit beneficijs.] id est, priuilegijs, q̃ singularia sut, & priuata à lege cōmuni. 3. dis. priuilegia. Bern.

† Ca 2. eo. ti. in 2. cōp. De materia, & intellectu vide Albericū in Dictionario, verbo, cāpanis versi. aediui qđ magna.

P Atentibus.] Duæ sunt partes, cōsultatio, & rñsio: Secunda ibi, Respondemus. Abbas.

† Aliàs ita: quinimo potius p te, &c.

CASVS. Hospitalarij, & Téplarij, & alij ĕt habent oratoria in domibus suis: q̃siuit eps Abulen. vtrum liceat prædictis ponere ibi campanas, & publicè pulsare? & rñdet Papa, qđ ñ licet eis hoc agere, imo compellédi sunt, vt ita iure suo sint contenti, quod iustitiam non impediant aliorum. Not. quod in oratorijs Templariorum, & aliorum, non licet habere campanam. Item ar. quod exempti si excedant metas priuilegiorum suorum, siue publicè delinquant, quod possunt ab episcopis coerceri. Item priuilegium sic est intelligendum, & seruandum, vt non lædat, vel impediat iustitiam aliorum.

c Non licet.] nec etiam Missas ibi celebrare, de conse. dist. 1. vnicuique, & c. clericos, & c. si quis.

[Glo. seq. arg. & remittit.

d Potius per te.] ar. quod exempti si excedant metas priuilegiorum, siue publicè deliquerint, quod possint ab episcopis coerceri. 2 ar. inf. eod. c. proxi. vbi de hoc, ar. opt. s. de statu regu c. recolentes.

2 Dicit Inno. & Abbas, qđ hoc iō, q̃a licet pso nō sint exemptæ, ipsorū oratoria, vel ecclesiæ nō, vide s. eod. recepim⁹, super 1. gl. Io. And.

e Non impediant.] ar. q̃ Papa sic indulget priuilegiū, vt non lædat siue impediat iustitiam aliorū, ff. ne quid in lo. publi. l. a §. si quis a principe, & sup. de vsu pal. ex tu. rum. 9. q. 3. si quis verò non obediat 22. q. 2. primū, & ff. de condi. indebi. nam hoc, & sup. de consuetu. cum olim, & sup. de ecc ædi. ad audientiam. 2.

T Varum nos.] In prima ponitur querela, & cōsultatio: in secunda respōsio: ibi, Verum, & in prima ponunt quattuor excessus istorū Hospitalariorū. Abbas.

CASVS. Fratres hospitalis sancti Ioannis cū pro eleemosynis colligendis mittere debeant clericos, & fratres de ordine suo cruce signatos, ipsi mittunt laicos, & illiteratos, qui in superbiam elati, in multis excedere præsumunt: In quadam ecclesia baptismali sibi ab archiepiscopo Lugdun. concessa, quidam eorum percussit vicarium sacerdotem, ipsam ecclesiā sanguinis effusione fœdando, propter quòd archiepiscopus phibuit ibi celebrari diuina, donec fuerit reconciliata: ipsi nihilominus ibi diuina officia celebrauerunt: Item quosdā presbyteros ab epis suis ab officio suspésos, ijdem quamuis laici sint, restituunt ad diuina officia exequenda: Item quosdā laicos, qui cum vxorib. in domib. pprijs commorant, pro eo q̃ sibi soluunt aliqđ annuatim, ita eximere cōtendunt, vt alijs secundum legem terræ de sibi obiectis respondere non teneantur: Consultus Papa respondet, cum priuilegium mereat amittere, qui per missa sibi abutitur potestate, mandat archiepiscopo Lugdun. quatenus si aliquos clericos aut laicos inuenerit missos a pdictis fratribus pro eleemosynis colligendis falso cruce signatos, interdicat illis, q̃ eos miserunt, officium pdicationis in tota prouincia sua: & missos, si laici fuerint, excōmunicationis mucrone percellat; si clerici, ab officio, & beneficio suspendat, non obstante aliquo priuilegio, vel appellatione. Illos, verò, qui post interdictum suum in ecclesia prædicta celebrauerunt diuina, eadem pœna suspensionis inuoluat, & in eadem diuina officia celebrari non permittat, donec fuerit reconciliata: presbyteros ab episcopis suis suspensos, & p fratres illos ad officia sua temere restitutos, in eandem sententiam reducat. Alios verò, quos propter præmissam causam ad respondendum alijs sēm legem terræ asserunt non teneri, compellat alijs respondere, nō obstante appōne. No. q̃ priuilegium meretur amittere, qui abutitur ipso. Item illi, qui mittunt ad colligendas eleemosynas a fratrib. hospitalis sancti Ioannis, debēt esse de ipsis fratrib. cruce signatis verè, & non falso; alioquin repelluntur cum pœna hic statuta. Item arg. q̃ licet aliquis portet habitum regularé, non obligat, dummodo constet, q̃ aio obligandi hoc non facit: Et sic est hic ar. q̃ habitus non facit monachum. Item priuilegium non excusat in delictis. Item appellatio non tuetur aliquem in delicto. Item arg. quod ordinarius possit punire exemptos, cum publicè delinquunt. Item in ecclā sanguinis effusione polluta celebrari non dēt, donec reconcilietur. Item absolutio, vel restitutio facta ab illo q̃ nō hēt ius absoluēdi, vel restituendi, nō valet. Itē priuilegio conuersorum gaudere nō dēnt, qui nō sūt cōuersi.

f Collata.] non pleno iure, vt infra patet.

¶ Inno. iij. archiepo Lugdun.

¶ In tota prouincia exhortationis officio priuantur Hospitalarij, qui mittunt pro eleemosynis cruce falso signatos, & si missi sunt laici, excommunicantur, si sunt clerici, ab officio, & beneficio suspenduntur, & eadem suspensione puniuntur, qui ante reconciliationem in polluta ecclesia celebrant, & suspensi per episcopos exemptos absolui nō possunt, & fratres priuilegiatorum, qui ad eos se omnino non transferunt, priuilegiati non sunt.

CAP. XI.

TVarum † nos tenor edocuit litterarum, quod fratres hospitalis sancti Ioannis, laicos, & illiteratos mittūt p eleemosynis colligendis: & infra. ¶ Cum in quadam ecclesia baptismali, eis à prædecessore tuo collata, [f] quidam eorū percutiens vicariū sacerdotē, ipsā ecclesiam sanguinis effusione fœdasset, vsq; ad

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cōp. Et de fratrib. Hospitalis sancti Ioānis vide citatos in c. cū, & plātare s. eo. tit.

recōciliationem a diuina ibidem interdixisti officia celebrari: sed nihilominus ipsi † in ea diuina officia celebrarunt. Alios verò presbyteros ab officio suspensos per episcopos suos ijdem cum sint laici, ad diuina † officia restituunt exequenda. Quosdam præterea, qui cum vxoribus suis in domibus proprijs commorantur, eo quod eis de suis aliquid cōferunt annuatim, ita emācipare b contendūt, vt aliquibus secundū legem terræ de sibi obiectis respondere minimè teneantur. ¶ Verum, quia priuilegiū meretur amittere, c qui permissa sibi abutitur potestate, fraternitati tuæ mādamus, quatenus si quos clericos, aut laicos à dictis fratribus pro colligēdis eleemosynis cruce falso signatos d inueneris, à quibus ipsos missos esse cōstiterit, per totam prouinciam tuam † exhortationis e officiū interdicas: missos, si laici fuerint excōmunicationis mucrone percellas: si clerici, ab officio beneficioque f suspendas: nullo prorsus priuilegij g beneficio, vel appellationis

† Aliàs ita: ipsi ibi in ea: &c.

† Dictio, diuina, deest i antiquiorib. exēplarib⁹.

1 De hoc articulo vid. c. is qui, de sē. exc. li. 6. ubi hoc diffinit.

2 Rectè dicit gl. q. a emancipare, propriè est à patris potestate liberare.

3 De hoc articulo per Pan. & alios hic, vide Archi. in ca. qđ iterrogasti. 27. distinct. vbi plenè. adde Spe. ti. de statu monachor. hæc gl. corruptè legit in vulgatis, restituta est ex manuscriptis codicibus.

[Glo. seq. exponit, obijcit, & soluit.

a Ad reconciliationem.] per aquam benedictam cum vino, & cinere, & per simplicem sacerdotem, sup. de cōse. eccle. vel alta. proposuisti, & c. aqua. Sed nonnè ex priuilegio saltem semel in anno possent ibi celebrare ante reconciliationē: vt supra eo. cum & plantare. §. quod si. & inf. eo. vt priuilegia? Dicas, quod priuilegium non extenditur ad hunc casum q̄diu fuerit sic execrata: vt j. eo. cap. ibi, donec recōciliata fuerit, &c. & quia hoc est interdictum iuris, & non hominis: qui celebrat in tali ecclesia, non est suspensus nec irregularis 1 hic tamen ecclesia fuit iterdicta a iure, & ab homine, & sic diuersa est hæc pœna, arg. s. de cler. excō. mi. si celebrat. & c. postulastis. § quæsiuisti. Ber.

b Emancipare.] id est, liberare de potestate episcoporum. 2

c Amittere.] 11. q. 3. priuilegium.

[Glo. se. not. signat contrarium, & soluit. Iterum soluit obiect. de tribus iuribus, vlt. dicit hic soluit quæstionem.

d Signatos.] per hoc patet, quod licet portet aliquis habitum regularem, non obligatur, dummodo constet, quod non animo obligandi hoc faciat, vt isti faciebant: quia in tali casu habitus non facit monachum, sup. de reg. porrectum. ar. contra. supra eo. tit. statuimus. Sed illud verum est, cum constat quod animo vouendi habitum recepit professorum. Nec obstat 27. distin. quòd interrogasti, & sup. de regula. vidua. 20. quæst. 1. quem progenitores, quia illa intelligebantur olim quando ab initio factum erat ambiguum. Et per hoc videtur solui quæstio de eo qui simulando se monacham, corrupit monialem, quia non est compellendus 3 ad monachatum, aliàs tamen puniendus est exilio, etiam si iocose schemate monachæ vsus est, in Auth. de sanct. episc. §. vlt. collat. 9. Lau.

e Exhortationis.] id est, prædicationis.

f Ab officio beneficioque.] Puniuntur enim isti tanquam falsarij. sup. de crim. fal. c. 2. laici enim excommunicantur. eo. tit. ad falsariorum.

[Glo. seq. alleg. quòd ordinarij puniant exemptos delinquentes. Secundo alleg. contrarium. Tertio ponit opi. Vinc. & Tan. cui signat contrarium, & soluit. Quarto ponit aliam opi. Quinto opi. Ioan. dist. vlt. soluit per ius nouum.

g Priuilegij beneficio.] Hic ergo videtur quod ordinarius possit punire exemptos, cum publicè delinquunt: quia hic priuantur officio, & beneficio nuntij in totum, & ipsis interdicitur officium exhortationis ab ordinario, & s. de hære. ad abolendam. in fi. Sed ibi dicitur tanquam à sede Apostolica delegatus, vndè non vr̃ q̄ iure suo, & ratione delicti sortitur quis forum. 6. q. 3. placuit, s. eo. cum & plantare in fi. & sup. c. proxi. rōne delicti perditur priuilegium, vt hic dicitur, & 11. q. 3. priuilegium. Item reatus oēm honorem excludit. C. vbi senat. vel clarissimi. l. 1. & qua in prouincia quis deliquerit, illic iuri subiaceat, omni priuilegio cessante. C. vbi de crimine. agi oporteat. Auth. qua in prouin. nec. n. prætextu priuilegij flagitiorum crescit auctoritas. C. de priuile. schola. l. 2. lib. 12. & remissio peccatorum non dat licentiam delinquendi, 1. q. 7. exigunt, de pœn. dis. 3. sanè. Et dicit Imperator: non permittas delinquentes aliquibus priuilegijs vti. in Authen. de mand. princ. §. quòd si delinquentes. coll. 3. Sed contra videtur quod non possint illos punire, 16. q. 1. frater noster. & s. de supplen. negli. prælat. sicut nobis, & j. eod. cum capella. si enim tales posset puniri vt alij, inutile esset eorum priuilegium. Itē, proconsul non potest se intromittere de causis fiscalibus, qui est maior omnib. post principem, ff. de offi. procons. si in aliquā. §. 2. aliàs est lex & incipit, nec quicquam. Vinc. dixit q̄ ordinarius nō potest interdicere eorum ecclesias, quando totā terram subijcit generali interdicto. Sed contra hoc est s. de consue. cum inter vos, & j. de verb. sign. cum in partibus. Sed vers dicas, quod licet non possit interdicere illorum ecclesias, ipsi tamen de iure communi tenetur seruare interdictum generale, vt dicunt iura duo proxima, aliàs posset illos punire s. c. proxi. cum publicè delinquunt. Item pro leuib. & minimis causis nō possunt episcopi se intromittere, nec excommunicare eos, vel si aliquis illorum esset infamatus, non potest compelli, vt se purget. Nam Papa nihil aliud eis concessit, nisi quod eos filios suos fecit, 4 sed in alijs cum publicè delinquunt, non abstulit eis iurisdictionem, aliàs nihil aliud esset nisi dare materiam delinquendi. Et quod possint puniri quando publicè delinquunt, hic patet, & s. c. proxi. & hoc idem dixit Tan. Alij dicunt, quod nullo modo potest eos punire, & Papa sibi hoc reseruauit, & hoc volunt sic probare: Papa bene scit, quòd Templarij, & Hospitalarij, & alij exempti semper sunt in aliena parochia, & scit quod delinquunt, & dicit quod non puniantur, vt per iura patet in contrarium allegata: & quia si aliqui dicuntur curiales, puniuntur vbi inueniuntur, nisi sint in armata militia, quia tunc conueniuntur sub magistro militum, nisi habeant priuilegium Imperiale, C. vbi quis de curiali, vel cohortali, aliave condi. conue. l. 1. & illustres non puniuntur, nisi sub iudicib. à principe specialiter deputatis. C. vbi sena. vel clarissimi. l. 2. circa med. Io. distinxit 5 ita, si priuilegiatus delinquit circa rem non exemptam: vt in c̄tu, vel maleficio, occidendo hominem, vel adulterādo: tale delictū potest punire eps̄ loci: quia si persona sit exempta. res tñ in q̄ deliquit, non est exempta: & ita quasi rōne rei in qua deliquit, sortitur quis forum &c. s. de fo. cōpet. c. vlt. si verò deliquit circa rem exemptam, puta male gerendo se in officio suo, vel alienando res eccl̃e, tunc à solo Papa punitur: quia in his exemptus est: vbi enim factum eorum p̄iudicium affert non exemptis, ibi bene punit eps̄ eos: secus si non tangit, & hoc probatur satis j. eo. cu capella. Si verò aliq̄d spiritualius in priuilegijs suis inuenit, illud seruet, s. eo. porro. Inn. Papa statuit, q̄ exēpti subsint ordinarijs rōne delicti, siue c̄tus, aut rōne rei, de qua c̄ ipsos qō mouet; & corā eis pñt cōueniri; sed si delictum cōmissū sit in loco exēpto siue c̄tus initus, aut res litigiosa sit in loco exēpto; tunc non pñt conuo-

† Suā, legit vulgatis libris: ex antiquis tuā repositum est.

4 Non est verū: q̄a p̄ hoc nō esset exēpti, sed priuilegia ti. j. eo. si Papa. §. similiter, & de verb. si gni. veniens. r. tñ. lib. 6. Io. And.

5 Hic & 6. q. 3. cap. vlt. & Gofr. hic, & Vic. in sēd. & appa. & Phi li. Io. And.

remedio prępualéte. ¶ Eos verò quos in prędicta ecclesia, lege tibi diœcesana subiecta, post interdictũ tuũ diuina celebrare† cognoueris, eadẽ pœna suspensionis [a] inuolens, in ea donec recõciliata fuerit, officia non permittas celebrari diuina, presbyteros etiam suspensos ab episcopis suis, & † per prædictos fratres ad officia sua temere restitutos in eandem sententiã suspensionis reducas [b] ¶ Illos verò, quos ad respondendum alijs secundum legem teriæ, pro, præmissa causa asserunt non teneri, nolumus excusari, [c] quin eos ad respondendum, sublato appellationis impedimento compellas.

¶ Idem Abbati & conuentui sancti petri Eugubiñ.

¶ Contenta in instrumento perdito probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, si deponũt de tenore, & quod erat sine vitio, h.d. Et non est alibi casus ita clarus.

CAP. XII.

CVm † olim essemus apud Perusium constituti, & tu fili Abbas priuilegiũ Lucij [d] Papæ nobis pręsentãs postulaueris innouari, propter cõtradictionẽ Eugobin. episcopi asserentis hoc in suum præiudicium redundare, non fuit effectui mancipatũ: & inf. ¶ Te igitur & pręfati episcopi procuratoribus, in nostra præsentia constitutis, B. † basilicæ duodecim Apostolorum presbytero Cardinali dedimus in mandatis, vt super amissione, ac tenore priuilegiorum † testes reciperet quos duceres producẽdos: qui fideliter redegit in scriptis depositiones decem testium iuratorum, quorum depositionibus publicatis, dicti ꝓcuratores ad producẽdos testes, per quos inductos à parte aduersa repellerent, inducias postularunt: quas sub eo tenore illis duximus concedendas, vt apud sedẽ Apost. probarẽt, quę vellent, vbi onus [e] probationis pars altera subijsset: & inf. † ¶ Nos verò tam per depositiones testiũ, quam assertiones quorũdam fratrum [f] nostrorũ liquido cognoscentes, talem dicti priuilegij fuisse tenorem quod videlicet cænobium vestrum nullo mediante ad Romanam ecclesiam pertineret: & quod non licẽret alicui episcopo, eidẽ monasterio, & eius ecclesijs excommunicationem indicere, vt fratres illic Domino seruientes ab omnium potestate liberi, Romanæ ecclesiæ libertatis gratia potirentur: & quod nulla in eis

† Hostien. remittit ad summam e. ti. §. fi. io. A.

conueniri coram ordinarijs, † vt dicitur in quadam constitutione Innoc. quarti, eo. tit. volentes (lib. 6)

a Pena suspensionis.] scilicet officij & beneficij, & potest hoc referri ad factum, cum de iure sint suspensi. violando temere interdictum, prout notat ĩ. de excessibus pla. c. vlt. in magna no. sed si sciẽter celebrarent post interdictũ iuris, debẽt suspendi, & tunc proprie dr suspendi. B.

† Celebrasse

b Reducas.] i. ostẽdas illos ab eis non fuisse absolutos, hoc est sicut de facto fuerunt absoluti, ita de facto reducas illos ĩ eandem sententiam.

c Nolumus excusari.] sic ĩ. e. cũ & plantare. §. pẽ. & ĩ. e. c. p.

† Aliàs ita: & prædictos fratres, &c. cæterum ex veterib. impressa reposita est & rescripti series ostendit ita legi oportere.

CVm olim] Priuilegiũ deperditũ docto de perditione & eius tenore per testes, innouatur. h. d. Vel aliter, & sic: Priuilegiũ perditũ de cuius veritate, & tenore, & ꝑditione cõstat per testes põt innouari h. d. & est casus nota. In prima parte ponit ꝓcessus narratio: In scda definitio. ibi, Nos. Abb. CASVS. Abbas monasterij Eugubiñ. olim priuilegiũ Lucij pręsentauit dño Papę, petẽs illud innouari, eps Eugubinus contradixit, asserens hoc in eius præiudicium redũdare, ꝓp quod priuilegiũ nõ extitit innouatũ: tempore procedẽte abbas iterum constitutus coram Papa ꝓcuratoribus episcopi pręsentibus allegans se prędictum priuilegiũ Lucij Papę amisisse, petijt vt dñus Papa faceret reperiri testes ĩ. amissione ipsius priuilegiis & tenore: dñus Papa cõmisit hoc Cardinali xij. Apostolorũ, qui fideliter redegit in scriptis depositiones x. testiũ iuratorũ. eis publicatis, procuratores epi petierunt indicias ad reprobandos testes abbatis; Papa illas ei concessit, vt apud sedem Apostolicam probarent quæ vellent, vbi pars altera suos testes produxerat. post hæc dominus Papa manifeste cognoscens, tam per depositiones testium, quam assertionem quorundam Cardinalium tenorem dicti priuilegij talem fuisse, quod cęnobium illud nullo mediante ad Romanam ecclesiam pertinebat, & quod non liceret alicui epõ contra monasterium illud, & eius capellas excommunicationes proferre, cum soli Romano Pontifici sit subiectum, & ꝙ nulla in eo diœcesani episcopi mentio habeatur, & præterea Abbas tempore Celestini ad præsentiam eius accedens, ipse inspectis Priuilegijs ipsi⁹ Abbatis ipsum (lic & excommunicatus diceretur ab episcopo Eugubino) tanquam non ligatum admisit ad osculum pacis, quod nõ fecisset nisi esset exemptus. Istis omnibus consideratis, dominus Papa decreuit priuilegium illud Lucij Papæ, quod sine reprehensione bullæ, chartę, vel litteræ apparebat, quando fuit ei ostẽsum, illi⁹ fuisse tenoris . . . ius dicitur esse per depositiones testiũ & Cardinalium assertionem. No. quòd innouatio priuilegij fieri non debet, si contradictio sequatur; licet per illam innouationem nihil noui iuris acquiratur. Item amissio priuilegij potest probari, & tenor ipsius. Itẽ æquitas in iudicijs seruãda est, vt vtraq; pars in eodem loco suas offerat probationes. Itẽ post publicatas attestationes testes possunt induci ad reprobationem testiũ inductorum. Item si Pręlatus excommunicatum recipit ad osculum, per hoc ꝓsumitur, quòd nõ est excõicatus. Item sententia à non suo iudice non tenet. Item instrumentum in tribus præcipuè reprehenditur, in bulla, charta, & littera.

† Ca. 2. e. tit. in 3. cõp. vidè Bal. in l. fi. C. de edẽ. Bar. trac. de teste. Spec. ti. de legato. §. superẽ. nu. 17. adde doctores in l. vl. C. de edicto diui Hadria tollen.

† aliàs P.

† aliã priuilegij.

† Sub hoc ĩ. paucula hęc cõtinentur. videlicet Cęterũ qñ inf. datũ terminum, & recęptũ in producendis testib. defecerant, nos tã, &c.

d Lucij.] quod postea fuit amissum, vt ĩ. sequitur.

e Onus.] Ideo enim isti apud sedem Apost. testes suos producere debent, quia pars altera suos etiam ibi produxit, vt sic hinc indè seruetur æqualitas.

¶ Glo. seq. tecit. per quæstionem & solutionem.

f Fratrum. Istis non creditur tanquam testibus, cum iurati non fuerint quia inducti non fuerunt in testes, sed quia ipsi viderant priuilegium, credit eis Papa tanquam fratribus suis & honestis viris: sed non probationem, sed præsumptionem

nem inducunt,& coadiuuant testes inductos.
¶ Gl.seq.in fi.arg.& remittit.
a Dięcesani.] & ideò nullum ius reseruauit ipsi episcopo in monasterio illo, ex quo verba plenæ exemptionis continebantur in priuilegio illo, vt s. patet.& arg.supra cod.recepimus.
¶ Glo.sequen.signat contrarium, & remittit.
b Non ligatum]cū non esset iudex suus, supra de consue. ad nostram,& 2.q.1. in primis.& sic ipso facto denuntiauit ipsum non ligatum,& sic sentētia à nō suo iudice lata, seruari non debet supra de iud.at.si clerici. arg. contra infra de sent. excom. cum desideres.§.1.& cap.vlt. & c. si aliquā do,vbi de hoc.
¶ Gl.seq.no.qđ volens probare,&c. soluit contrarium de l. si de possessione. & ponit dictam l.vl.de fi. inst. in princi. & medio post princ.q̄rit de legato an possit,&c.soluit,quærit de legato quo probetur perditio,& soluit vlt.arg. ad q. de legato.
c Sine reprehēsione.] hoc est notatu dignū, q̄ sit aliquis vult ꝓbare amissionem instrumenti,oportet quòd plura [1] ꝓbet,videlicet tenorem instrumenti, & p̄t rea quòd sit sine aliquo vitio, quo posset argui falsitatis,vt hic patet & ar. C.de fi.instr. l. vlti. Sed nūquid legatus pōt ꝓbare pars iōne amissionē instrumēti suæ legationis? [2] Dico quod non,sup.de off.deleg.cum in iure.arg.C.de manda. prin l. vnica,quia non est aliquis ibi superior coram quo fieret probatio; aliàs tamen si honestus & notus esset,potest & debet ei credi.arg 97. distin.nobilissimus. Item quandoque sufficit probare tantū amissionem instrumenti,licet alia ratio nō probetur, C.de prob.a.si de possessione.sed hoc est in odium illius qui fuit instrumentum furatus: aliàs non sufficit probare solam amissionē,vt hic patet,& C.de testi.testium, in fi. Item si instrumentum fuit exhibitum in iudicio,& ei fides est imposita:si postea perdat, adhuc potest ad ueritatius instrumentum reprobare præstito tamen iuramento,quod malitiose hoc non opponat,C.de fi.instru.l.vlt. Si quæras qualiter probatur perditio instrumenti. Dic quòd per iuramentum,illius qui dicit arg. prędic.l.proxi.sic & amissio aliarū rerū ꝓbat̄ p sacrm. C.Vn vi.si qn.& s.q̄ metus cau.c.vlt.& 2.q.1 .in primis.& hac eadē rōne vr̄,q̄ si impetrasti lr̄as ad delegatos, & eas amiseris, si probas amissionem & tenorem lr̄arum quod fuerint sine aliqua falsitate, & sine vitio suspicionis, per legitimos testes qui discreti essent cognoscere lr̄as de vitio falsitatis,posset dici quod postea possunt procedere arg. huius decr. Bern.

† In plerisque manu script. ita. C. p̄p̄. p̄. n. i. Celest. p̄p̄ prædecessoris nostri.

† Cathelen.

[1] Præter Panor. & alios hic vide Alexā. cōs.196. seip. Viso testō,in 2.vol. Fel. in c. sicut, §.de iureiu. & Doctores in auth.si quis in aliquo,C.de eden.

† Ca.3.e.tit. in 3. comp.

[2] De hoc ar. vide in terminis p Speculum in loco initio capitis citato.

[3] De hoc ar. vide oino Giudo. Papę deci 244 inci. Quispiam in cā sua.

mentio diœcesani [a] episcopi habeatur: illud etiam attendentes,quòd cum tu fili Abbas tempore Celestini † prædecess.nostri ad ipsius præsentiam accessisses, ipse inspectis ecclesię tuę priuilegijs,te(licet excōicatus ab Eugubiñ. episcopo diceretis) tāquam nō ligatum [b] admisit ad osculū (quod præsumitur non fecisse,nisi monasteriū vestrum cognouisset ad Rom.ecclesiā specialiter pertinere) Decernimus priuilegium illud Lucij Papę,q̄ sine reprehensione [c] bullę,chartæ vel litteræ apparebat,qn̄ fuit nobis ostensū, illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium & assertiones fratrum nostrorū noscitur extitisse.

¶ Idem Cathalan.† electo,& abbati trium Fontium.

¶ *Innouatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, sed antiquum conseruat hoc dicit quo ad titulum.*

CAP. XIII.

EX † parte Abbatissæ ac sororum Iotren. ecclesię extitit intimatū, quòd Melden.ep̄us commissionis occasione cuiusdam (per litteras†) ad iudices delegatos obtentæ,(in qua nulla mentio [d] habeatur de ipsarū priuilegijs, quæ illas & earum ecclesias,clerum et populū Iotren.ad Apost. sedē nullo mediante spectare declarant,quorum ipse non erat ignarus [e]) eas incepit grauiter molestare,obedientiā ab ipsis, ac à clero & populo Iotren.subiectionem oī modā requirēdo: & inf. ¶ Verū cū iudices ipsas valde grauarēt ad appellationis beneficiū conuolarunt:& inf. ¶ Sed iudices appellationi non deferentes, nec fragilitati sexus compatiētes earū, in Abbatissam excōicationis,& in clerum & in populum Iotren. interdicti sñiam protulerūt. Sanè cum nūtij Iotren.ecclesiæ prædicta & alia in nostra pręsentia retulissent, priuilegiū nobis Apostolicum ostēderūt, per quod ecclesiā Iotrē. constabat ad Romanā

† Hę duæ voces,per lr̄as, desunt in antiquiorib.codicib. & in omnib. Vaticanis.

EX parte.] Primò ponit appellantiū q̄ō, priuilegii ꝓductio,&de ipsius innouatione decisa petitio. Sc̄da ibi. Nos autē. ipsius innouatio,& p̄statio. Abb. CASVS. Meldēsis ipetrauit quasdā lr̄as ꝯ Abbatissā & ꝯuētū Iotrē.eccl̄æ ad quosdā delegatos, in q̄b. nullus mētio fiebat de priuilegijs monasterij, q̄ ipsū monasteriū & eius eccl̄as. clerū & populū Iotren.declarāt ad Romanā eccl̄am nullo medio pertinere,quorū priuilegiorū ep̄s nō erat ignarus corā q̄b. petebat ep̄s obedientiā ab abbatissa& monialib. & à clero & populo Iotrē.subiectionē oī modā requirebat. Sed cū iudices abbatissā& mōiales valdè grauarēt, ad Sedem Apostolicā appellarunt iudices nihilominus ī abbatissā excōicationis,& ī clerum & populum Iotren. interdicti sñias protulerunt,post hęc nuntij monasterij p̄dicta & alia corā dn̄o Papa retulerunt ostēdentes eidē priuilegiū libertatis,& petētes illud priuilegiū innouari. Dn̄us Papa pp appellatiōnē p̄dictā,nūtios p̄dictos diutius detinuit:tādē cū ꝓ altera parte nullus appareret,qui defensaret eandē,priuilegiū eccl̄ę Iotren.cōcessū innouauit:ita tn̄ q̄ p talē innouationē eccl̄ę illi nō plus iuris accresceret, q̄ p priuilegia suorū antecessorū obtinuit, sed ius antiquā conseruet. No.q̄ à grauamine iudicū p̄t appellari. Itē fragilitati sexus compatiendum est. Item sñiam latā ꝯ priuilegium Papæ non tenet,vt hic patet,& in p̄cedenti c. Item sñia lata post appellationem nō ligat: vndè Papa istas sñias omittit tanquam nullas. Item differentia est inter excōicationē,& interdictū,quia excōicato in personas dēt proferri interdictum in ciuitatem. Item pēdēte cā,pōt peti innouatio priuilegij. Itē innouatio priuilegij nihil noui iuris tribuit,sed ius conseruat antiquum.
d Nulla mentio.) Vnde videbantur quod litteræ non valebant,sup.de resc.cum ordinem.
e Nō erat ignar⁹.) Vn̄ nō videbātur valere litteræ, cū ex certa sciētia veritas sit supp̄ssa:& talis,qua exp̄ssa littera non habuisset, s.de rescr. super literis. Vinc.

a Specia-

a Specialiter ꝑtinere.] Et ita sentētiæ non tenuerunt, tū qa post appellationē, tū qa spāliter sedi Apost. subiectæ sunt, ı si e ŝ. c. proxi. de religio. dom. cū dilectus. vñ Papa omittit alias sentētias tanq̄ nullas, vt ŝ. c. proxi.
b Innouandum.] Si ꝯ dictum fuisset tali innouationi, Papa nō statim inouasset. ŝ. eo. c. ꝑx.

†Id nō releuaret a sñia delegatorū Papę, vñ primū teneas sm Host. I. And.

ecclesiam specialiter † a pertinere. ¶Nos aūt eosdem nuntios propter appellationem prædictam diutius detinentes: quia tandem nullus apparuit idoneus responsalis, qui partem defensaret † aduersam, priuilegium Apostolicæ sedis eccle æ lotren. concessum duximus innouandum: b ita tamen, vt per innouationem ipsius, eidem ecclesiæ non plus iuris accrescat, quam per priuilegia prædecessorum nostrorum obtinuit: cum per hoc non nouum ei concedere, sed antiquū c ius cōseruare velimus. †

† desēderet.

¶Idem Colubrieñ. episcopo.

¶ *Ecclesia vtens duplici priuilegio exemptionis, licet succumbat ex vno, potest nihilominus ex alio se iuuare, & obtinere. nec tenetur exemptus promittere obedientiam diœcesano: vigore tamen exemptionis non potest sine licentia diœcesani ecclesiā cōstruere in loco non exempto: & si exemptus de facto in loco nō exempto construit ecclesiam, cedit iuri episcopi.*

CAP. XIIII.

ij Cvm † olim propter quæstiones, quas aduersus Priorem & canonicos monasterij sanctæ Crucis habebas, pro quibus ad audiētiam nostram fuerat appellatū, d morā feceris

† Aliàs, Colubriē. vide Ioā. Vasæū, in annalib⁹ Hispaniæ, c. 10.

†Capi. 4. eo. ti. in 3. cōpi.

c Sed antiquū ius.] No. ergo, ꝙ per innouationem nihil iuris acquiritur, sed antiquū reseruatur. ar. 12. dist. præ cpris, & ŝ. d cōfir. vti. vel inuti. li lecta. & infra eo qa intentionis.

†Cap. vnico tit. 13. cōp. Et an clerico pugnare liceat explicat B. Tho. 2. 2. q. 40. ar. 2. adde ibidē Caietanum.

†Ludeñ. archiepiscopo.

†Lundoñ. archiepiscopo.

1 Vide 3. ti. 1. c. fin. super glos. 2. Io. Andr.

CAP. IIII.

CAlumniam† & audaciam temerè litigantium cōdēnando in expensis, & alio [a] multiplici remedio sāctio Imperialis cōpescit. ¶ Quoniam igitur sacris institutis consonare dignoscitur: Præcipimus, vt de cætero in causis pecuniarijs victus, victori [b] in † expensis condemnetur: nisi sentētia [c] pro absente feratur.

¶ Inno. 3 Midrosiensi archiepiscopo.

¶ Clericus causam seu operam prabens bello, deponendus est.

CAP. V.

QVod † in dubijs: & inf. ¶ Quia verò tā sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, quàm, qui personaliter exercent conflictum, & hi, qui alios incitant [d] ad pugnandum, omnes enormiter peccant: de rigore canonico eos credimus deponendos.

¶ Idem Londoñ. † episcopo.

¶ Clericus pro magno scelere ab eo commisso deponi debet, & in monasterio detrudi ad agendam pœnitentiam.

CAP. VI.

TVæ † discretionis prudentiam: & inf. ¶ Ad illud quod à nobis tertio requisisti, qualiter clerici in latrocinijs, vel alijs, magnis scelerib. deprehensi [e] puniri debeāt: Respondemus, quod à suis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis monasterijs, [f] ad pœnitentiam peragendam.

¶ Idem Abbati & fratribus Cryptæ ferratæ.

¶ Si vterque contrahentium venit cōtra contractum, vterque potest exigere pœnam ad inuicem promissam ex conuentione.

CAP. VII.

COnstitutus † in præsentia nostra: & inf. ¶ Licet autem instrumēto episcopi Lauitani expressa fuerit certa pœna, quam pars contractum non seruans, solueret ob seruanti: cum tamen vtraque pars venisse contra illum, ex confessione [g] propria conuincatur: cum & pars vestra subtraxerit episcopo pensionem, & epus procurationem exegerit ab eadē ecclesia, sicut œconomus proposuit memoratus,

¶ Gl. seq. ponit duas lect. & secundam declarat.

e Deprehensi.] & cōuicti, sola n. deprehensio non sufficit, sup. de iud. cum non ab homine. Vel itel lige, deprehensi, ita quòd factum sit notorium per euidentiā facti: tales enim statim condemnari possunt. C. de defen. ciu. l. defensores. Et ar. sup. de coha. cle. & mul. c. vlt. & 2. q. 1. de manifesta. & talis deprehensio auctoritate sui plati 3 fieri debet, ne vltra se extendat violentia, quàm exegerit defensio clericorū, infrà de senten. exc. vt fame. aliás capientes essent excommunicati, vt ibi.

f Monasterijs.] sim. 16 q. 6. de lapsis. & 50 dist. si ille. & si incorrigibiles fuerint, per secularem iudicem postea deprehendantur, sup. de iudic. cum non ab homine.

COnstitutus] Primò ponit diffinitionem. Secundò causam interserit: ibi, Et cum. Abbas.

CASVS. Episcopus Lauitanus concessit monasterio Cryptæ ferratæ omnes ecclesias in eius diœcesi sitas pertinentes ad monasterium illud, & quicquid iuris habebat in illis in emphyteusim sub annua pensione reddenda, ita quod sola pensione contentus esset, sub certa pœna apposita instrumento inde confecto: postmodum orta fuit super his contentio inter eos: per confessionem vtriusq; partis constitit, quòd pars monasterij subtraxit episcopo pensionem, & episcopus exegit à monasterio pensionem, & sic vtraque pars commisit in pœnam, vndè dominus papa vtranque partem à pœna illa reddit absolutam. Not. quòd confessio in iure facta præiudicat. Item per cum pœna compensatur.

g Ex confessione.] confessio enim in iure facta præiudicat, supra de iud. fidio. præterea, & supra de confess. cum super. & cap. vlt. vbi de hoc & C. eo. l. vnica. & ff. eo. l. 1.

¶ Gl. seq. opponit duplr. & soluit.

†Ca. 3. tit. de uita & honest. cler. in 3. cōp. Vide Bernardinū Diaz in prac. cri. can. c. 84.

3 Quod intellige vt dixi de iudic. cū nō ab hoīe, super 1. glos. Io. An.

†Par: c. constitutus, de relig. domi. vbi inuenies varietates de noce, Lauitani.

a Vtranque.] Sed vř quod episcopus non incideritin pœnam: nam cum altera pars ei subtrahit pensionem, licitè potuit petere procurationem 1 quia fidem non seruanti, fides non est seruanda supra de iureiuran. peruenit 2. nam licitum est redire ad priorem actionem, cum ex parte altera non pareiur pacto; supra de pacto cum pridem. De hoc dictum fuit ŝ. de elect. cum inter R. Episc. ř quod illi potius præiudicet, qui vltimò incidit in pœnam: nam si vterque est in mora, semper vltimò mora nocet, ff. de peri. & cõmo. rei ven. illud. Respõdeo, hic propter par. delictũ neuter incidit in pœnã. ff. de reg. iur. cũ par. & in delictis mutua fit compensatio, sup. de adul. ca. pœn. & vl. 32. q. 6. nihil. & ff. sol. matr. uiro. Io. cõpensatio mutua fit. ff. de cõpen. si ambo. & ff. de dolo. si duo. Hæc decre. decisa fuit in fine huius decre. sup. de rel. do. constitutus. & per illam poterit intelligere istam. B.

b Absolutam] præferenda est. n. opinio æstimationis pecuniario cõmodo ff. de sol. cũ ex plurib. & ff. de usur. in pecudũ. §. ult.

vtrãque a partem ab ea reddimus absolutam. b

¶ Idem priori S. Fridiani, & magistro B. canonico Pisano.

¶ *Si testis propter vacillationem incarceratur, infamiã non incurrit.*

CAP. VIII.

SVper † his, de quibus nos consulere voluistis, & infra. ¶ Clericus autem, qui pro eo ꝙ variauerat c & vacilauerat coram vobis, † de mãdato nostro † captus est, & detentus, infamiam nõ incurrit. d

¶ Idem Spoletano episcopo.

¶ *Obligatus ad certam quãtitatem, certa die sub pœna soluendum, si partem intra terminum soluit, ad pœnam integram non tenetur.*

CAP. IX.

SVã † ad nos rectores clericorũ sancti Fortunati quærimoniã trãsmiserunt, ꝙ cum tibi essent in quadragita libris per quoddã arbitrium cõdemnati, essetque pœna triginta librarum apposita, nisi eas soluerẽt in termino cõstituto: tãdẽ triginta tribus libris in termino persolutis, e occasione septẽ residuarũ, per qualdã nostras † literas veritate tacita impetratas obtinuisti eos ĩ præfatis trigĩta libris tibi per delegatũ iudicem condemnari. f Quia igitur te nõ decet in tantũ pontificalis modestiæ f obliuisci, vt inhonestis q̃stib. ãhelãdo, desideres cũ aliena iactura ditari Mãdamus, quatenus septẽ librarum solutione cõtentus, super pœna g triginta librarũ, memo

SVp his.] CASVS. Quidam clericus coram Papa in testimonio vacillauit, & variauit in dicto suo: Papa fecit illum capi, & detineri: quæritur, vtrũ propter hoc incurrerit infamiam? Respondet quod nõ. No. quod vacillans vel varians in testimonio, non est ipso iure infamis.

c Variauerat.] & ideo non fuerat ei credendum, 4. q. 3. c. si testes, §. qui falsò. & supra, vt eccl. benefi. vt nostrum. B.

d Non incurrit.] quia genus pœnæ 1 per se non infamat: nisi sententia præcedat. C. qui ex cau. infam. irro. l. 1. & l. nullam. licet Gratianus aliter senserit. 3. q. 7. c. infamis, §. tria. in fi. Vincen.

SVam.] Diuiditur: In prima quæstio. In 2. prouisio, ibi, Quia igitur. Abbas.

CASVS. Clerici sancti Fortunati condemnati fuerunt episcopo Spoetano in 40. lib. per quoddam arbitrium sub certa pœna, nisi eas persoluerint in termino constituto: episcopus impetrauit quasdam litteras contra eos tacita veritate, per quas fecit eos sibi condemnari in 30. lib. nomine pœnæ, quia non soluerant totam summam in termino constituto: vndè dicti clerici domino Papæ querimoniam transmiserunt: Mandat Papa episcopo Spoletano, quatenus 7 lib. solutione contentus existat, & super pœna 30. lib. clericos illos de cætero non molestet, cum non deceat ipsum inhonestis quæstib. cum aliena iactura ditari. No. quod pœna non debet exigi nisi pro parte non soluta in termino constituto, licet de rigore iuris sit commissa in totum, & secundum quosdam in totum exigi possit, in qua sententia fuit iudex, qui clericos istos condemnauit. Item cum alterius iactura nemo debet ditari, & præcipuè clerici.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit distinguendo.

e Persolutis.] eo ipso ꝙ sortem recipit. pœnæ renunciasse, uř, ff. de eo quod cer. loco. l. vlt. in fi. & ff. de le. cõmis. post diem. & ita uř quod ea ulterius petere nõ possit, per hoc quod hic dicitur, nisi aliter conuenerit inter eos cum sortem recepit. s. quod sors & pœna peti possit, arg. ff. de trãsact. qui fidẽ, C. de trãsact. cũ proponas. ff. si quis cau. l. 2. 1. resp. Et sic uř ex hac decre. ꝙ nõ committat pœna in totum cũ effectu, licet sors in totũ soluta nõ sit: Vndè habes cõtraria pluta, ff. de uerb. obl. stipulationum. §. si forte. Super hoc consueuit distingui: Aut. n. illud ꝙ promittitur sub pœna, consistit in dãdo, & in totũ committit pœna, licet à parte sit satisfactum, ff. famil. ercis. hæredes. §. in illa. i fi. & ff. de uer. ob. stipulationũ, §. si sortem. & l. in executione. §. item si ita. & ff. de pig. act. l. si necess. Si uerò consistit in faciendo, & illud quod promissum est sub pœna, sit indiuiduũ, tunc idem est qđ in primò casu, quia in totũ cõmittitur pœna. ff. fam. ercis. hæredes §. an ea stipulatio. & ff. đ uer. obl. eadem. §. Cato. in prin. ibi. ab omnibus factum, & cæt. & l. in executione, §. secunda. Sed in primo casu cum consistit in dando, dixit Azo, quod opposita exceptione repelleretur à pœna pro rata solutæ partis, ar. ff. si quis cau. si seruus, §. 1. & ff. de verbor. obl. l. 2. § vlt. ad fi. & ar. ff. deposi. si duo hæredes. & ff. de verb. obl. in executione. § insolidum, & hanc æquitatem seruat hic Innocentius. Nec est seruandus ille rigor, vt in totum pœna exigatur, quia non debet quis cum aliena iactura ditari, ut hic dicitur & 22. q. 2. primũ, & ff. de cõd. indebi. nam hoc qđ nõ interest illius pœnam recipere pro soluta sorte: & ideò, quia placuit æquitatem præferri stricto iure. C. de iud. placuit, unde litteræ super hoc impetratæ non valuerunt, quod patet ex eo, quod dicit: ueritate tacita. Alij doctores legum seruãt illum rigorem. Si uerò factum sit diuiduũ 2 pro parte tamẽ cõmittitur: ff. rem ra. hab. si procurator §. si quis à procuratore & ar. ff. de uer. obl. eadem. §. Cato, ibi, at si de eo cautum, &c. Sed cõtrarium uř in l. prædi. ff. si quis cau. si seruus, ubi cõmittitur pœna in totũ licet det exceptio ꝑ alia parte, & factũ uř diuiduũ. Sed dici cõsueuit ꝙ illud est spãle in iudicio, quia & ibi mora purgatur, ff. si qs cau. & si post tres. sed ĩ pœnali stipulatione nõ purgat. C. de cõtrah. & cõmi stip. magnam quia tẽpus ibi interpellat, ŝ. de loc. c. ultimo.

f Modestiæ obliuisci.] præferenda est. n. existimationis opinio pecuniario commodo. ff. de sol. cum ex pluribus causis. ff. de usur. in pecudum. §. ult.

¶ Gl. sequens signat contrarium, & remittit.

g Pœna.] videtur ergo ex hoc ꝙ ecclesiastica persona non possit exigere pœnã, nec ab ea exigi, arg. 2. q. 2. fraternitatis, ar. contra sup. eo. constitutus. De hac materia dictum est sup. de arbi. dilecti filij.

† Ca. 3. e. tit. de accus. in 3. compil.

† Aliàs nobis

† Aliàs vestro.

† Ca. 2. ti. ne clerici vel monachi, in 3. comp.

1 An carcer sit pœna: dic ut ŝ. e. quis li. 6. dixerũt hic Inn. Ho & Ab. ꝙ est custodia, non pœna, ff. de pœn. aut facta, §. solent. Io. An.

† Dictio, t... stas, dec... plerisq: a... quis codic... bus.

2 Adde q... sit obliga... diuidua &... idiuidua ... ĩ l. stipul... ones non ... diuiduntur. ... de uerb. o...

AD aures.] Diuiditur hec decre. Nam primò pœnalem sniam recitat: Secdo aggrauat: ibi, Quia igitur: Ab. Si. CASVS. Quidā ciues Vincētini epm suum interfecerunt, pp q fuerūt feudis & beneficijs, q a Vincētina ecclesia detinebāt, p sniā spoliati: qsiuit eps Vincētinus, vtrum ipsis vel eorū hęredib. illa beneficia sint restituenda? Rñdet Papa, q nec ipsis, nec eorū hæredibus sūt illa beneficia restituēda, seu de nouo alia conferenda: cum maiori sint etiā aīaduersione plectendi. No. q omnia beneficia debet quis amittere, quę obtinet ab ecclesia, qui Pręlatum ipsius interfecit, nec alia sibi vel eius hæredibus cōferēda sūt de nouo. Itē pęna nō solū tenet auctorē, sed extenditur ad hęredes.

a Restituātur.] Imò vr, q maiori pęna puniendi sunt, vt non solū ea nō restituat, sed oīa alia bona sua ecclesiæ, cui iniuria facta est, tradant perpetuo. 17. q. 4. si qs deinceps. & anathematizētur, vt ibi dr, licet ipso iure sint excōicati ea causa, & q. ea. si quis suadēte. Item alia pœna imponitur. j. eo. c. proxi. & si iterū aliq suum episcopum interficiant, priuantur epo. 1 25. q. 2. ita nos.

Dilectus.] Qui iudici iniuriant, p superioris arbitriū puniri debent. hoc dicit. Abbas.

CASVS. Dr hic, q si aliquis temerè prorupit cōtra iudicis assertionē, secūdū arbitriū superioris debet puniri, cū de ipsius litigatoris improbitate constiterit, ne uilescat iudicialis auctoritas.

No. q litigator, qui temere contradicit iudici coram quo litigat, arbitrio superioris puniri debet, quia non est vilipendenda iudicialis auctoritas.

Glo. seq. arg. signat contrarium, & soluit.

b Assertionē.] Arg. q verbo iudicis est credendum, nisi cōtrarium probetur, vt hic dicitur, arg. supra de prob. post cessionem. Argumen. contra supra de testibus. cum à nobis, & supra de probatio. quoniam contra falsam. cui standū est Sed q dicit hic, q puniri dēt litigator. uerum est cum temere 2 contradicit iudicis assertioni, puta, cum iudex hoc qd dicit ostendit p acta, vel cū litigator nihil ostendit cōtra excōicationis sententiā: tunc puniatur in sumptibus. j. de sen. excom. sacro, argu. sup. eo. calumniam. Vel aliàs secundum arbitrium superioris, ut hic dicit. & sup. de offi. deleg. de causis.

†Ca. 1. eo. ti. i 4. cōpilat.

† Hæc duo verba: bonæ memorię desunt in oib. Vatic.

1 Idē ī casu. j. e. sel cis. ld 6. Io. And.

†Ca. 1. tit d pbat. in 4. compil.

2 Miscēdo iudicis cōtumeliā: vt dicendo q meū tit vel q me li⁹ esset hīc asinū i iudicē, cū ipse nil intelligat vl his similia, & qs hoc puniat, dicū ē in text. I. A.

fatos rectores de cętero non molestes.

¶ Idem.

¶ Occidentes Prælatū, priuantur beneficijs & feudis, quæ habent ab ecclesia, cui præerat Prelatus ille, nec eis vel hæredibus restituentur, nec alia de nouo concedi debent. Et hodie in occidente capiente, vel banniente episcopum, aucte sunt similes pœnę, de quibus, in Cle. Si quis suadente, eod. tit.

CAP. X.

AD † aures nostri Apostolatus peruenit quod cum quidam parochiani tui ausu diabolico (bonæ † memorię) I. Vincētium episcopum prædecessorem tuū nequiter peremissent, feuda & beneficia, quæ illi a Vincentina ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cū multa deliberatione sublata. Quia igitur maiori sunt animaduersione plectēdi: Nos tam tibi, quàm successoribus tuis, auctoritate Apostolica prohibemus, ne ipsis, aut hęredibus eorum beneficia prædicta restituantur: a seu de nouo eis alia quælibet conferātur.

¶ Idem.

Prorumpens contra iudicem, arbitrio superioris punitur.

CAP. XI.

DIlectus † filius electos sancti P. ad mōtes: & infra. ¶ Ne iudicialis euanescat auctoritas, cum de litigatoris improbitate constiterit, aduersus assertionem b iudicis temerè prorumpentis: iuxta superioris arbitrium digna poterit animaduersione puniri.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ Patroni, aduocati, vel vicedomini vendicantes sibi in ecclesiis plusquam iura permittant, per censurā ecclesiasticam compescuntur: & si occidunt Prælatum vel clericum ecclesiæ per se, vel per alios, perdunt quod habent ab ecclesia, & eorum posteri usq; ad quartam generationē non admittūtur ad clerum, nec in religionibus pręficiuntur.

CAP. XII.

IN quibusdam prouincijs ecclesiarum patroni, & aduocati seu vicedomini, se in tantam insolentiam erexerunt, quòd non solum, cum vacantibus debet ecclesiis de pastorib. idoneis prouideri, difficultates ingerunt & malitias, verumetiam de possessionibus aliisq; bonis ecclesiasticis pro sua voluntate ordinare præsumunt: & (quod horrendum est dicere) in necem prælatorum prorumpere non formidant. ¶ Cum igitur quod ad defensionis c subsidium est inuētum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri: Prohibemus

IN quibusdā.] Diuid t. Nā primo recitat triplex patronorū delictū: Secdo ibi, [Cū igit.] puidet cōtra primum & cōtra secūdū, vtrūq; phibēdo: Tertio ibi, [Sacra.] contra tertium, illud primū puniendo in factoribus: secundo aggrauando pœnā in posteros: ibi, [Et ne minus.] Abb. Sicul.

CASVS. Patroni ecclesiarum aduocati, seu vicedñi in tanta psumptione se extollūt, q cū vacantib. ecclesijs de personis idoneis puideri dēt, non solū difficultates ingerūt & malitias, verum etiā de possessionib. & alijs bonis ecclesiarū pro sua volūt dispōnere uoluntate: & q deterius est, i necē Prælatorum psumunt erūpere: prohibet gñale concilium expsse, q de cętero nec patroni, vicedñi, vel aduocati, sup pdictis plus usurpēt q̄ reperiat in iure pmissum: & si ɔtrafecerint, p seueritatē canonicā cōpescātur: ne q ad defensionem est inuētum, ad depssionis dispēdium ualeat retorqueri. Statuit insup cōcil quatenus si pṫoni, aduocati, feudatarij seu vicedñi, aut alij bñficiati, clericū vel rectorē alicui⁹ ecclesię p se vel p alios occidere vel mutilare psumpserint, amittāt q qd iuris in ecclesia hñt, vel ab ipsa tenēt, & vsq; in 4. gñationē posteritas taliū nullatenus admittat, neq. in domib. regularib. platione aliq assequāt, nisi cū eis fuerit misericorditer dispensatū. Not. q puisū ad defensionem, non dēt ad grauamē extēdi. Item nota pœnā illorū q ī ecclesiā delinquūt. 1. q amittere dēnt q quid ab ecclesia tenēt. Itē pęna extēdit ad hrdes. Itē monachat⁹ oēm maculā ñ abstergit.

c Defensionis] Patroni. n. ecclesiā defendere dēnt, 3 16. q. vlt. filijs, hanc defensionem nō dēnt extendere ad grauamē, ut dicit, sic j. de appe. c. 3. & c. cum spoli, §. porro.

† Idē. s. Inn. 3 ī cōc. sub I Lat. c. 45. & c. 2. eo. ti. in 4. compilat.

3 Expēsis tū ecclesiæ scdm Gof. bñ hic, qui hoc no. i li. in c. 2. de iu. pa. ver. nunc videamus de honore dicit enim sufficere si patron⁹ diligētiam, & ministeriū adhibet, sicut tutor expensis pupilli ipsum defendit, ff. de admi. tu. s. a tutorib. Io. And.

expref è, ne patroni vel aduocati feu vicedomini, fuper præmiſſis de cętero plus vfurpent, quā reperiatur in iure permiſſum: [a] & ſi contra præſumpſerint, [b] per feueritatem canonicam diſtrictiſſimè compeſcant. ¶ Sacri nihilominus concilij approbatione ſtatuimus, quatenus ſi patroni, vel aduocati aut feudatar j feu vicedomini, aut alii beneficiati alicuius eccleſiæ, rectorem vel clericum alium ipſius eccleſiæ, per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare auſu nefando præſumpſerint: patroni ius patronatus, aduocati aduocatiam, feudatarii feudum, vicedomini vicedominatum, & beneficiati beneficium prorſus [c] amittant. ¶ Et ne minus vindictæ, quàm exceſſus memoria prorogetur, non ſolum de præmiſſis nihil perueniat ad hæredes, [d] ſed etiam vſque ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegiū nullatenus admittantur: neque in domibus regularibus alicuius prælationis [e] aſſequantur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer † diſpēſatum. [f]

porro. & ſ. de iureiu. quanto. & 22. q. 4. inter cætera.

Glo. ſeq. reci. per q. & ſolutionem, & dat ſimile.

a Iure permiſſum.] Permiſſum patronis eſt pñtare rectorem, & hr̄e ius ꝓceſſionis: & ſi ad inopiam vergat, ei ab eccleſia ſuccurit, ſ. de iure pa. nobis. & 16. q. 7. quicūque. ſic ep̄s non dēt plus petere à ſubditis, q̄ ſit permiſſum a iure. 18. q. 2. hoc tātum. & 10. q. 3. qa cognouimus, & ſ. de cenſi. cū Apoſtolus. aliàs reſtitueret duplū, ſ. de immun. eccle. quia plerique, & ſ de cenſi. procurationes, in fine.

b Præſumpſerint.] niſi forte in caſu quē habes j. de ſent. excō. ſi verò cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs non.

Glo. ſeq. reci. per q. ſol. & dat duo ſimilia.

c Prorſus amittant] Et deuoluantur ad eccleſiā cui facta ē iniuria, 17. q. 4. ſi q̄s deinceps, & c. q̄ſquis ut dictū eſt ſ. eod. ad aures, & 27. q. 1. ſi quis rapuerit. Sic ergo eccleſia nō habebit patronū [1] ſic & uaſallus amittit feudū (ut hic patet) ſi non ſeruat fidelitatē domino 22. q. vlt. de forma. & in lib. de feudis, quēadmo. feudum amit. & 96. diſt. ſi Imperator. ſi. ſ. de poſtu. c. vl. ſic & donatio reuocat̄ ꝑ talē ingratitudinem, & ꝑ alias etiam, ſ. de donat. ca. vlt. vbi de hoc. C. de reuoc. dona. l. vlt.

d Ad hęredes.] & deſcendentes ꝑ lineā directam vſq; ad quartam generationem: ut hic dicitur: quia vſq. ad quartam generationem extenditur cōſāguinitas, ſ. de cōſang. non debet. Et eſt ſpāle hic, ꝙ filius puniat pro delicto patris, ſicut in crimine læſę maieſtatis. 6. q. 1. quæſito. §. uerum, ver. ſi q̄s cum militibus. & in hæreſi. ſ. de hęre. vergentis. aliàs bona damnatorum deuoluuntur ad hæredes, C. de bon. dam. auth. bona.

Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.

e Prælationis.] ſed contra uidetur, cum ingreſſus religionis tollat irregularitatem, ſup. de fil. presby. c. 1. & in Aut. de mon. in prin. coll. 1. Dic ut ſup. de apoſta. 2 c. 2. Ber.

Glo. ſeq. reci. per q. ponit opi. & ſolutionem.

f Diſpenſatum.] Cum non determinetur a quo poſſit diſpenſari. Dicit Ioan. ꝙ epiſcopus poteſt diſpenſare, ex quo Papa ſpecialiter non retinuit ſibi diſpenſationem. arg. j. de ſen. excom. nuper. Honeſtum eſſet quod nullus epiſcopus ſine licentia Papæ diſpenſaret cū talibus, ut alij ſaltem timerent, cū uiderēt illos uſq. ad ultimam generationem puniri.

[1] Ad idē ꝗ in re pa. c. vnico lib. 6.

† Dictio, miſericorditer, deeſt in pleriſque codicibus.

2 Vide S. Th. 2. 2. q. 189 ar. 3 ad 3. arg.

3 Idē Vin. Goffre. & Phi. ꝓ his ſacit, q. iſti laborat uitio, C. de nat. li. l. lege uide i Spe. ꝗ legi. §. nunc de ſponſi. verſi. 3. 10. And.

GRauem.] Primo ponitur querela: Secundo ꝓuiſio; ibi, [Licet igitur.] Abbas.

¶ Honorius iij. Præpoſito, archidiacono, & H. canonico Sueſſion.

¶ Domino excommunicato manente ſubditi fidelitatē nō debent. & ſi longo tempore in ea perſtiterit, & monitus non paruerit eccleſię, ab eius debito abſoluuntur.

CAP XIII.

GRauē capituli Lūd. recepimus quęſtionem, quod cum Comes Regiſtren. † pro multis iniuriis, quas irrogaret eidem, † ꝑ iudices à ſede Apo. delegatos excōmunicationis vinculo fuerit innodatus: idem per duos annos & amplius in excōicatione perſiſtens, iuri parere pertinaciter tenuit, claues [g] eccleſię contemnendo. [h] ¶ Licet igitur huiuſmodi pertinacia non careat ſcrupulo hæreticę [i] † prauitatis: volentes tamen nobilitati [k] parcere comitis ſupradicti: Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi comes prædictus poſt commonitionem veſtram non paruerit plene iuri, vos eccleſias, [l] in quibus aliquod ius habere dignoſcitur, ab eius debito abſoluētes, fideles ipſius (quādiù in excōicatione perſtiterit) ab † eius fidelitatis iuramento denuntietis penitus abſolutos.

CASVS. Comes Regiſtren. multas iniurias & grauamina irrogauit Capitu. Lund. propter quod per iudices delegatos ab Apoſt. ſede fuit excommunicatus, & ꝑ duos annos & amplius in excommunicatione perſiſtens, noluit parere iuri, claues eccleſiæ contemnendo: vnde capitulum Lund. iterū ſignificauit hoc domino Papæ quamuis huiuſmodi pertinacia non careat ſcrupulo hæreticæ prauitatis, mandat Papa q̄buſdam, quatenus ſi Comes ille commonitus iuri parere noluerit, abſoluant eccleſias, in quibus ius habet, ab eius obligatione, & fideles ipſius ab obligatione ipſius q̄diu in excommunicatione perſtiterit, denūtiet abſolutos. Not. ꝙ excōmunicatus, qui contēnit claues eccleſiæ, iterum puniēdus eſt, prout hic dr̄: quia creſcēte contumacia, creſcere dēt pęna. Itē arg. ꝙ nobilitati parcēdū eſt circa pœnas imponendas.

g Claues.] datas Petro, 22. diſt. ca. 1. & 21. diſt. in nouo, & ꝙ Petro datæ ſunt eccleſiæ claues, 24. q. 1. q̄ꝗcunque, & cuilibet eius ſucceſſori, argu. ſ. de transla. quāto. Ber.

h Contemnendo.] & ſi aliàs ligatus non fuiſſet, ex contēptu ligaretur, 11. q. 3. non ſolum, §. cum ergo ſnīa in ſi. & 24. q. 3 notandū, non. n. dēt contēni cum ſit medicinalis, 2. quæſt. 1. multi.

i Hæreticæ prauitatis.] hoc iō dicit: quia q̄ ꝓpter ſuſpicionē hęreſis excōicatur, ſi per annū ſteterit in excōicatione poſtea tanq̄ hæreticus hr̄, ſ de hære. excōicamus, §. 1. tn̄ ſi ꝓ cōtumacia excōicet̄, ſiue ꝑ annū ſiue ꝑ plures in excōicatione ſteterit, nō habetur ut hæreticus: ſed aliàs contra eum proceditur, vt hic dicit.

K Nobilitati.] No. ꝙ parcit̄ nobilitati circa pęnas, vt aliter puniat̄ nobilis q̄ ignobilis, 24. q. 1. q̄ ꝯ pace. & 50. d. ꝯtumaces & i bñficijs ēt magis ꝓuidēdū ē nobilitati. 86. diſt. non ſatis, ver. itē ſi conſideranda eſt. Arg. ꝯ quod æquè puniat̄, ſ. de ſtatu reg. ca quæ. vbi de hoc.

l Eccleſias, in q̄bus aliq̄ꝗ ius.] [Forte ius patronatus,

† De intellectu vide Eymericū in directo. Inquiſitorum, par. 2. q. 47. nu. 6.

[Laudunen.

† Regiſteren.

† Aliàs, eidē, ſed ī antiquorib' eiſdē legit.

† Vide cōcil. Trid. ſeſſ. 25. de reforma. c. 3. circa finem.

† In oīb. codicib. Va. & pleriſq. alijs ita ab eius ē fidelitate denūtietis penitus abſolutos.

vel quicquid aliud possit ab ecclesia percipere, vt si ecclesia aliquo debito tenetur eidem, vt interim ecclesia ei rñdere nō teneat, vt s. de hæret. excōicamus, §. credentes, & c. vlt. & 15. q. 6. nos sanctorū, & ipso iure absoluti sunt tales: & hic pręcipitur, ꝙ denūtient solummodo absoluti, ut i fi. di cit. Et est ar ꝙ cresce te contumacia cresce re dēt pęna. s. vt lite non contest quoniā, in fi. & ff. de pœnis, l. relegati.

TITVLVS XXXVIII.

De pęnitentijs & remissionibus.

DE POENITENTIIS & remissionibus.

Supra visum est de pęnis, quæ imponuntur in foro iudiciali. Nūc cōpetēti ordine subnectit de his, q̄ imponūtur in foro pęnitētiali: verū quia hmōi pęnæ seu pęnitētiæ qnq; relaxāt p indulgētias seu remissiones, iō hic subiicit de remissionibus.


De hac materia tractat 50. di. c. hi q̄ alia rio. §. sed exēplo, vsq; ad fi. di. & 36. q. 6. & q. 7. c. si aliqs, §. ecce ꝙ vsq; ad finē q. & 33. q. 2. §. sed q̃a timore, vsq. ad fin q. & quasi p totum & plenius i tractatu de pęnitētia, q. ad istar spiritus sep tiformis, per septem dist. expeditur.

† Aliàs, Calixtus, ut in oib. Vati. sed reperiūt hæc apud Gre. li. 12. epi 32. registri ad Felicē Siciliæ episcopum.

¶ Alexander † Papa.

¶ *Pro manifesto peccato pęnitētia publica imponi debet.*

CAP. I.



Anifesta peccata non sunt occulta [a] correctione purganda.


¶ Ex concilio † Maguntiñ.

† Habet in synodo Maguntina sub Rabano Archiepiscopo, c. 24. refert Butchar. li. 6 ca. 7. Iuo pa. 10. c. 136. & Grat. siue palea 17. q. 4. c. qui presbyterum.

¶ *Ponit pœnitentiam occidentis presbyterum.*

CAP. II.

QVi presbyterū occiderit xij. annorū [b] pœnit. ei secundum canones [c] imponatur: & inf. ¶ Conuictus vsque ad vltimum tempus vitæ suæ militiæ cingulo [d] careat, & absque spe [e] coniugij maneat.



Anifesta peccata.] CASVS. de se patet. Nota quod qui publicè peccat, publice puniendus est.

a Occulta.] Imò q publicè peccant, publicè corripiātr, 2. q. 1. si peccauerit, & de cōse. di. 2. ego Berēgari⁹, i fi. & hoc siue sint graiua, siue sint leuia, vt vit f scandalū, 1 solēnis a tamen pœnitētia clerico imponi nō debet, nec ēt publica nisi deposito, ar. 50. di. alienum, & c. confirmādum, inf. eo. quæsitum, vbi de hoc & 26 q. 6. c. vlt Laur.

r Ad hoc de purg. cā. si qs psbyter, in fin. Io.

2 Cuius forma hr. 50. di. in capite.

QVi presbyterum.] CASVS. Statutū fuit in concil. Maguntiñ. vt si aliqs presbyterum occiderit, 12. ann. pœniteat: & si conuictus inde fuerit, vsque ad tempus vitæ suæ militiæ cingulo careat, & inde non contrahat. No. quod interficiens presbyterum xij ann. pęnitere debet. Item si miles presbyterū occiderit, cingulo militiæ perpetuò careat, & postea non contrahat.

Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

b Xij. annorum] ar. 33. q. 2 hoc ipsum, & c. admonere. Sol ordinariū est, pro mortali crimine septēnis pnīa iniungat: vt ibi, sed p p enormitatē, maior, ut hic. Ala. & sacerdoti imponitur qnque pœnitentia xij. an no. 30. q. 1. non debet.

c Canones.] pœnitentiales.

d Cingulo.] Deponitur iste a dignitate sua, vt clericus, ne arma ulterius ferāt, de pœn. dist. 5. falsas. & 33. q. 2. admonere.

Gl. sequens ponit sex casus in quibus crimen impedit matrimonium, sed non dirimit.

e Absque spe coniugij.] Quædam crimina impediūt matrimonium ꝯhendum, vt incestus, s. de eo qui cog. consang. vxo. suæ, c. 1. & 2. & c. transmissæ, in fi. 32. q. 7. si quis viduam. Itē raptor spōsæ alterius 27. q. 3. statutum. Item si quis vxorē suam interficiat, 33. q. 2. admonere. Item si quis baptizauerit filium suum, vt separet sic ab uxore, 30. q. 1. de e. Itē q mo nialē scienter in matrimonio accepit, 27. q. 1. hi ergo qui. & in casu pñti. Hæc impediūt, sed nō dirimūt. Alia sūt q̄ impediūt & dirimūt, de quibus habuisti s. de eo qui dux. in matri. q̄ pol. cū haberet. & in aliis pluribus c. ibidem.

ADDITIO. Vñ ver.

Incestus, rapt⁹, spōsatæ mors mulieris.
Susceptus propriæ sobolis, mors pſbyter alis.
Vel si pœnitēat solēniter, aut monialem
Accipiat: prohibēt hæc coniugium sociandum.

¶ Alex. 3. Mediolañ. archiepo [& suffraganeis. †]

† Hę duę voces: & suffraganeis, desūt in omnibus Vatic. & plerisque aliis.

¶ *Consideratis circunstātijs, arbitraria pęnitentia indicenda est ei, qui modum excessit se defendendo.*

CAP. III.

SIgnificauit† nobis vir nobilis P. quod F. dicto Imperatori cū olim rediret ab vrbe [f] castrum Vernicę† negauit: & inf. ¶ Vnde contigit, ꝙ quattuor castris destructis plusquam duo milia domorum destructa fuerūt & multi homines interfecti, & alia mala ibi cōmisa, quæ longum esset per singula enarrare. ¶ Quoniam igitur præfatus P. Deo ex inde reconciliari desiderat: Mandamus, quatenus ipsi pœnitentiam (secundum quod uisum fuerit [g]) misericorditer [h] imponatis: † attendentes, † quod pro libertate [i] sua, & ecclesiæ deuotio-

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp.

† Veruicę. † Verrucę.

† imponat. † attendens.

Significauit.] Primo ponit petitio: Secūdo prouisio: ibi, [Quoniam.] Abbas. CASVS. Quidā nobilis P. nomine, cum Fridericus dict⁹ Imperator rediret ab vrbe Romana, tēpore quo habuit guerrā cū Alexādro, denegauit ei quoddā castrū: vnde contigit, qđ quatuor castra destructa fuerunt, & multi homines interfecti, & alia multa mala commissa: dictus P. significauit hoc domino Papæ, petens super hoc animæ suę prouideri: vnde mandat archiepiscopo Mediolan. quatenus secundum quod sibi visum fuerit, pœnitentiam imponat eidem. considerans quod pro libertate sua & ecclesiæ deuotione hoc fecit: vnde talem discretionem adhibeat, ut tam ipse, quam alii timore pœnitentiæ à seruitio ecclesiæ non retardentur, nec salutis periculum debeant formidare. Nota quod pœnitentiæ sunt arbitrarię. Item misericorditer agendum est cum peccatore. Item licitum est pro libertate sua pugnare. Item mitius agitur cum his, qui pro seruitio ecclesiæ peccatum incurrunt.

f Vrbe] i Roma. Appellatione enim urbis Roma intelligitur, ff. de ver. sig vrbis. & l. qui in continentibus. sicut cum dicitur Apostolus, Paulum intelligimus antonomatice. 3 Ber.

3 Concordat tex. in §. sed ius quidē ciuile, cū glosa in ver. Vetusti & p̄ce. Inst. de iure natu gen. & ciui.

g Visum fuerit.] Et sic pœnitentię arbitrariæ sunt, 26. q. 7. tempora, de pœn. dist. 1. mensuram, & infra eo. quæsitum.

h Misericorditer.] Argu. pro misericordia impendenda, 50. dist. ponderet, 45. dist. licet, 26. q 7. alligant. Laur.

i Pro libertate] Hęc est iusta causa pugnandi, si modus seruetur, 23. q. vlt omni timore, & c. h ratu. Deuo.

a Deuotione.] Quamuis bona intentione fecerit, modum tñ excessit, quod patet ex eo, ꝙ pœnitentia imponitur, arg. 23. q. 4. qui peccat, & sup. de testit. spol. cum olim; 1. in fi.

b Retardentur.] Argu. mitius agendum cum aliquibus, ne à seruitio ecclesiæ retrahant. arg. 12. q. 1. certa, C. de pe. honor. l.

Quod autem.] In prima ponit cõsultatio: In secunda responsio ibi, Hoc uolumus. Abbas.

CASVS. Quæsitum fuit a dño Papa, vtrũ remissiones, q fiũt in dedicationibus eccleſiarũ, aut cõferentib. ad ædificationẽ pontium, prosint alijs q̃ his, qui subsunt illis, q has remissiones faciũt. Rñ. Papa. ꝙ cũ à non suo iudice ligari nullus ualeat uel absolui, huiusmodi remissiones illis solummodo prosunt, quib. proprij iudices hoc concesserunt. Nota ꝙ sñia a non suo iudice lata non tenet. Item arg. ꝙ clericus sine licentia sui epi in aliũ iudicem ẽt ecclesiasti cum consentire non potest. Item remissiones vel indulgentiæ illis tantum prosunt, qui remittenti uel indulgenti subsunt.

† debes.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. cõpi. & post t6ci. Lateran. sub Alc. 3. par. 35. c. 4. Vide Spe. titu. de pen. & remissio. Et de materia plenissimè turrecre. de pœnit. di. 1. §. item in leuitico.

ne a hoc fecit. Quare in his debetis † talem discretionem habere, vt alij & ipse idem pro austeritate pęnitentiæ à seruitio Ecclesiæ nullatenus retardétur, b nec aliquod salutis periculum debeant formidare.

¶ Idem archiepiscopo Cantuarien.

¶ *Indulgentię, quę conceduntur per Prælatos non subditis, non prosunt, nisi proprij iudices hoc concedant.*

CAP. IIII.

Quod† autem consuluisti, vtrùm remissiones, quæ fiunt in dedicationibus. c ecclesiarum, aut conferentibus ad ædificationem pōtium, alijs prosint, quam his, qui remittẽtibus subsunt: Hoc uolumus tuam fraternitatem tenere, quod cum a non suo iudice d ligari nullus valeat, vel absolui: remissiones prædictas prodesse illis tantummodo arbitramur quibus vt prosint e proprij iudices f specialiter indulserunt. g

c In dedicationibus.] Hodie indulgentia, quæ in consecrationibus ecclesiæ fit, non debet excedere annum, siue fiat ab vno, siue a pluribus epis in anniuersario consecrationis: & in aliis casibus vltra xl. dies huiusmodi indulgentiæ hodie non excedunt, inf. eo. cum ex eo. §. vlt.

d A non suo iudic.] inf. eo omnis, §. 1. sup. de iudi. at si clerici, & sup. de consuet. ad nostram. & C. si a non competen. iudi. l. 1. potest exponi, idest, à non suo iudice factas.

Gl. seq. quærit quid valeant remissiones, ponit quatuor op. & sol. demum quærit & soluit.

e Vt prosint.] Quid valeant tales 1 remissiones, vetus est querela, adhuc tamen satis dubia. Quidam dñt quod valent tantum quo ad Deum, nõ quo ad ecclesiã: quo ad Deum, qm̃ si quis sine mortali decedat, non tamen acta condigna pnia de peccatis, pœnam purgatorii minus sentiet pro modo 2 remissionis sibi factæ in vita ista; ecclesia tamen uiuenti ob hoc debitam satisfactionem non relaxat. Alii dñt, ꝙ valent quo ad ecclesiam, sed tunc tñ, cum peccatum per contritionem vel per satisfactionem sufficiẽter punitum est; tunc enim ꝙ ex superabundanti ecclesia imposuit, & quo ad Deum, & quo ad ecclesiam omninò per tales remissiones remittitur. Alii etiam dixerunt, quod omninò prout dantur, proficiunt & quo ad Deum, & quo ad ecclesiam; sed qui eas faciunt, se onerant, tenentur enim eleemosynis suis & orationibus eas supplere; alioquin grauiter in purgatorio punientur. Alii dicunt, quod ualent tñ ad remissionem illius pniæ, quæ negligenter est omissa. Sed ex hoc cõtrarius colligitur, quod qui iniungit pœnitentiam sicut sibi videtur, imponit & concedit, ut eam per has remissiones vel in totum, uel in partem redimat: quod si fecerit, ut hic dicitur, valent remissiones ad relationem iniunctæ pniæ: alioquin non. Hoc tamen verum est, quod licet non valeant ad relaxationem iniunctæ pniæ quo ad ecclesiam, ualent tamen ad minorem pœnam peccati quo ad Deum, sicut alia bona. Sic ergo si iudex iniungit alicui septẽnem pniam, & non concedit, vt possit redimere: licet ipse vel alius pro eo generalem faciat remissionem ad pontẽ vel ad alium locum, qui ponti confert de suo, quantitatẽ pniæ sibi iniunctæ quo ad ecclesiam non diminuit. Ala. Et hoc qđ dr̃ in hac lr̃a, intellige uerum cum peccatum p contritionem omnino dimissum ẽ. Nam pro omni peccato duplex pęna debetur, tẽporalis & æterna, de pœ. di. 1. si peccatum Dauid, &c. sicut primi, sed per contritionem pęna æterna dimittitur, de pœ. di. 1. verbum Dei. Tẽporalis vero, f. p satisfactionem, ut in prædicto c. si peccatum. Et pro ista pœna qua litercũque satisfaciat ecclesiæ, dummodo non decipiatur ecclesia, suffi. it, & absolutus ẽ quẽ absolu t. & ligatus quem ligat, 24. q. 1. quodcunque. Sed imposita septenni pœnitentia, datis vij. denariis, habet vij. ann. remissionis ualituros sibi pręcepto imponentis sibi pœnitentiam: Nunquid vltra ieiunare tenetur? Rñdet, si in ueritate satisfecerit ecclesię, non tenet ex necessitate ieiunare, sed ex honestate: & si contemnat peccat mortaliter 3 pro contemptu. Dẽt. n. sp dolere de peccato, de pœ. di. 3. productior qa nescit an dimissa sint ei peccata. ar. supra de purg. can. c. vl. ibi, & si simplex fuero &c. cũ suis concor. & si commodè pt adequari pęna cũ pcedenti culpa, saltẽ dẽt. arg. de pęni. dist. 1. vide benignũ. Vñ Apo. Sicut exhibuistis membra uestra, &c. 47. di. oẽs huius seculi. & punire in se ꝙ deliquit, de pœ. di. 1. si peccatum, & de pœnit. dist. 3. pœnitentia est. T.

1 De materia hui9 gl. præter Doct. hic vide Theolog. li. 4. sen. di. 20. & 21. & Sũmistas I verbo, Indulgẽtia. & Fel. in sermone de indulgẽtia.

2 Idest, si habuit annũ in dulgẽtiæ, tãto min9 erit ĩ purgato q̃ to min9 fuisset, si per anũ in uita pę nituisset, secũdum Inn. Io. An.

† Cap. 1. eo. t. in 2. cõp. De mat. Al. de Ales p. 4. mẽb. 9. & B. Th. 3. p. qõ. 85. ar. 3. & qõ. 90. art. 4. quos videro.

3 Talis. n. ac tantus pt esse contẽpt9, vt hoc dictũ. glo. sit verũ.

Gl. seq. dupli iter exponit qđ de iudicib. dicit text.

f Iudices] i. epi: quia alii inferiores Prælati hmõi remissiones facere non possunt, supra de excess. pla. accedẽtib. Vel dic iudices, i. proprii sacerdotes cũ iniungunt pnias suis parochianis, possunt eis concedere, ꝙ tales remissiones sibi prosint, si de bonis suis contulerint prædictis locis, & hoc fauore pęnitentiæ; vt sic diuersis modis possint liberari à peccatis.

g Indulserunt.] Arg. ꝙ clericus sine licentia epi sui alium iudicem ẽt ecclesiasticum eligere nõ pt, ĩ eo. oĩs vtriusq. § j. & s̃. de fo. cp. significasti. vbi ẽ hoc expressum.

¶ Idem Beluacen. episcopo.

¶ *Non est verè pœnitens, qui peccandi animum non deponit, tamen recipitur eius confessio.*

CAP. V.

Quod† qdam ad cõfessionem de cri-

Quod qdã.] Nõ ẽ respũda cõfessio nõ valẽtis abstinere a peccato, sed sẽt recipi, & sibi exhiberi prouidum consilium. h. d. Primo ponitur consultatio. Scđo responsio. Secũda ibi, [Consultationi.] Abbas Siculus.

CASVS. Aliq qñq; veniũt ad cõf. ssionẽ de crimĩ. suis, & petũt sibi pniam iponi; tñ nolunt de oĩb ɔteri, dñt se ɔtinere nõ poss. ; qrit quid de his sit agẽdũ? Rñ. Papa ꝙ eorũ cõfessio audiẽda ẽ, & eis ẽ de criminalis ɔsiliũ ipẽdẽdũ: qa licet hmõi pnia nõ sit vera quo ad uitã æternã, admitti tñ dẽt eorũ cõfessio: & pnia est illis imponẽda. No. ꝙ confessio nõ verè pœnitẽtis dẽt recipi ab ecclesia.

Non

a Non sit vera huiusmodi pœnitentia.] Talis pœnitentia non est vera i. fructuosa. 1 quo ad vitam æternam, tamen valet ei, quia sentiet fructum eius cum de alio crimine pœnitentiam egerit, de pę. dist. 3. §. pen. & vlt. & ideò talis confessio admitti debet, prout hic dicit. Sed pone ꝙ nō pęniteat de alijs, valebit ei pęnitētia? vtique; Nam omnia bona, quæ quisque facit in vita, illa prosunt ei ad uitam ęternā promerendam, vel saltē ad minus suppliciū subeundum, de pęn. dis. 3. pen. & incipit, si quis autem. Item ad bonum tēporale obtinendum, de pœ. d. 3. §. cauendū, & 22. q. 2. si qualibet culpa aut ad hoc ut Deus citius illustret cor eius ad ueram pęnitentiam, de pœniten. dist. 5. falsas. T.

1 Ne quis fallat ex doctr. huius gl. vidēdus est Cou ar. in ca. alma mater, de sen. exc. li. 6. in priori p. relectionis, §. 4. n. 12. ad. de Beatum Th. in qō. ad ditis ad 3. p. q. 14. ar. 4.

ADDITIO. Vndè versus: Quæ cū mortali bona fiunt, dant bona terræ.

Cor faciunt humile, minuūt tormenta gehennæ.

¶ Gloss. seq. inducit sex iura in cōtrariū, & soluit.

b Admittenda est.] Arg. cōtra 24. q. 2. legatur, 90. dist. si quis contristatus. & certè si adhuc facit, nō pęnitet, de pœn. dist. 3. pęnitentes & Deus nunquā aliquem sanauit, quem non omninò liberaret. dis. ea sunt plures. 2 Item arg. cōtra 27. q. 1. quę Christo, & c. deuotā. Sol. prima cōtraria, scilicet legatur pęnitentes sunt plures. intelliguntur de vera & fructuosa pœnitentia, in c. contristatus. compellitur quis recipere satisfactionem, illa duo c. deuotam, quæ Christo, intelliguntur non de pœnitentia, sed de fructu pœnitentiæ, idest Eucharistia.

1 Ca. 3. ti. de ferijs, in 2. comp. alia pars sup. de senis cap. licet.

2 Et sup. de bapt. maiores, uersi. ad hoc, & ibi satisfactionē, vt remittat iniuriā. Io. And.

...minib. veniunt, & quamuis confiteri velint, se tñ asserūt abstinere nō posse: Consultationi tuę taliter respondemus quod eorum confessionem recipere debes, & eis de criminibus consilium exhibere: quia licet non sit vera huiusmodi pœnitentia, a admittenda est b tamen eorum confessio, & crebris & salubribus monitis pœnitentia indicenda.

¶ Idem Tribunieñ. archiepō.

¶ *Qui ex pœnitentia debet certa die in pane & aqua ieiunare, potest deficiente pane alijs cibarijs vti.*

CAP. VI.

Licet † tam veteris, quam noui testamēti pagina: & inf. ¶ Si aūt illi qui aliquos dies in pane & aqua ex iniuncta sibi pœnitentia tenētur peragere, panem, quo vescantur non habent, leguminibus. c aut piscib. aut alijs cibarijs reficiantur, si necessitas id exposcat: † Discretione tamē adhibita, quod his non ad delicias, d sed ad sustētationem vtanť.

¶ Clemens tertius.

¶ *Sacerdoti Gręco procuranti vel studiose negligenti oppressionem filiorum non imponitur pęnitētia publica, sed debet abstinere ab altaris officio, & aliter in secreto agere pęnitentiam: sed si delictū est publicum, debet publicè agere pęnitentiam.*

CAP. VII.

Quęsitum est, vtrū sacerdotibus Gręcis, quibus legitimo matrimonio e licet vti, pęnitētia publica sit imponēda, si eam sibi postulent pro filijs oppressis iniungi? Huic igitur consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si ipsis procurantib vel studiosè negligentibus, f filij in lectis reperiuntur oppressi, ab officio altaris debēt perpetuò abstinere: & eis grauior quàm laicis, non tamen publica (nisi in publicum g id ...

Licet.] Primò ponit dictum: Secundò eius determinationem: ibi, Discretione. Abbas.

¶ CASVS. Dicitur hic, quod si quis ieiunare debet in pane & aqua, & non habet panem, leguminibus, & piscibus vel alijs reficiatur, si necessitas id exposcat: adhibita tamen discretione, vt non ad delicias, sed tantum ad sustentationem utatur. Nota argum. quod necessitas licitum facit quod aliàs non licet.

c Leguminibus.] Arg. quod si alicui est iniunctum, vt in pane ieiunet & aqua, nō debet aliud sumere, quia iā non staret in finibus pęnitentiæ, & hoc est uerum nisi necessitas 3 eum arctaret arg. 82. dist. presbyter. Necessitas enim semper intelligitur excepta, quæ legem non habet, de consecr. distin. 1. sicut, & inf. de reg. iur. quod non est. & sup. de consuet. quanto.

3 Inopię ut hic uel infirmitatis, de obser. ieiu. consilium, §. fi. Io. And.

d Non ad delicias.] prohibetur enim sępè non cibus, sed abusus: vt 41. dist. c. 1. 2. & 3. & est arg. ad hoc, 4. dis. denique.

Quæsitum.] Sacerdotes Greci procurantes uel studiose negligentes oppressionem filiorum suorum, deponuntur, & si est publicum, publicè puniuntur. h. d. Primò ponitur quæstio: Secundò responsio, ibi, Huic. Abbas Siculus.

CASVS. Presbyteri Græci, qui vtuntur matrimonio in minorib. ordinib. contracto, quandoq; cōtingit, quod opprimunt filios suos in lecto: quæritur, vtrū publica pęnitētia sit eis imponenda ꝓ filijs oppressis, si eā sibi petāt iniungi? Respon. Papa. ꝙ si ipsis procuratorib. vel studiosè negligentib. filijs, oppressi reperiūtur, ab officio altaris debent perpetuò abstinere, & grauior pęnitentia quam laicis est eis imponenda: non tamen publica, nisi in publicum id veniat: sed si ex incuria ipsorū mortui sūt in cunis, & illud est occultum, pęnitētia eis imponatur ꝓ arbitrio sacerdotis, & ad terrorem aliorum ad tps abstineāt ab officio Missę. Nota quod procurare mortem, & studiose negligere, parificatur. Item clerico maior pęnitentia quam laico debet imponi: quia quanto gradus altior, tanto casus grauior siue lapsus. Itē clericis est pœnitentia publica imponenda, nisi crimen illud pro quo imponitur, publicum esset. Itē qui occultè peccat, occultè puniri debet. Item pęnitentiæ sunt arbitrariæ.

† Exposcat.

† Ca. 1. eo. ti. in 2. compi.

e Matrimonio] contracto in laicali habitu, vel dum erant in minoribus ordinibus, supra de cler. coniug. cum olim.

f Negligentibus] Negligentia enim imputatur, supra de iniur. & dam. cap. vlt. quia dissoluta negligentia prope dolum est, ff. mandat. si fideiussori 1. respon. 50. dist. sępè. & dissoluta negligentia habetur pro conscientia. ff. de ædil. edic. cum sex. 4 qualis est ignorantia Iudæorum, qui nolunt intelligere, vt benè agant, 1. q. 4. §. vlt. sic 37. dist. in c. vlt. Ber.

4 Tempus redhibitoriæ ꝓfixum non currit emptori ignorāti latus uitiū fugitiui: secus si dissoluta esset emptoris ignorantia Io. An.

¶ Gl. seq. reci. per q. & signat contrarium.

g Nisi in publicum.] Tunc enim sacerdos publicam potest facere pœnitentiam, 28. distin. presbyter, vbi de hoc. & 30. distin. si quis presbyter, sed non solemnem de qua habes 50. distin. in capite. de qua etiam intelliguntur illa cap. 50. distin. confirmandum. illud alienū. quam clerici facere non debent, sed depositus solemniter publice pęnitere potest; de pęn. dist. 6. sacerdos, & 30. qō. 1. si quis sacerdos. Item arg. contra id quod dixi de publica pęnitentia 82. dist. presbyter si. vbi dicitur, presbyter publicè pęnitere non debet, sed exponitur, publice, idest solemniter. Si autem occultum est peccatum nec publicam sacerdos facere debet pęnitentiā, vt hic

hîc patet. & sic potest intelligi illud, 82. distin. presbyter si. vt non pœniteat publicè cum peccatum est occultum. Sed in casu isto posset agere pœnitentiam etiam solemnem, cum sine spe restitutionis de tali crimine priuatus sit, sup. de temp. ord. c. vlt. ergo multò fortius publicam, ex quo crimen venit ita in publicum. Ber.

a Pœnitentia debet imponi.] De hoc dictum est sup. de his qui fil. occid. de infantibus.

b Incuria.] quod prima facie præsumendum est arg. sup. de præsump. afferte. Vnde etiam lex ꝙ repentini casus iniquitas per iacturã paternæ pietatis emendanda est, C. de inoff. test. si mater.

c Arbitrio.] 26. quæst. 7. tẽpa pœnitudinis, & inf. c. proxi.

DEus qui.] CASVS. Liuonien. de nouo conuersi erãt ad fidẽ, nihilominus tamẽ aliquando cõmittebant excessus: quæsiuit eps Liuonien. & quidam fratres qui cũ eo erant, qualiter esset eis pœnitentia imponẽda: Respondet Papa, ꝙ pœnitentia nõ tã secundum quantitatẽ excessus, quàm secundum pœnitẽtis cõtritionem est moderanda, pensata qualitate personæ, super fornicatione adulterio, homicidio, & alijs criminib. cõsideratis ẽt circũstantijs oib. & pręcipuè nouitate Liuonien. ecclesiæ, pœnitẽtia delinquẽtibus est imponenda, prout saluti eorũ viderint expedire, sequentes Apostoli vestigia dicẽtis: Lac dedi vobis potũ, nõ escã eos paulatim instruendo in fide, confessionis formã, orationem Dominicam, & symbolum illos sollicitè edocentes: interim tñ sacrm̃ corporis, & sanguinis Domini consuetis festiuitatibus, & in mortis articulo tribuant eisdem. No. hanc decretalem pro illis, qui iniungunt pœnitentias quid attendere debeant, s. quantitatem excessus, pœnitentis contritionem, qualitatem personæ. Item nouitas fidei in hoc debet attendi. Item à leuioribus debet quis incipere, quando nouus est quis non solum in fide, sed etiam in doctrina.

d Arbitrium.] sup. c. prox. de pœn. dist. 1. mensuram.

e Circunstantijs.] intra eo. omnis. arg. quod circunstãtiæ aggrauant peccatum, sup. de homic. sicut dignum, s. responso, 40. distin. homo Christianus, de pœniten. dist. 5. c. 1. 23. quæst. 8. occidit.

f Nouitate.] propter nouitatem detrahendum est iuri, vt 35. q. 3. quod scripsi, & sup. de diuor. Deus qui.

g Prout saluti.] quia hoc solum benè agitur, vt vita hominum corrigatur, 23. q. 5. prodest.

veniat) pœnitentia debet[a] imponi. ¶ Verum si ex incuria[b] ipsorũ mortui inueniãtur in cunis, & illud fuerit occultum, eis pœnitentia pro arbitrio[c] pœnitentiarij imponatur: & in terrorem aliorum † ad tempus abstineant à celebratione Missarum.

¶ Innocent. 4. Liuon. epo, & eis qui cum ipso sunt fratribus.

¶ *Sacerdos pœnitentiam arbitrari debet secundum quãtitatem excessus pœnitentis, & contritionem, & aliàs circunstantias, h. d. quo ad titulũ.*

CAP. VIII.

DEus † qui ecclesiam suam: & inf. ¶ Ceterum cũ pœnitentia non tam secundum quantitatem excessus, quàm pœnitentis contritionem, per discreti sacerdotis arbitrium[d] sit moderanda, pensata qualitate personę, super fornicatione, adulterio, homicidio, periurio, † & alijs criminibus, consideratis circunstantijs[e] omnibus, & pręsertim nouitate[f] Liuonieñ ecclesiæ, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout[g] saluti eorum videritis expedire.

¶ Apostoli autem vestigijs inhærentes, dicẽtis: Lac vobis potum dedi non escam: paulatim[h] eos instruatis in fide: cõfessionis formam,[i] orationem[k] Dominicam, † & symbolum[l] illos sollicite edocentes. Interim tamen corporis & sanguinis Domini sacramentum renatis fonte baptismatis, consuetis[m] festiuitatib. & in mortis[n] articulo tribuatis.

† Arg. adhoc in l. aut facta, §. fi. de pę. & l. cum qui. ff de iniur.

† Cap. 1. e. ti. in 3. cõp. pars huius §. de vi. & hon. cler. & de diuor. c. Deus q. Vide Turrecrè in ca. mensurã, de pęn. dis. 1. & Sylu. verbo, confessor. 4.

† Vox, periurio, deest in antiquis codicibus.

1. Cor. 3.

¶ Idẽ S. Lauren. in Lucina presbytero Card. Apost. sed Legato.

¶ *Auditur mulieris confessio, quæ sibi partum alienum supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit, nec illud marito vult detegere.*

CAP. IV.

AD† eminētiam sedis Apostolicę: & infra. ¶ Sicut ex parte tua nostris est aurib. intimatū, tibi extat dubium, vtrū absolutionis beneficiū assequantur qui pro iniectione manuum in clericos, vel aliàs religiosas personas excōicationem incurrerunt, & à legatis Cardinalib. qui à latere a Romani Pontificis destinantur pro tempore, b absoluūtur: cum iidem legati mandatum super hoc non ostendāt expressum. Super quo id à te volumus obseruari, vt eos† habeas absq; omni hæsitatis scrupulo absolutos, quos constiterit à talibus beneficium absolutionis adeptos.

¶ Idem.

¶ *Generalis excommunicatio non ligat nisi subditos proferentis.*

a A latere.] Qui dicantur missi à latere dñi Papæ, hēs s̄. de off.leg.c.pen. & vlt. & in cōst. Inn. 4.eo. ti. officij nostri.

† Aliàs, oēs, vt hic obseruat Hos. sed in Vaticanis vt est impressum.

b Pro tempore.] id est, postq̄ egressus est vrbē, quousq. reuersus est, licet iurisdictionē nō habeat nisi in ea prouincia, q̄ sibi decrēta est, ff. de offi. proconsul. l. j. & vl. & hoc ex off. legationis licet eis, quamuis de hoc non habeant spetiale mandatū: vt hic dicit. & s̄. de of. leg. post translationem, & j. eo. quamuis, & sup. eo. ea noscitur, de alijs qui non sunt missi de latere Papæ an possint tales absoluere, habes s̄ de offi. lega. c. pen. & vlt.

ANobis.] Primo ponitur quæst. Secundò solutio ibi, Ad quod. Abb. Sic.

CASVS. Quidam eps protulit snīam excōicationis sub hac forma: Qui furtum fecerit, sit excōicatus: q̄ritur vtrum hæc gnalis snīa referatur ad subditos excōicatoris tm̄, an extendatur ad oēs, qui non sunt de iurisdictione illius? Ad hoc rñdet Papa, q hac snīa non ligantur nisi subditi ipsius excōicatoris: nisi fortè plus contulerit maior auctoritas delegantis. Not. quod snīa iudicis non ligat vel absoluit illos qui non sunt de sua iurisdictione. Item sententia quæ certas personas comprehendit, auctoritate maioris extenditur & prorogatur ad alios, qui non sunt de iurisdictione proferentis. Item sententia quæ nulla est potest rata haberi, & erit aliqua.

c Quisquis furtum.] Hac forma verborum omnes nominatim intelliguntur excommunicati, qui furtum committunt, tanquam expressis proprijs nominibus, ff. de libe. & posthu. nominatim & Insti. de exhęre. libe. §. masculos.

[Glo. seq. obijcit & soluit, contra solutionem obijcit & respondet, demum quærit, arguit pro & contra, & soluit.

d Non nisi subditi.] Sed contra videtur, quia ratione delicti efficitur quis de iurisdōne illius, q. tulit sententiam, 6. q. 2. placuit, & 3. q. 6. ibi enim causa, C. vbi de enim. agi. opor. Auth. qua in puincia, & s̄. de priui. ex tuarum. vbi de hoc, ergo vniuersi ligant. cum quantum ad hoc sint eius subditi. Rñdeo si gñaliter intellexit, quisquis furtum fecerit vbicunq; clausula ista non refertur nisi ad subditos, vt dicit hic: qm̄ extra parochiā suam nullam hēt iurisdōnem: vñ illa snīa nō extenditur vltra terminos suæ iurisdōnis, 1 ff. de iuris. om. iu. l. vlt. & s̄. de offi. leg. nouit. Cōprehendit ergo tm̄ subditos suos et delinquentes in eius parochia, cū ex hoc ipsi subditi sint: nā ratione delicti sortit̄ qnis forū, s̄. de fo. compe. c. vlt. & in p̄. li. cōcor. nam & p̄ses prouincię aduersus extraneos homines hēt imperiū, cū malū cōmiserint, ff. de off. p̄si. l. 3. nec distinguit vñ sint, vt ibi. Sed vr̄ q p talē snīam nō sint ligati alij de alia prouincia: cum ipsi ignorēt talē snīam, licet ibi delinquāt, & efficiāt de foro illius, vt per hoc illos possit punire: snīa. n. non ligat ignorātes, & pcipuè illos quib. publicata non est 82. d. proposuisti, 16. d. quid dicitis. Dicas q bñ sunt excōicati quia incidunt in factū damnatum, & quicunque facit factum iam per sententiam excommunicationis damnatum, iudicatur excommunicatus quasi a canone, arg. 24. q. 1. c. 12. & 3. & propter delictum ibi commissum intelliguntur esse de parochia sua, & sic excommunicati sunt, nec excusantur eo quod dicunt se ignorasse sententiam, quia ipsi cum rem illicitam & prohibitam faciant, statim sunt in culpa, 2 & potuerunt quærere de hoc. Quid si moriatur vel transferatur ad aliam ecclesiam, qui tulit illam sententiam, nunquid tenet post mortem vel recessum, vt qui contra faciant sint excommunicati? Videtur quòd sic, quia scripta episcoporum anathematizant etiam post mortē, & facere p̄nt decretum: ita vt qui cōtra facit puniatur, 3. q. 4. nullus, & s̄. de maio. & obed. c. 2. & sup. de offi. leg. c. vl. arg. contra: dicit lex, quod interdictum non durat vltra iurisdictionem interdicentis, ff. de pœn. l. vlti. dici potest, quod interdictum siue sententia excommunicationis simpliciter lata non durat vltra tempus proferentis, nisi successor eam confirmet, & ratam habeat. Sed cum diffiniendo statutum siue decretum aliquod facit, ligat etiam post recessum: quia statuta talia perpetua sunt, s̄. de off. lega. c. vlt. ff. de off. præse. vrb. l. 1. §. vl. C. de postul. l. 1. nisi expressim per successorem reuocetur. Ber.

CAP. XXI.

ANobis† fuit ex parte tua quæsitum, vtrum si quis ita pronunciauerit: Quisquis c furtū fecerit excōicatus sit, hęc generalis clausula ad ipsius excōicatoris subditos referatur, an generaliter extēdatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius? Ad q dicimus quod hac sentētia non nisi subditi d obligant: nisi fortè plus e cōtulerit maior & largior auctoritas delegantis.

†Ca. 10. eo. ti. in 2. cōp.

1 Intellige hāc decretalē sm̄ illā c. 2. de cōst. l. 6. & de intellectu vide Couarruuiā in ca. alma mr̄. de sent. exc. li. 6. pa. 1. §. 10.

¶ Idem.

¶ *Qui cum effractione spoliant ecclesias, excommunicati sunt, & per Papam tantum post denuntiationem absoluuntur.*

1 Neq; extēdit ad subditos extra diœcesim suā furtū cōmittētes, quit declarauit Bonifaci⁹ octauus i c. 2. de cōsti. li. 6. & recte hic admonet glo.

CAP. XXII.

COnq̄sti † sūt nobis Regi. canonici, q I.

†Ca. 11. e. ti. in 1. cōp. 9.

2 Nō sequit sm̄ Host. si obligati sūt ad culpā & ad pœnā induci q. maior. accusa. pos. ca. si. C. de adul. l. si ea. dicit ergo arbitrandum hoc ex nouitat: aduentus vel ex mora q. traxit in loco & in dubio relinquend⁹ suo, s̄. eo. si veru, 2. Io. And.

e Nisi fortè plus.] Arg. quod sententia quæ nulla est, potest rata haberi, & erit aliqua, 2. quæst. 1. in primis. Ber.

COnquesti.] Primò ponitur querela: Secunda iudicum datio: Secunda ibi, Quoniam igitur. Abbas.

C A-

CASVS. Canonici Regiñ. conquesti sunt Domino Papæ, q̃ I. de Malafrena, & quidam alij sequaces illius, quasdam ecclesias Regiñ. epatus fregerunt, spoliantes easdem: Mandat Papa quibusdam, quatenus si est ita, prædictos sacrilegos excommunicatos denuntient, & faciāt arcti⁹ euitari, donec passis iniuriā cōgruè satisfaciant, & cū litteris veritatem continentib. ad Apostolicā sedē accedāt. No. q̃ effractores ecclesiarum ipso facto sunt excōicati, & post denuntiationem excōicationis eorum, à solo Papa sunt absoluendi, vt hic videtur.

[Gl. seq. arg. & distinguit, ponit opi. Hug. quam determinat.

a Excōicatos nuncietis.] Ergo vr̃ ex hoc q̃ ipso iure sūt excōicati hmōi sacrilegi, q̃ verū est de hmōi violatorib. & effractorib. ecclesiarum siue incēdiarijs, 11. q. 3. canonica & 17. q. 4. oēs ecclesiæ, de quib. intelliguntur illa duo capitula. Alij verò non sunt excōmunicati ipso iure, sed excōicantur vt dictū est s. eo. tua. Hug. tamē dixit, quòd illa c. nō sunt latæ sententiæ, sed hę decr. contrarium ostendit, & ita etiam seruatur. sed Hug. intellexit c. illa nō de effractorib. ecclesiarū, ‡ sed de his qui aliunde aliqua rapiunt præter effractionem.

b Repręsentēt.] Ex quos .n. incendiarij vel effractores ecclesiarū publicè denuntiati sunt, non possunt absolui nisi à Papa: sed ante benè si satisfacere volunt, quia conditor canonis ante denuntiationem eorum non retinuit sibi eorum absolutionem, inf. eo nuper, & hoc ad terrorem omnium statutum fuit propter enormitatem excessus, sup. eod. tua B. r.

de Malofrena, & eius sequaces, quasdā ecclesias Regiñ. episcopatus violēter confregerūt, easq; spoliare minimè dubitarūt. ¶ Quoniam igitur grauia sunt, nec clauis debent oculis pręteriri: Mādamus, quatenus si est ita, memoratos sacrilegos excōicatos [a] nuncietis, & faciatis sicut excōmunicatos arctius euitari, donec passis iniuriam congruè satisfaciant, & damna (pro† eis) data resarciant, & cum litteris vestris rei veritatem cōtinentibus Apostolico se conspectui reprę̃sentēt [b].

¶ Idem.

¶ Percutiens, vel etiam interficiens clericum se dimisso clericali habitu senis enormitatibus immiscentem, non tenetur ire pro absolutione ad sedem Apostoli. Ita generaliter summari potest.

CAP. XXIII.

PErpendimus† ex litteris tuis, q̃ quidam sacerdos pro eo, quod se filium regis falsò nominare præsumpsit, & armis acceptis seditionem fecit & guerram, à B. Comite iussus est fustigari: qui postea eius mandato traditus patibulo, expirauit: & inf. ¶ Fraternitati tuæ duximus respondendū, q̃ si memoratus sacerdos tali modo excessit, & nō propulsando, [c] sed inferendo iniuriam fuit occisus: nō videt̃ nobis q̃ interfectores eius propter hoc ad obtinendā absolutione, [d] Apost. sedem adire cogantur. [e] Tu verò qui merita personarum bene nosti, pę nitentiam eis competentem [f] iniungas.

¶ Idem.

¶ Iudex ecclesiasticus faciēs percuti clericum per laicum, etiam causa disciplinæ, excōmunicatus est, & ipse & verberans pro absolutione tenentur ire ad Papam.

CAP. XXIIII.

VNiuersitatis† vestrę consultationem accepimus, qua nos requisistis vtrum laicus incidat in excōmunicationis edictum, qui ad iussionem†

PErpendimus.] Primò ponitur consultatio: secundò responsio ibi, Fraternitati tuæ. Abb.

CASVS. Quidam sacerdos qui nominabat se filium regis, acceptis armis seditionem fecit & guerram, propter quod Comes quidam iussit illum fustigari, qui postea de mandato eiusdem fuit suspensus: quæsitum fuit, vtrum occisores illius sint excommunicati? Respōdet Papa, quod si sacerdos tali modo excessit, & nō propulsando iniuriam fuit occisus, sed alijs inferendo interfectores illius non sunt excommunicati pœnitentiam tamen iudex iniungat eis competentem, secundum merita personarum. No. q̃ vim vi repellere licet. Item clericus immiscendo se enormitatibus amittit, priuilegium canonis, si quis suadente i.

c Non propulsando.] Nam vim vi repellere licet, s. eo. si verò. §. 2. & s. de homi. significasti, vbi de hoc.

[Gl. seq. signat contrarium, & remittit.

d Absolutionem.] sic s. eod. cum non ab homine, & s. de apost. c. 1. j. eo. in audientia, cōtra. sed illud solutū est sup. eo. cum non ab homine.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.

e Cogantur.] Sed contra videtur: clericus non potest renūciare priuilegio suo j. e. contingit j. s. de fo. cōpe. si diligēti. Dic quod manendo clericus nō potest renuntiare, vt in s̃rijs, sed apostatando ab habitu suo post trinam: admonitionē vel immiscē do se enormitatibus, priuilegiū amittit, vt hic patet, & s. eod. cum nō ab homine & j. e. in audientia, & c. vlt. & s. de cle. coniug. capitulo penul. arg.

[Gl. seq. exponit, & quærēdo obijcit, & soluit.

f Competentem.] Paulo maiorē quā si in laicos talia cōmisissent, s. eod. cū nō ab homine, in fi. Sed quare imponit ei pœnitentia, quia q̃ auctoritate iudicis malos interfecit, minister Dei est, 23. q. 5. miles, & c. q̃ malos. Satis pōt dici ad cautelam imponit pęnitētia, si Comes ille habeat potestatē hoc faciendi: alias secus est: vt hic, & in cap. cum non ab homine, in fi. Ber.

VNiuersitatis] Abbas qui facit per alium monachum verberari, ipse & verberans sunt excommunicati, & non absoluuntur nisi à Papa. In prima parte ponitur consultatio: In secunda responsio, ibi, Nobis. Abb. Sic.

CASVS. Quidam laicus existens in seruitio cuiusdam abbatis, de mandato ipsius in clericum, monachum, vel conuersum, manus iniecit temerarias, maximè vbi causa non subest propter quam debebat verberari; quæritur, vtrum laicus ille incidat in excommunicationem? Respondet Papa, quod nisi abbas in propria persona hoc faciat causa regularis disciplinæ, vel si necessitas immineat, per clericum, vel per monachos hoc faciat, tam ille qui tales verberari facit, quam qui verberat, excommunicatus est, etiam si causa subesset propter quam debeat verberari. Nota quod disciplina regularis per laicum imponi non debet, sed per abbates, vel per monachum, vel clericum.

¶ Maximè

† Hæc duo verba, p̃ eis desūt ī vetustiorib. & emendatiori bus exēplarib. & in omnibus Vaticanis.

‡ Adde quis sit effractor in l. 3. §. effracturæ, & ibi no. ff. de of. pręfe. vig.

† Ca. 12. e. ti. in 2. cōp. Et de intellectu p̄ter doctores hic vide Albertinū in repetitio nec qm̃. de hr̃t. li. 6. q. 14. circa finē. & de materia Syluestrū verbo, excōicatio. 6.

† Ca. 13. eo. ti in 2. cōpi. Et vide hic p̄ alijs Horicū. Boich.

† Ergo ī illicitis non est Dñis obtempetādū. facit q̃ no. Baldus in l. seruus, C. ad l. Iuliam de ui publi.

a Maximè vbi causa non subest.] Ideò dicit, maximè, quia idem est etiam, si causa subesset: vt inf. sequitur, sed hoc executor non considerat, qui exequi debet siue sententia sit iusta siue iniusta, supra de off. deleg. pastoralis. §. quia verò.

clericali? Respondet Papa, quod huiusmodi clerici si à Prælatis suis tertio commoniti noluerint arma militaria deponere: de priuilegio clericorum subsidium aliquod habere non debent: cum frustra legis imploret auxilium, qui committit in legem: & lex huic responso præstat optimū arg.

[Gl. se. alleg. vnam concor. & duo iura in ɔtrariū, & soluit.
b Persona.] lic. 5. q. 5. illi qui, arg. ɔ. 86. dist. non liceat, & C. de episc. & cler. Aut. sed neque. Sol. aliud est in episcopo, & speciale, qui suis manib. nullum ꝑcutere dēt, cui sanctitas ignoscē di gloriā dereliquit C. ē epis. & cler. si qs in hoc, sed abbas hoc facere potest: vt hic, & 45. dist. cū beatus.
c Fieri iubeat.] moderatè, ita ꝙ non excedat debitam correctionē alias pōt appellari ab ipso, s. de offi. or. irrefragabili, & puniri ēt debet, s. de app. de priore, & incideret in canonē, quia leuis, & moderata castigatio ꝑmissa est, ɔ. eo. cum voluntate. §. 2. vbi de hoc.
[Gl. se. signat ɔtriū.
d Etiam si causa subesset.] Licet iusta causa subsit, qui aliter q̄ debeat facit, non excusatur, ɔ. eo. sacro. & sic neque in facto neque in modo faciendi debet esse peccatum, sic s. de restitu. spol. Pisanis arg. cōtra, ꝙ potius causa facti, quam ipsum factum considerari debet 23. q. vlt. occidit, & s. de acc. cum dilecti. ff. de fur. verum. nec refert vndecunq; crimina claruerint, vt corrigantur. 23. q. 4. ecce.
[Glo. seq. textum fortificat, secundo signat contrarium, & soluit.

abbatis in cuius seruitio commoratur, in clericum, monachum, aut conuersum, temerarias manus præsumit iniicere, maximè vbi causa nō subest, [a] propter quam debeat verberari.

¶ Nobis autem videtur, quod nisi causa regularis disciplinæ hoc faciat abbas in propria persona, [b] vel (si necessitas viget) per clericum, vel monachum fieri iubeat: [c] tam qui tales verberari præcipit, quam illi, qui verberāt (etiam si causa subesset [d]) excommunicationis sententiam, donec ad Apostolicam sedem veniant, nequaquam euadunt. [e]

¶ Idem.

¶ *Clericus vt laicus incedens, tertio monitus non resipiscens, perdit priuilegium clericale.*

CAP. XXV.

†Cap. 14. eo. tit. in 2 cōp. Vide Syluestrū superiori c. citatū.

IN † audientia nostra talis fuit ex parte tua proposita consultatio, vtrum clerici, qui arma militaria relicto habitu clericali, gestare nullatenus erubescunt: si eis fuerit iniuria corporalis illata, vel se à captione redemerint: illa clericorū debeāt immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum iniectione facta in clericum, excommunicatus quis ipso iure notatur? Ad hæc tibi breuiter respōdemus, quod cum frustra [f] ecclesiæ imploret auxilium, qui committit in ipsam, & lex [g] secularium Principum huic responso satis efficax afferat argumentum, qua manifestè cautum habetur, matronam, cuius pudicitia attentata fuerit, non posse iniuriarum [h] agere, si in veste meretricali [i] fuerit deprehensa: huiusmodi clerici si à prælatis suis tertio [k] commoniti, militaria noluerint arma deponere, de priuilegio clericorum subsidiū aliquod habere non debent.

¶ Idem.

¶ *Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericum, impeditus ire ad curiam potest ab inferiore absolui, sed impedimento cessante, tenetur curiam visitare, suscepturus mandatum Apostolicum.*

qua dr̄, ꝙ si matrona cuius pudicitia attentatā, in veste meretricali fuerit deptehensa, iniuriarum agere nō poterit. No. ꝙ clerici q̄ arma sumunt dummodo se enormibus non immisceant, retinent priuilegium clericale, vsque ad tertiam admonitionē. Item qui legem, vel canonem offendit, illius auxilium amittit, & sic punitur in eo, in quo peccauit. Item leges in subsidium canonum inducuntur.
f Frustra ecclesiæ.] s. de imm. eccl. c. vlt. & s. ne cler. vel mo. c. 2. & 17. q. 4. frater, s. de vsur. q̄a frustra, & ff. de min. auxiliū, in fi. & ff. quod met. cau. isti quidem.
g Lex] ff de iniur. Item apud. §. si quis virgines.
[Gl seq. alleg. concor. & simi. secundo quærit, arg. pro, & contra, & sol.
h Iniuriarū.] Nō. n. iniuriat̄ m̄rimonio, q̄ ipsum ignorauit. C. de adult. si ea. 2 Sed nec militiæ, aut ēt clericali q̄ militiā ignorat, ff. de loc. si ignorans, s eo. si vero aliquis. Quid si ꝑcussi laicū, credens 3 & volens percutere clericum: nunquid incidi in canonē? arg. ꝙ sic s. de biga. nup. & c. vlt. ff. ad l. Aquil. scientiā, § 2. arg. ɔ ff. ad l Cor. de sic l. 1. §. diu⁹, vbi iudicat̄ fm ꝙ fit, & non fm q̄d

2 Cessat adulteriū in illa q̄ venali forma, & meretritio more se vulgo præbuit.
3 De hoc articulo ꝑter Doctor. hic, vide citatos in c. si verò, 2. sub hoc eo. tit. super gl. in verbo, ignorauerit.

e Nequaquam euadunt.] Etiam si monachus consentitet, infra eo. contingit. arg. contra. inf. vt famę, vbi clerici per laicos capiuntur. Non est contra, quia in alio casu diuerso loquitur ibi de clerico, qui aliter capi, & corrigi 1 non potest, de mandato Prælatorum capiatur, & ad iudicium adducatur.

1 Idē si nōdū appareat incorrigibilis, inf. eo. si clericos. lib. 6. & ibi de hoc in 5. gl. Ioan. And.

IN audientia.] Clericus qui à Prælato tertio monitus arma militaria non deposuit, perdit omne priuilegium clericale. h. d. Primo ponitur consultatio, Secundo responsio: ibi, Ad hæc. Abbas.

CASVS. Clerici aliquando relicto habitu clericali assumunt arma militaria; quæritur, vtrum illi qui iniuriam corporalem talibus clericis inferunt, sint excommunicati, & an illi clerici adhuc priuilegio gaudeant

faciens intendit, ff. de iniur. si cū seruo, & l. ꝑce. in fine, sed in veritate nō est excōicatus li et de iniuria teneat̄.
i Meretricali.] & sic perdit priuilegium, ff. de ritu. nup. senatoris filia.
[Glo. seq. allegat duas concor. & tria iura in contrarium, & remittit. Iterum signat contrarium, & soluit.
K Tertio.] si. sup. de vita, & hon. cler. c. vlt. & infra eo. contingit. arg. contra. de aposta. c. 1. & supra eo perpendimus, & s eo. cum non ab homine, sed ibi soluitur. Item arg. contra, sup ne cle. vel mon. cap. 1. Sol. ibi non loquitur de tali captione, sed de illis qui deprehenduntur in administratione, nec ibi fit mentio de manu iniectio s; & ecclesia non defendit illos, q̄ in fraude deprehenduntur quo minus teneantur, & sic non tangit hoc.

QVod.] Enumerat quædam impedimenta, propter quæ excommunicati propter iniectionem manuũ in clericos absoluuntur ab episcopo, ita tamen vt cessante impedimento visitent Papam. h. d. Primo ponit regulam: secundo casus exceptos: tertio quandam determinationẽ submittit. Secunda ibi Nisi. Tertia ibi, Cęterum. Abbas.

†Cap. 15. eo. tit. in 2. cõp.

CASVS. Quicũque violentas manus mittit in ecclesiasticam personam, est excommunicatus, nec potest absolui nisi à Papa, vel eius legato, exceptis quibusdam casibus, q in ipsa littera continentur. Nota quòd in mortis articulo constituti, pauperes, senes, & debiles, vel alio iusto impedimento impediti, si in canonem latę sententiæ inciderint, possunt ab episcopo loci absolui.

†Aliàs, periculo, vt in codice Barbatiæ.

†Adde quis dicat senex, vt possit excusari, no. in l. si paterfam. §. in arrogationib. ff. de adopti. & in l. 2. in gl. 1. C. de his qui imple. stipen. lib. 10.

[Glos. seq. obijcit, & remittit.

a Paupertate.] s. j. eo. quamuis, contra j. eo. ea noscitur, sed ibi soluitur.

b Visitare.] sic sup. eo. de cætero, & c. ea noscitur, & j. eo. quãuis, in fi.

CAP. XXVI.

QVod† de his: & infra. ¶ Fraternitati tuæ duximus respondendum, q is, qui asserit se in canonem latæ snię incidisse, non aliter quam per sedem Apostolicam, vel eius legatum absolutionis potest beneficiũ obtinere: Nisi fortè sit in mortis articulo: †vel paupertate,[a] aut infirmitate, vel senectute tanta grauetur, † q ad Ecclesiam Ro. laborẽ subire nõ valeat veniendi: vel ab hoc alio impedimẽto canonico retrahatur. ¶ Cęterũ ab his in forma sacramẽti exigi consueuit, vt resumptis virib⁹, & opportunitate cõcessa, Romanam ecclesiã in propria psona debeant visitare.[b]

¶ Innocentius tertius archiepiscopo, Decano, & Præcentori Lugduñ.

¶ *Ligatus pluribus excommunicationibus, licet ex eodem facto, obtinens absolutionem, expressa vna causa seu vna excõicatione, non habetur pro absoluto quo ad aliam.*

CVm.] Excõicatus ex plurib. causis, si in absolutione oẽs non expressit, non habetur pro absoluto, h. d. Prima pars narrat casum: Secunda dat iudicem: ibi, Discretioni. Abbas.

CASVS. Inter G. & F. archidiaconos Cabilon. ecclesię, q̃ȯ vertebatur occasione cuiusdam excommunicationis: propter q procuratores eorũ ad sedem Apost. accesserũt: procurator G. archidiaconi allegauit, quod F. archidiaconus in succentorem manus iniecit temerè violẽtas, trahendo ipsum per claustrum: propter quod archiepiscopus ob violentam manuum iniectionem, & violationem immunitatis ecclesiæ, fecit eum excommunicatum publicè nuntiari: sed cum ipse in absolutione sua quam obtinuerat à sede Apostolica, alteram de prædictis causis nõ expresserit, non debet haberi absolutus, sed tãquam excommunicatus pro altera euitari: vndè mandat Papa iudicibus, quatenus si eis constiterit dictum F. archidiaconum propter duplicem causam excommunicatum fuisse, & alteram tantum expressisse in litteris, quas super absolutione sua impetrauit, ipsum tanquam excommunicatum cõpellant satisfacere ecclesiæ suæ pro altera. Nota quod violans immunitatem ecclesiæ, excommunicatus est. Item absolutio tacita veritate, vel falsa de causa obtenta, non valet. Item qui pro pluribus causis est excommunicatus, omnes illas causas in absolutione sua exprimere debet, aliàs non est absolutus.

c Ob duplicem causam.] scilicet quia manus violentas iniecit in fratrem, & quia immunitatem ecclesiæ violauit. Et sic colligitur hic arg. quod sacrilegi qui immunitatem ecclesiæ violant, sunt excommunicati: & ita idem esset si laicum verberasset in claustro. arg. 17. q. 4. omnes. Dic q incidit in minorẽ excommunicationẽ qa priuatus est communione ecclesiæ, ex eo quod immunitatem ecclesiæ violauit, 17. q. 4. si quis domum. & si non satisfecerit post tertiam admonitionem, maiori excõmunicatione notabitur, vt ibi dicitur, & ita non sunt omnes sacrilegi excommunicati ipso iure maiori excõicatione: & qa iste nõ satisfaciebat, fuit excommunicatus à suo Prælato, & ita ob duplicẽ causã nodatus fuit maiori sententia, vt inf. dicit, & illud cap. omnes. restringitur ad suum casum, ad violatores ecclesiarum, vt dixi sup eo. tua, & c. conquesti. vel fortè lata erat sentẽtia, vt quicunque violaret immunitatem ecclesiæ, esset excommunicatus.

CAP. XXVII.

CVm † pro causa, quę inter G. & F. Cabilonen. ecclesiæ archidiaconos vertebatur, eis cõcesserimus auditorẽ: procurator G. allegauit, qđ cum F. archidiaconus in succentorem in cõi dormitorio manus iniecisset temerè violẽtas, & eũ traxisset verberando per claustrũ: tu frater archiepiscope eũ, ob violentam manuum iniectionem, & violationem immunitatis ecclesię, fecisti excõicatũ publicè nuntiari: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit dictũ F. archidiaconum ob duplicem causam[c] excõicatum fuisse, & expresisse tm̃ alteram in litteris, quas super absolutione sua impetrauit: ipsum tanquam excõicatum[d] satisfacere ecclesię suæ pro altera, monitione præmissa, cogatis.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cõp. Et de intellectu vide citatos super glossis.

¶ Idem Abbati S. Andreæ.

¶ *Excommunicato decedenti in excommunicatione, quan-*

[Glo. seq recitetur per quæst. an plurib. de causis excõmunicatus, si in absolutione tacet alteram, adhuc sit excommunicatus. arg. pro & contra, ponit quattuor opiniones, & soluit.

d Tanquam excommunicatum.] Istud, tanquam, expressiuũ est veritatis, vt dic. si est. Ex hoc patet, q si aliqs plurib. de causis fuit excommunicatus, & vnam expressit in absolutione, & aliam tacuit, adhuc remanet excommunicatus. arg. sup. de off. ord. ex parte, ibi etiam tangitur de hoc, quia per subreptionem absolutio est obtenta, j. eo. officij. Quot enim sunt excommunicationes, tot debẽt esse absolutiones: sicut quot sunt accusationes, tot & absolutiones. 2. q. 3. §. notandum, ver. si plura. & de pœ. dist. 5. c. 1. vbi dicitur quod de omnibus erit indulgentia petenda. Sicut & in denuntiatione noui operis, quot sunt denuntiationes, tot erunt remissiones, ff. de no. ope. nun. de pupillo, §. si ex pluribus. Sic & in libertate si per obreptionem obtenta fuerit, non valet, licet sit fauorabilis, ff. de fideicom. lib. cum verò, §. subuentum. Et contra videtur, quod non sit excommunicatus, quia libertas semel data competit, siue ex iusta, siue ex iniusta causa data sit, non reuocatur. Inst. quib. ex cau. manu. non licet. §. semel. & supra de consang. quia circa, ar. sup. de conuer. coniu. ex parte, ff. de man. vin. iusta. §. 1. & l. si pater, §. 1. Item si quis per dolum est liberatus, tenet liberatio, sed agitur de dolo, ff. de dolo, l. seruus, & l. seq.

& l.seq. Item pignus liberatur non obstante dolo. ff. de pig.ca.si rem.§.omnis. Sol. si dicatur, quod semel excōmunicatus amplius excōicatione durante excommunicari non possit, tunc tenet absolutio, licet alias causas non expresserit, si expresserit illam causam, pro qua primò fuit excōicatus. sed hoc non est verum. 1 Si autem dicatur, quod excōicatus posset iterum excommunicari, quod verum est, refert, an expressa sit causa absolutionis, an nō sit: si nō est expressa, sed indeterminatè absoluitur, tunc ab omnibus est absolutus: sed si vna causa tantùm fuit expressa, tunc absolutio non extenditur ad ea, quæ nō fuerunt expressa. ar. ff. de accept. pluribus. C. de procu. maritus. Vel distinguitur, an p ignorantiam omiserit, an scienter. ar. sup. de rescr. super litteris. Ita dixit Io. Sed ego in hoc casu nō admitto illam distinctionem. Alij dicūt illum absolutum indistinctè, sed cogitur redire ad curiam, & satisfacere iniuriato. Tan. 2 dixit, q̄d si aliquis est excōmunicatus propter plures causas, sed vnica tantum sententia: quamuis aliquas causas taceat dum absoluitur, absolutus est: sed debet compelli satisfacere pro alia iniuriam passō, & secundum hoc istud, tanquam, est similitudinatium. Si verò pluribus & diuersis excommunicatiōb. fit legatus ex causis diuersis si aliqua supprimit, non est absolutus, sed remanet excōmunicatus pro alijs, & secūdum hoc istud tanquam, est expressiuū veritatis. Ego credo quod qualitercunque sit aliquis excommunicatus, siue una sententia siue pluribus sentētijs, ex plurib. & diuersis causis, qui verè vult absolui, omnem causam pro qua vel pro quibus fuit excommunicatus, debet exprimere in absolutione sua: quia pro vnaquaque sola fuit excommunicatus, & vna sententia sufficit ad ex ōicationē, & sic una sn̄ia absolōnis sufficit ad plures excōmunicationes dūmodò exprimantur omnes causæ prioris excommunicationis, aliàs non tenet absolutio per subreptionē obtēta, vt benè colligitur inf. eo. offi ij licet quidam dicāt quod Innoc. non respondit ad hoc in c. offici. & præmissas solutiones non multum approbo.

1 Quod dic vt no. sup. de Iud. ita quorundam 1. & 3. q. 4. Engeltrudam. Io. And.

† Cap. 2. eo. tit. in 7. cōp. Vide Couarru. in cap. alma mater, de sen. excō. lib. 6. par. 1. §. 11. nu. 8.

2 Et Vinc. idem Innoc. hoc addito, q primum membrum locum habeat, qn̄ iudex ex altera sola con intendebat excōicare: & cā suppressa non est talis p q̄ expressā fuisset de agata solutio. Secundum mēbrum intellexit vt statim addā Io. And.

A Nobis.] Excommunicatus in quo apparuerint euidentia signa contritionis, absoluitur post mortem ab eo, à quo viuus fuerat absoluendus, & ad satisfaciendum pro eo compelluntur hæredes. Duæ sunt partes principales: In prima ponitur bimembris quæstio. In secunda solutio, ibi, Nos igitur. Secunda subdiuiditur in vij. partes: Primo distinguitur duplex vinculum peccatoris: Secundo ex distinctione solutionem quæstionis infert, ibi, Vndè quantumcunque. Tertio pro visionem annectit, ibi, Potest. Quarto soluit duo obstantia, ibi, Nec obstat, Quinto subnectit quandam determinationis ibi, Vt autem. Sexto tractat de forma absolutionis ibi, Absolutionis. Septimo de satisfactione & compulsione hæredis, ibi, Hæredis. Abb. Sic.

CASVS. Aliquis erat excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericum: iste iurauit stare mandatis ecclesię, & quantum in eo fuit volebat absolui, nec per eum stetit, quo minus absolueretur, sed morte præuentus absolui non potuit: quæritur, vtrum iste vel alius, in quibus manifesta pnię signa apparuerunt, dēat haberi ab ecclesia absolutus, & vtrum pro talib. eleemosyna sit recipiēda, & à fidelibus sit orandum? Resp. Papa, q iudicium Dei veritati, q. nec fallit nec fallitur semper innititur, iudicium autem ecclesiæ aliquandò sequitur opinionem, quæ sępè fallit, & fallitur: vndè contingit aliquādò, vt q. ligatus est apud Deum, apud ecclesiā sit absolutus, & qui liber est apud Deum, apud ecclesiā sit ligatus: vndè quātumcūque se qs iuro astrinxerit ecclesiæ mandato parere, quātumcūque puię signa præcesserint, si morte præuētus absolutus non extit: quāuis apud Deū absolutus credatur, tamen apud ecclesiā nō est habendus absolutus: tamē potest & debet ei beneficio ecclesiæ subueniri, vt beneficium absolutionis impendatur defuncto ex quo de ipsius viuentis pnīa per euidentia signa constiterit: non obstante q dr̄, ecclesia habet ptātem ligādi & soluendi homines super terram, tanq̄ non possit absoluere & ligare sub terra sepultos: nec illud obstat cui non cōicamus viuo: nec mortuo cōicare debemus, cum in certis casibus legatur ecclesiā ligasse mortuos & soluisse, vndè statuit Papa, vt illi mortuo absolutio a sede Apost. requiratur, qui dum viuebat ab eadem fuerat absoluendus, absolutionem verò aliorum ex cā prę missa illis Papa indulget, à quib. dum viuerent, fuerāt absoluendi: absolutionis forma fiat cum psalmo pniali & oratione Dñica, & alijs consuetis: & hæredes defuncti compellantur ad satisfaciendum pro ipso: & si monitione præmissa noluerint, per districtionem ecclesiasticam compellātur. No. q iudicium Dei nō fallitur, sed iudicium ecclesiæ sępè fallitur. Item apud Deum aliquis absolutus est, & apud ecclesiam ligatus, & è conuerso. Item per signa constat de pęnitentia alicuius. Itē ecclesia ligat, & soluit sub terra, sed incertis casib. Item post mortem absoluitur excommunicatus. Item hęredes tenentur & compelluntur satisfacere pro defuncto.

tumcunque cōtritus decesserit, non est communicandū ante absolutionē, nec pro eo orandū, licet sit quo ad Deū absolutus: sed si constaret ecclesię de contritione prętēdēti, absoluetur etiā post mortē ab eo, à quo viuus fuerat absoluēdus: & hęredes eius compelluntur per ecclesiam ad satisfaciendum pro eo.

CAP. XXVIII.

A Nobis † est sępè quæsitum, vtrum si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifesta, nec per eum steterit, quo minus reconciliaretur ecclesiasticæ vnitati, non suscepto beneficio absolutionis decesserit, pro absoluto ab ecclesia sit habendus: & vtrum pro tali recipienda sit eleemosyna, & à fidelibus [a] sit orandum: & infra.

¶ Nos igitur consultationi tuæ breuiter respondemus, quod iudicium Dei veritati, quæ non fallit nec fallitur [b] semper innititur: iudiciū [c] autem ecclesiæ nonnunquam opinionem [d] sequitur, quam & fallere sępè contingit, & falli: propter quod contingit interdum, vt qui ligatus est apud Deum, apud ecclesiam sit solutus, & qui liber est apud Deum, ecclesiastica sit sententia innodatus. Vinculum ergo, quo peccator ligatus

a ¶ A fidelibus sit orandum. Et est dicendum quod non: nisi prius fuerit absolutus. infra eodem. sacris.

b Nec fallitur] 24. q. 3. Deus qui. 3 de conse. dist. 2. panem.

c Iudicium autem ecclesiæ.] Iudicium enim ecclesiæ diuinum debet imitari iudicium in quantum potest. 11. q. 3. tunc vera est.

d Opinionem sequitur.] Et ideò sępè fallit, sup. de re iud. lator, & cap. consanguinei, & sup de frigid. fraternitatis, & 24 quæst. 2 si quis non recto. & cum de errore constiterit, reuocatur quod factum est, vt tribus primis concordantijs, & 35. quæstio. 9. cap. loci. §. his ita.

3 Et 1. q. 2. Spiritus sanctus. Io. An.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

a Relaxatur.] Hic surgit ratio quare quis potest absolui ab excommunicatione post mortem, & non baptizari post mortem: quia sententia ecclesiæ ligat corpus, & etiam animam: & licet sit iniusta, aufert sepulturam: baptismus verò character est animæ: vndè post mortem non est quod valeat baptizari argum. 32. q. 7. licitè. Vin.

b Lazari.] 11. q. 3. tunc vera est.

[Glossa sequēs quęrit, & arguit.

Ioan. c. 11.

c Non potuerit.] Si talis in extremis positus habuisset copiam sacerdotis; ab eo potuisset absolui? sup. eo. non dubium, & c. quod de his, & infra. eo. quamuis, sed ex quo iam mortuus est, non potest absolui nisi per Papam vel eius legatum, vel a quo debuit viuus absolui. Nunquid à laico potest absolui in articulo mortis. arg. quod sic, de pœn. distinct. 1. quem pœnitet, de consec. distinct. 4. sanctum est vbi laicus absoluit per extremam necessitatem, quem episcopus absoluere debuit, 50. distinct. in capite. Laur.

† Aliàs ita: quātacunq; pœnitentiæ signa præcesserint.

d Super terram.] 24. quæst. 1. quodcumquè. Bet.

e Non contemptus religionis.] Hæc verba habes supr. de consecr. dist. 4. baptismi vicem.

f Mortuos] puta in hæresi, 24. quæst. 2. sanè profertur. Nota, quod si agatur contra personam vel de persona tantum, post mortem quæri non debet, quia crimina morte extinguuntur, 23. distinct. quorundam. C. si reus vel ac. mor. fue. l. 1. & 2. nisi in hæresi. vt cap. sanè, & hic. vbi verò agitur propter bona, vel contra personā, & bona, post mortem agi potest, C. si pend. appell. mors interu. l. quamuis. & sic post mortē agit de matrimonio propter bona, sup. qui fil. sint legit. causam quæ.

g Rigorem.] 45. distinctio. disciplina, & c. sunt nāque, & ī. de purg. cano. inter.

est apud Deum, in culpę remissione dissoluitur; illud autem, quo ligatus est apud ecclesiam, cum sententia remittitur, relaxatur: [a] Quod in suscitatione Lazari [b] sermo Euangelicus manifestat: quem prius Dominus suscitauit, & Apostolis præcipit postmodum soluere suscitatum.

¶ Vndè quantumcunque se quis iuramento præstito, quod ecclesiæ mandato pareret, humiliare curauerit, quantumcunque † pœnitentiæ signa præcesserint, si tamen morte præuentus absolutionis non potuerit [c] beneficium obtinere, quamuis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud ecclesiam absolutus: Potest tamē & debet ei ecclesiæ beneficio subueniri, vt si de ipsius viuentis pœnitentia per euidētia signa constiterit, defuncto, etiā absolutionis beneficium impendatur.

¶ Nec obstat, quod ecclesiæ legitur attributa potestas ligandi atq; soluendi homines super terram, [d] tanquam non possit soluere & ligare sub terra sepultos: & quòd legitur; non communicetur mortuo, cui non est communicatum viuo: cum etsi communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisset, quem non contemptus religionis, [e] sed necessitatis articulus impediuit, & in certis casibus à canonibus denotatis, ligasse legatur ecclesia mortuos, & [f] soluisse.

¶ Vt autem in vno pariter & eodem negotio, & seruemus rigorem, [g] & mansuetudinem ostendamus: statuimus, vt illius mortui absolutio à sede Apostolica requiratur, qui cum viueret, ab ea fuerat absoluendus: aliorum autem absolutionem ex præmissa causa cęteris [h] indulgemus, à quibus dum viuerent, fuerant absoluendi.

¶ Absolutionis autem forma [i] seruetur, vt fiat cum pœnitentiali psalmo, & tam oratione dominica quam alia consueta.

¶ Hæredes [k] quoque ipsius ad satisfaciendum pro ipso si monitione præmissæ noluerint, per districtionem ecclesiasticam compellantur.

¶ Idem Vuratislauiēn. † episcopo.

† Vurislamen.
† Vuratislamen.
† Vuatrislamen.
† Vestratislauien.

¶ Detinens in clericum custodia vel vinculis sine læsione, excommunicatus est. hoc dicit primò. Communicans excommunicato scienter in crimine, excommunicatus est: & nisi difficultas impediat: absolui debet ab excōmunicatore cum iuramento. Cōmunicans verò extra crimē reconciliari potest per simplicem sacerdotem sine iuramento. hoc dicit vsquè ad finem.

CAP. XXIX.

NVper † à nobis tua discretio requisiuit,

h Cæteris indulgemus.] id est indultum esse ostendimus: quia cum eos absoluere possent viuos iure communi, ita etiam absoluere possunt post mortem ex causa præmissa, id est si de ipsorum pœnitentia per euidētia signa constiterit.

[Glo. seq. arg. & remittit dupliciter quærit & sol.

i Forma seruetur.] sed forma non potest seruari ex toto: quia hic nō potest amodò iurare & tamen absoluitur. & sic est argu. quod sacramentū non est de substantia absolutionis, vt dixi supr. eod. cum desideres, in fi. Sed nunquid hæredes compellendi sunt ad iurandum antequam absoluatur? Satis credo quod possēt compelli: sed si nollent, propterea non differetur absolutio, sed postea indistinctè compelluntur satisfacere iniuriam passo, vel aliàs facere quod ille viuus debuit & voluit: Sed nunquid exhumabitur corpus, si sepultū n fuit in cœmeterio ecclesiæ? Non credo, quod debeat exhumari. si alibi sepultū fuerit tunc debet exhumari, & absolui quo ad ecclesiam, cum iam sit quo ad Deum absolutus. & argum. 11. quæstio. tunc verò. & postea in cœmeterio sepeliri.

† Vide Burc li. 9. decretorū cap. 8. & Eymericum in Directorio Inquisitorū par. 3. nu. 18.

K Hæredes quoque.] Hic habes expressè, quod hæredes tenentur ex delicto defuncti, licèt ad eos nihil peruenerit, supra de raptoribus litteris, & supra. de sepul. cap. vlt. vbi de hoc quia cum iste pœnituerit, & contritus fuerit quantum in se fuit, satisfecit, & per eum non stetit, vndè hæredes ad quos bona peruenerunt ipsius, compellēdi sunt satisfacere pro ipso. & sic intellige illud c. ī. de sepu. c. vlt. sup. de rap. in litteris.

† Ca. 3 eo. ti. in 3. cōpil. pars ī. de bigam. c. nuper limitatione huius cap. vide Abb. in c. inquisitioni. inf. e. ti. & de intellectu vide citatos in c. si cō. ubi. nē inf. eod.

NVper.] In prima parte ponitur cōsultatio: In secūda tūsio ibi. Nos. Et vtraq; potest subdiuidi, vt patet in textu Abb.

CASVS. Duę qōnes ponūt hic: Prima talis est,

quid de illis laicis sit faciendum, qui clericos (sine læsione tamen) in custodia detinent publica vel priuata, vel etiam detrudunt in vincula? Et vtrum, qui nominatim excommunicatis scienter cõmunicant, absolui ab excommunicatione possint per confessionem a simplici sacerdote, vel episcopi seu archiepiscopi sit ab eis absolutio expetenda? ¶ Nos igitur inquisitioni tuæ ex ordine respõdemus, quod in primo consultationis articulo, non credimus laicos pœnam excõmunicationis euadere, quamuis p † eorũ factum corporalis lęsio[a] nõ fuerit subsecuta, citra quam violẽtia sępius circa clericos nequiter perpetratur.

¶ In † secunda vero quęstione credim⁹ distinguẽdum, an is, †qui nominatim excommunicato cõmunicat, sciẽter in crimine communicet criminoso, ei consilium[b] impendendo, auxilium vel fauorem: aut aliàs ĩ oratione, vel osculo, aut orãdo secũ, aut ẽt comedendo.[c] ¶ In primo quidem articulo, cum talis cõmunicet[d] crimini, & participet criminoso, ac p hoc rõne dãnati criminis videatur in eum delinquere, q damnauit: ab eo, vel eius superiore, meritò delicti tunc erit absolutio[e]

est, Laici aliquando detinet clericos in custodia publica vel priuata, vel ẽt detrudunt illos in vincula sine corporis læsione quæritur an isti laici sint excõicati. Secuuda qõ est talis: Aliqui scienter cõicant excommunicatis nominatim: quęritur, vtrum isti participantes possint absolui ab excõicatione à simplici sacerdote, vel ab epo, vel archiepo: Ad primã q. respõdet Papa, ꝙ ñ credit laicos illos pœnã excõicationis euadere q̃uis nulla corporalis lęsio fuerit subsecuta, circa q̃ violẽtia sępius circa clericos ppetrat. In secũda qõne distĩguit, vtrũ ille q noĩatim excõicatis scienter cõicat, in crimine cõicet criminoso, eis consiliũ impendẽdo, auxilium vel fauorẽ: aut aliàs in oratione vel osculo, aut orãdo aut comedẽdo; In primo casu cũ talis cõicet crimini, & participet criminoso, & sic ratione criminis i eũ videat delinquere q damnauit, ab excõicatore vel eius superiore dẽt absolui: cũ facientes & ꝯsentiẽtes par pœna cõstringat: In secundo verò casu à suo epo vel simplici sacerdote põt absolui: quamuis enim tunc sit ligatus snĩa canonis & non iudicis, tñ q. a conditor canonis eius absolutionẽ sibi non retinuit, alijs indulsisse vr. Ille verò qui participat crimini & criminoso, cũ iuro dẽt absolui, qui verò iuxta sm modum participat, sine iuro põt absolui. In fine dicit, quod si difficile sit ex aliqua iusta cã, quod ipsum excommunicatorem absoluendus possit accedere, cõcedit Papa vt p̃stita cautione sm formã ecclesiæ, quod suo excõicatori parebit, à suo absoluatur epo vel proprio sacerdote. No. primum casum, ꝙ aliquis est excõicatus, licet nullam lęsionem clericis intulerit detrudendo ipsos in vincula, vt sæpè faciunt iudices sæculares. Item snĩa excõicationis per solam participationem criminis transit ad illum, in quẽ lata non fuit. Itẽ consentiens dr̃ qui consilium, auxilium & fauorem præstat alicui in crimine, & eadem snĩa cum illo ligatur, quia facientes & consentiẽtes par pœna constringit. Item vbi conditor canonis absolutionem sibi specialiter nõ retinuit, alijs intelligitur indulsisse. Item no. hic formam absolutionis maioris excõicationis & minoris. Item vltimo no. ꝙ excõmunicatus ex iusta causa, potest absolui ab alio quã à suo excommunicatore, sed hoc est propter periculum animæ.

a Corporalis lęsio.] Hic sola violentia attenditur. ĩ, si. inf eo contingit. nec refert an aliquis in compedibus an parietib. teneatur, ff. ex quib. cau. ma. succurritur, l. si.

b Consilium impendendo] quod aliter non erat facturus arg. ff. de his qui no. infa. l. 1. in fi. & supra de hom. si cut. §. qui verò. non refert enim an de bono malum, vel de malo deteriorem fecerit, ff. de ser. cor. l. 1. §. qui igitur, aliàs non tenetur quis de consilio, nisi ille aliter non fuisset facturus, ff. mand. si renunciandi. §. si tibi, in fi., vel nisi sit fraudulentum, ff. de reg iu. consilij. Lau.

c Comedendo.] Tunc in istis casibus non communicat illi in crimine, sed extra: vñ pp hoc non est ligatus eadem sententia cum illo: quare si contra ipsum in accusationẽ prosiliret, excipere poterit contra illum, nec habebit locum replicatio cõionis, sup. de excep. à nobis.

d Communicet crimini.] Pone casum per illam dec. supra eo. significauit. vel per illam, inf. eo. si concubinæ. Glo. seq. prin. reci. per q. an communicans in crimine damnato, ligetur sententia canonis vel hominis. Secundo q̃rit, opi. ponit, & soluit.

e Tunc erit absolutio.] Colligit hic, ꝙ si ego excõico parochianũ meũ propter crimen, & parochianus alteri⁹ ei cõicat fauorẽ impartiẽdo ĩ delicto suo, in me vr̃ delinquere, & eadem snĩa ligatur, & ñ snĩa canonis: quia tunc à suo epo vel ẽt pprio sacerdote absolueret, vt ĩ. sequii, & sic iste pp delictum ligatur snĩa mea, & à me dẽt absolui, & cum iuro, vt inf. dicit: & ẽ si. s. e. à nobis, r. vbi largè appellat subditus rõne delicti. Sed quæri potest, cũ excõicationis snĩa extẽdatur ad alienũ parochianum quare non extendat similiter indulgẽtia vel remissio, vt s. de pœ. & remis. ꝙ autẽ? Vin. dixit ꝙ vtrobiq. animæ consulitur, & ideò in indulgentijs illud obtinet, vt diutius affligatur quis pro peccatis: & similiter in excõicatione, vt diutius affligatur, nec excõmunicatio est mortalis, sed medicinalis, secunda quæstione prima, multi. & vigesimatertia quæstione tertia, corripiantur. Vel dic aliam rationem: indulgentia non transit ad alienum parochianum, quia episcopus in eum nullam habet iurisdictionem, vnde sua indulgentia vel remissio non potest illum absoluere, quia ipsum non ligauit; quia qui non potest ligare, non põt absoluere, & è conuerso, 21. dist. inferior, & 9 q. 2. c. 1. & supra de pę. & rem. omnis vtriusque sed in sentẽtia excõicationis secus est, quia ille ppter delictũ siue rõne delicti efficitur de foro excõicãtis, s. de fo. cõp. c. vlt. vnde propter hoc potest illũ ligare & absoluere, & ille incidit ppter delictũ in suã sentẽtiã, & sic ligatus est ab eo, vñ ab eo dẽt absolui; & ꝙ prouisum fuit ad pęnã, trahi non dẽt ad gratiã, sup. de transl. inter corporalia. Sed ẽt mirũ videtur, qualiter snĩa excõicationis liget illos, de qb. non fuit dictũ vel cogitatum, & res iudic. solũ illis nocet, contra quos iudicatur, sup. de fi. instr. inter dilectos, & c. pe. & ff. de exec. rei iud. l. cũ quæritur, & l. rei iud. nec ex post facto potest augeri obligatio, ff. de dam. in fe. damni, §. is qui 2. & ex quo post sententiã aliqd accidit, noua interpellatione opus est, ff. de iud. non põt. Itẽ inconueniens est, ꝙ aliquis excommunicetur, q non est admonitus nec citatus, inf. eo. sacro. Itẽ sm hoc talis sentẽtia non differt à canone latæ snĩæ, cũ tamen hęc sẽtentia non sit generalis: sed tantum vnam personam comprehendit. Io dixit 3 ꝙ hæc dist. quæ fit hic in littera, habet locum in eo casu, cum sub hac forma fit excõicatio excommunico te cũ omnib. communicãtibus, tibi, & tunc distingnatur ibi qualiter ei cõicet, vt inf. eo. c. proxi. ad fi. & sic non obstant præmissa; sed hoc nõ credo, immo credo illũ esse excõicatũ eadẽ sentẽtia, ex eo ꝙ in crimine inuoluitur, q i incidit in factum quasi damna.

† Dictio, per, deest in antiquiorib. exẽplarib.

1 Quid sibi velit hoc loco glo. vide Io. An. hic, adde ẽt & recentiores.

† Vide B. Thomã in qõnib. additis ad 3 par. q. 23. ar. 2.

† Aliàs ita: an is, qui nominatim excõicato sciẽter cõicat, in crimine cõicet criminoso.

2 Vide de priuil. q. acit ca. sup vlt. gl. Io. And.

3 Et etiam Gost. hic.

requirenda: cum facientem[a] & consentientem par pœna constringat.

¶ In secundo verò casu à suo episcopo, vel a proprio sacerdote poterit absolutionis beneficiū obtinere: quamuis enim, & tunc nō iudicis, sed iuris sententia excommunicato communicans sit ligatus: quia tamen conditor canonis eius absolutionē sibi specialiter non retinuit,[b] eo ipso concessisse videtur facultatem alijs relaxandi.

¶ Is autem, qui iuxta primum modum excómunicato communicat, cū iuramento debet absolui qui verò iuxtà secūdum modum, reconciliari poterit sine iuratoria cautione. Verum si difficile sit, ex aliqua iusta[c] cā ꝙ ad ipsum excóicatorem absoluendus accedat: concedimus indulgendo, vt p̄stita iuxta formam ecclesiæ, cautione, quod excómunicatoris mandato[d] parebit, à suo absoluatur episcopo, vel proprio sacerdote.[e]

¶ Idem Strigoñ. ar. hiepiscopo.

Iuramentum excommunicati de stando mandatis ecclesię, non habet vim absolutionis, hoc dicit primo. Excommunicato nullus communicare tenetur præter personas exceptas, aliàs communicans excommunicato incurrit minorem, & est excommunicādus maiori: nisi ille sit excommunicatus cum participibus suis qua tunc esset excommunicatus maiori.

CAP. XXX.

QVod † in dubijs: & inf. ¶ Respondemꝰ, quo excommunicato, licet quod stet mandato ecclesiæ iuramento firmauerit, communicari nō debet, donec[f] per ecclesiam fuerit absolutus: alioquin post iuramentum non esset absolutio necessaria Nullus autem scienter, nominatim excommunicato cómunicare tenetur: nisi quædā personæ, quæ per illud Gregorij † Papæ capitulum, Quoniā multos,[g] specialiter excusantur.

¶ Illi autem, qui nominatim excommunicatis p̄sumptuose participant, præter personas a dicto canone annotatas: nisi ab corū participatione[h] commoniti[i] fortè destiterint, excómunicationis vinculo sunt innodādi,[k] secus autem si scienter ei communicant, qui cum participib.[l] suis est vinculo excómunicationis sentētialiter innodatus: tunc enim & ipsi sententiam excommunicationis incurrunt.[m]

dānatum, & sententia transit ad eum per talem participationem, inf. eo. si concubinæ. & est si. de immun. ecc. aduersus, vbi succedit in vitium, & hic accedit ad crimen. ergo eadem lepra qua ille punitur, & iste etiam accedens teneri debet. arg. 1. q. 1. citò turpem sicut per participationem solā in locutione contrahitur excommunicatio minor, ita per cōmunionē i crimine[1] contrahitur maior excommunicatio: quia tunc plus delinquit, vnde non est necesse vt noua contra tales sententia procedat, q alieno facinori suam cōionem cōmiscent, 24. q. 1. c. 1. 2. & 3.

SI concubinæ.] CASVS. Publicę concubinæ clericorū, quia noluerunt ab eis recedere, excōicatæ fuerunt: clerici isti concubinarij post latam sententiam carnaliter ad eis habuerunt accessum: quæritur vtrum illi sint eadem sententia ligati? Rndet Papa ꝙ eadem sententia inuoluuntur: quia participant in eodem crimine criminosis. No. ꝙ participās in crimine, eadem snia notatur cum nominatim excōmunicato.

a In eodē crimine.] Secus si aliàs participarent in locutione, uel aliàs quam in crimine: quia tunc non essent ex communicati maiori sed minori. si s. eo. nuper. vbi satis de hac materia: & ea quæ ibi dicta sunt, hic posses repetere. & sic snia per participationem criminis extenditur ad personas contra quas lata non fuit. simile sup. de immu. ecc. aduersus. in fi. & sup. eod. nouerit. B.

¶ Idem.

¶ *Excommunicatus minori, potest ab excommunicatione aliquem absoluere.*

CAP. LVI.

DVobus † collata potestas, ut à minori excommunicatione, si in ipsam inciderint, † in uicem se absoluāt, & utroquè ligato uinculo excommunicationis huiusmodi non expirat. [b]

¶ Idem.

¶ *Permittitur ministris ecclesiarum semel in hebbomada celebrare tempore interdicti concurrentibus his, quæ exprimuntur in textu.*

DVobus.] CASVS. Duob. fuit collata potestas, vt ab excōicatione minori si eam incurrant se vicissim absoluant: vterque incidit in hmōi sniam: quæritur vtrum ista potestas eis collata expiret: Rndet Papa, ꝙ ꝓpea non expirat quominus vnus alium absoluat: tn̄ dicunt quidam, ꝙ alter alium absoluere nō pōt, nisi ab alio non suspenso primo fuerit absolutus.

[Glo. sequens obijcit, & dupliciter soluit.]

b Non expirat.] si potestas ista absoluendi non expirat: ergo unus potest absoluere alium. 2 Sed contra videtur, ꝙ cum vnus sit priuatus a Sacramentis, alium restituere non potest. de consec. dist. 4. sanctum. quod enim non habet, dare non potest. 1. q. 1. c. 1. & q. 7. Daibertum. & argumen. sup. de cle. excommuni. mi. c. vlt. Quid ergo dicit quòd talis potestas non expirat? Rndeo 3 benè dicit, ꝙ in ueritate potestas collata non expirat ꝑ hoc cum effectu, sed dormit. i. potestas illa, cum vterque sit excōicatus, non potest habere effectum, quia alter alterum non pōt absoluere, nisi primò alter eorum ab alio quàm a socio fuerit absolutus, tunc demū hēt effectū si. sup. de offi. de leg. prudētiā. §. sexta. & s. de conc. præb. & ec. nō uac quia diuersitatem. 15. q. 6. c. pe. & vlt. Simil. C. decurat fue. l. pen. vel dic ꝙ benè pōt alter alterū absoluere, licet sit ligatus minori excōicatione: & ita nullo modo expirat potestas, sed durat cum effectu, arg. decre. prædi. si celebrat, quia minor excōicatio priuat solummodò perceptione sacramentorum, sed non à collatione, vt ibi dr. arg. ad hoc. s. eodem facto. & sup. de rescript. ab excommunicato.

2 Adde de hac. q. Car. Fl. in cle. 1. de relig. do. versi. prædictis. in 7. q.

3 Primū istā rñsionem reprehendebat Hostiē. dicēs, ꝙ fm eā nihil esset specia-

le minori qđ tn̄ vult ponderare tex. tenebat ergo se. unda postea dicēs se audiuisse, ꝙ B. illā tenebat in additioni. dicit se additiones eius non vidisse. Io. And.

CAP. LVII.

PErmittimus, † ecclesiarū ministris semel in hebdomada tempore interdicti, non pulsatis campanis, uoce submissa ianuis clausis, excommunicatis [c] & interdictis exclusis, Missarum solemnia celebrare causa conficiendi corpus Domini, quod decedentibus [d] in pœnitentia non negatur.

¶ Idem.

¶ *Satisfaciens clerico, quem uerberauit, nō potest propter hoc ab episcopo absolui, nisi in certis casib hic expressis.*

CAP. LVIII.

QVāuis incidens in canonem latæ sententiæ propter violentam manuum iniectionem, iuxta proprias fa-

PErmittimus.] Hodie hoc ca. seruit de nihilo, quia hodie ꝑmittitur singulis clericis celebrare ianuis clausis, excommunicatis vel interdictis exclusis, vt habetur in cap. fina. §. adijcimus. & §. seq. eod. titu. lib. 6. Abbas.

† Vide quæ postea diffiniuit Bonifacius octauus in c. vlti. de sent. excom. lib. 6. §. adijcimus. & §. seq.

CASVS. Permittit Papa rectoribus ecclesiarum, quòd tempore interdicti semel in septimana causa conficiendi corpus Domini ad opus infirmorū (quod decedentibus in pænitentia tempore interdicti non negatur) possunt Missarum solemnia celebrare, exclusis excommunicatis, & interdictis. Nota quòd tempore interdicti conceditur corpus Christi decedentibus in pœnitentia.

¶ Glossa sequens duplicem causam ponit, quare tempore interdicti celebrare permittitur quandoque fauore celebrantium, quando que aliorum. versi. sed quando recit. per cōtrarium.

c Excommunicatis & interdictis.] & hoc idem facere debent religiosi & alij qui priuilegium habent celebrandi tempore interdicti. sup. de priui. quod nonnullis & inf. tit. proxi. cum in partib. illud priuilegium per hoc cap. extenditur ad omnes alios Prælatos ecclesiarum, qui prius illud non habebant, ꝙ semel tantum in hebdomada celebreut causa conficiendi corpus Christi, & hic non attenditur fauor personarum, sed sanctitas ipsius corporis, & principaliter necessitas decedētiū siue infirmorū Presbyter. n. sēper debet habere Eucharistiam paratam: sed quando consecratur pro populo, nihil in crastino seruandum est de conse. dist. 2. trib. Itē alijs ɔceditur fauore religionis siue ꝑsonarum, vt patet in c. ꝙ nōnullis s. de priui.

d Quod decedentib.] sic sup. tit. proxi. qđ in te. B.

QVamuis.] Diuiditur in duas partes: Secunda, ibi, Nisi. Abbas.

CASVS. Si aliquis incidens in excommunicationem propter violentam manuum iniectionem satisfecerit iniuriam passo, non tamen potest aliter quam per sedem Apostolicam uel eius legatum beneficium absolutionis obtinere, nisi in quibusdam casibus qui in ipsa littera continentur. Sed quibusdam de prædictis, qui videlicet temporali laborant impedimento. exceptis pueris, ꝑcipiendum est sub debito iuri, ut impedimento cessante ad Apłicam sedem accedant mādatum Apłicum suscepturi. No. quòd licet quis satisfecerit iniuriam passo, non tū̄ est absolutus. Item nota hic plures casus, in quib. excōicati ꝑ violentam manuum iniectionem, Romanum Pōtificem adire non de'ent. Item

Item cessante causa, cessare debet effectus.

a Satisfaciat.] licèt quis satisfecerit iniuriam passo nondum tamen haberi debet absolutus, nec est ei cõicandum, nisi primo absoluatur sup. eo. cum desideres. 1. respon. & vlt. omnis enim res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. inf. de reg. iur. c. 1. sic enim excõicatio quandoque solo verbo contrahitur, & solo verbo tollit: sed in hoc casu ipso facto inducitur, sed solo verbo tollitur: & sic satisfactio vel iuramentũ non sunt de substãtia absolutionis. De hoc dictum est sup. e. cum desideres in fi.

cultates eis satisfaciat,[a] a quibus iniurias irrogauit non tamen aliter, quàm per sedem Apostolicam vel eius legatum absolutionis potest beneficiũ obtinere: Nisi imminẽte mortis[b] articulo, infirmitate, inimicitia,[c] aut inopia,[d] puerili[e] vel seruili ætate, fragilitate sexus[f] seu alia corporis impotentia[g] siue quolibet impedimento canonico[h] retrahatur, quo minus Romanum Pontificem possit adire: vel nisi iuris beneficio[i] à labore huiusmodi excusetur. Cæterùm quibusdam[k] prædictorum, videlicet qui temporali impedimento laborant, exceptis pueris, sub debito iuramenti (quod secundum ecclesiæ formam præstare tenentur) consueuit iniungi, vt impedimẽto cessante, ad Apostolicã sedem accedant, manda-

b Mortis.] sup. eod. non dubium. & 17 q. 4. si quis suadente. & sup. eo quod de his.

c Inimicitia.] sup. e. de cætero, de infirmitate, inopia. senili ætate, habes sup. eo quod de his.

¶ Glo. seq. signat contrariũ, & ibi remittit.

d Inopia.] si. sup. de testi. si qui testium. cõtra sup. eo. ca. nokitur. sol. ibi.

e Puerili.] pueri infra pubertatem non mittuntur ad curiam quia ætas eos excusat ab itinere. sup. eo. c. 1. & § proxi. & inf. eo. c. vlt.

f Fragilitate sexus.] sup. eo. mulieres: & c. de moniaibus.

g Corporis impotẽtia.] quia s. sit mutilatus in pede, quod ire non possit, vel confractus.

h Impedimento canonico.] sup. eo. quod de his. Ber.

i Iuris beneficio.] Vt serui sup. eo mulieres. & hoc intellige secundum distinctionem cap. sup. eo relatum.

k Quibusdam prædictorum.] scilicet qui timore mortis, infirmitate, inimicitia, senili ætate confracti, vel impotentia perpetua, inopia, omnes isti possibilitate recepta sedem Apostolicam visitabunt pro mandato recipiendo: vt inf. sequitur, & sup. eo. de cætero. & c. de his.

SI quem.] Non diuiditur.

CASVS. Si aliquis sub hac forma verborum dixerit; Excommunico illum, vel similia verba protulerit dicendum est eum non solum minori, excõicatione (quæ à perceptione sacramentorum separat) ligatum esse: verumetiam maiori, quæ à fidelium excludit communione. Nota q idem est dicere, excõmunico & anathematizo.

l Simili.] puta nisi hoc feceris noueris te excommunicatum, sup. de ap. c. præterea 2. & sup. de test. cogen. c. 2. & sup. de rap. c. 3.

m A iudice suo.] sententia iudicis sui siue iusta siue iniusta tenet 11. q. 3. c. 1. & 2. sed à non suo iudice lata est nulla arg. sup. de priui. cum olim essemus. & sup. de consuetu. ad audientiam. & sup. de iud. at si clerici. & sup. de offi. ordi. c. pepulit.

¶ Glo. seq. tractat de maiori & minori excõicatione.

n Non tantum minori.] sic ergo patet, cum dico, excommunico illum, de maiori intelligitur, minor[r] enim excommunicatio remouet à communione sacramentorum, vt hic dicitur, maior excommunicatio à corpore Christi, quod est ecclesia, scilicet cõmunione fidelium. 3. q. 4. Engeltrudam. Est ergo maior excõicatio à qualibet licita communione & legitimo actu separatio: vndè Adam excõmunicatus fuit ex esu ligni. 11. q. 4. c. ad mensam. §. euidenter. Excommunicatio quę dicitur anathema, infligitur tam ab homine quam à iure, & pro cõtumacia & pro crimine. inf. tit. proxi. ex parte. & 17. q. 4. si quis suadente & 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. & in titulo isto per violentã manus iniectionem. Minor autem excommunicatio infligitur quãdoquè pęnitent & impœnitenti. Pænitenti quandoque à seipso, quandoque à sacerdote. de pę. di. 1. facilis. Sed melius facit si auctoritate sacerdotis hoc faciat, de pę. dist. 1. in actione. Impęnitenti quandòquè à Deo imponitur excommunicatio minor, cum ꝓpter mortale peccatũ Deus tradit aliquem satanæ, & dis edit à mente eius. 11. q. 3. audi denique. Quandoq; ipsemet se suspendit à sacramentis cũ non vult pœnitere, & putat sibi sufficere: & malè hoc fit. de pę. dist. 2 sunt qui arbitrant. sed si reputat se indignũ, & abstinet, bene facit. de conse. dist. 2. qui scelerate. Qñq; imponitur à sacerdote loco pęnæ: quia non vult pęnitere. 17. q. 4. miror. qñq; per sniam canonis 11. q. 3. cum excõicato. & 81. dist. si qui sunt. Cũ inflicta est excõicatio a se vel a Deo, agat pœnitentiam, & sequitur recõciliatio: Si verò à sacerdote inflicta fuerit, per eũ recõcilietur: Cũ verò à canone infligit minor excõicatio, ꝑ simplicẽ sacerdotẽ potest absolui, & siue iusto vel aliquo mãdato, nisi participet in crimine: s eo nuper. & c. si concubinę. Qui maiori excõicatione est notatus: si ab homine, semper ab eodem vel eius superiore debet absolui. sup. eo. per tuas, nisi incendiarij post publicationem. sup. eo. tua. Si a Canone est notatus, a suo epo põt absolui, nisi conditor canonum sibi absolutionem retinuerit sup. eo. nuper. sicut in his qui violentas manus mittunt in clericũ. 17 q. 4. si qs suadẽte. & s. e. c. proxi.

tum ipsius humiliter suscepturi.

¶ Idem.

¶ Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori h. dicit. & est textus notabilis, & quotidie allegatur.

CAP. LIX.

SI quem sub hac forma verborum, illum excommunico, vel simili,[l] à iudice suo[m] † excommunicari contingat: dicẽdum est eum non tm̃[n] minori, (quæ à perceptione sacramentorum) sed etiam maiori excommunicatione (quæ à communione fideliũ separat) esse ligatum.

¶ Idem.

¶ Beneficium indultum ratione minoris ętatis postquã cœpit habere locum, non extinguitur; licet minor peruenerit ad maiorem ætatem.

CAP. LX.

PVeris[o] qui in canonẽ inciderunt sententiæ

p Veris.] Pueri excõicati ꝓ iniectione manuum, ab epo absolui pñt: et si ante absolutionem effecti sũt puberes. h. d. Et duæ sũt partes. Secũda, ibi, Cũ pp. Ab.

CASVS. Aliq pueri i. xiiij. ann. cõstituti violẽtas man⁹ miserũt i clericum, facti sũt maiores ate absolutionem qrit a quo dẽant absolui? Rñdet Papa, q siue ante siue post pubertatẽ possũt se absolui, diœcesanus eps illos absoluere pt, cũ ꝑ defectũ ętatis, in qua cõmissus fuit excessus, rigor eccl'e sit mãsuetudine tẽperãd⁹. No. q rõne ętatis rigor iuris aliqñ tpat: & sic no q ętatis parcit.

o Pueris.] Intellige doli capacib. sup. de delic. pueris.

r Prætereà nonistas hic vidẽ Theologos li. 4. sẽt. di. 22. & Couarruuiã in c. alma mater. de sent. exc. lib. 6. ar. 1. in initio.

† Dictio, suo deest in plerisque recentiorib. ea ex antiqs cod. & oibus vaticanis est restituta: quã et agnouit glossa hic, & Hostiensis.

pueris. aliàs iniuriam facere non possunt, pati verò sic 15.q.1.illud.
a Aetatis.] sic ergo parcitur ætati, licet non in totum, sed quo ad minorem pœnam, vt in delictis. ff. de mino. auxilium. §. in delictis. 1 In delictis enim non parcitur nisi quo ad minorem pœnam, vt ibi.

h Patres.] omnes ascendentes parentis nomine continentur. ff. de ver. sig. appellatione, & appellatione filij omnes descendentes. ff. eo. l. liberorum, & ff. de grad. cog. iurisconsultus. §. parentes. Vsque ad tritauum patres dicuntur, vltra verò maiores appellantur, liberi vsque ad trinepotē; vlterius inferiores vocitantur, vt ibi dicitur: vnde Christus dici potest fili9 Dauid. Ala.

promulgatæ, siue ante siue post pubertatem postulent se absolui, potest diœcesanus episcopus absolutionis beneficiū impertiri; Cum propter defectū ætatis, a in qua fuit commissus excessus, rigor b sit mansuetudine temperandus.

TITVLVS XL.

De verborum c significatione.†

¶ Hieronymus super Oseę.

Nouale est terra nouiter ad culturam redacta.

CAP. I.

Innouate c nouale. ¶ Nouale d est ager nūc primū præcisus. e

¶ Idem super Danielem.†

Appellatione patris, veniūt in lata significatione omnes ascendentes.

CAP. II.

Nam f & rex Nabuchodonosor pater tuus. ¶ Idest, proauus, g more scripturę, quæ auos & deinceps partes h appellat.

¶ Idem in parabolis.†

Non dicitur natus, qui statim decessit.

CAP. III.

Nam i & ergo vnigenitus sui coram matre mea.

¶ Quare vnigenitū k se nominat, quem fratrem vterinum l præcessisse scriptura testatur? nisi quia ille mox natus siue nomine quasi nunquam m esset, de vita decessat.

¶ Idem super Matthæum.†

Dictio, antequam non semper implicat

CAP. IIII.

Qvod dicitur, antequam n conuenirent: non sequitur, vt postea conuenirent: sed scriptura quod factum non sit ostendit.

¶ Idem in eodem.†

Primo genitus dicitur, qui primo nascitur, etiam si nullus sequatur eum.

1 Vide ꝙ de li. pue. ca. 1. super ult. gl. Io. And.

Gl. seq. ponit quatuor casus, quibus tēperatur rigor.
b Rigor.] Iuris rigor temperatur quādoq; ratione ætatis, vt hic. & 86. dist. tanta. & de consecr. dist. 3. eos qui 35. q. 9 sentētiam. q̄nque ratione locorum & temporum sup. eo. super eo. & quandoq; ratione ꝑsonę & causæ, & loci, & tēporis, sup. de transac. c. vl. & 23. q. 8. occidit & 29. dist. sciēdum. q̄nq; ratione multitudinis & scandali. 50. di. vt constitueretur. cum suis concordantijs.

† Osee, c. 10. sunt verba Glossæ interlinealis. Vide l. quid ꝑ nouale, & l. sylua, § nouale, ff. de verb. sign.

DE VERBORVM significatione.
Supra visum est ꝙ diuersis constitutionibus circa iudices, iudicia, clericos, matrimonia, & crimina; verumtamen quia in eis & alijs dispositionib. dubitari potest de significato verborum: ideo i fine operis annectit hanc Rubricā. Abbas.

† Daniel. c. 5. & c. 2. co. cit. in 1. cōp.

Innouate.] Exponit hic Hieronymus verbu nouale quod scribitur Osee. 10. c. Abbas.

CASVS. In Osee ꝓpheta verba ista, Innouate nouale, reperiuntur: Hieronymus exponit hic quid sit nouale, melius exponitur inf. eo. quid per nouale.
c Innouate.] verba sunt Osee prophetæ.
d Nouale.] Verba sunt Hieronymi exponentis verba prophetæ.
e Præcisus.] dicitur in lege terra scilicet præcisa, quæ anno cessat. ff. de verb. signifi. sylua. § 2 Dicitur nouale terra de nouo ad culturam redacta: cuius non extat memoria quod culta fuisset. inf. eo. quid per nouale & quod semel fuit nouale semper erit nouale quo ad decimarum retentionem, vel solutionem. sup. de priuileg. c. vlt.

Nam & rex.] In prima parte ponuntur verba Danielis: In secunda verba Hieronymi exponentis illa; Secunda ibi, Idest proauus. & vide historiam de consec. dist. 1. in c. uestimenta. aliàs incipit, uasa. Abb.
CASVS. In Daniele Nabuchodonosor appellatur pater cuiusdam, qui pater tamen non fuit; exponit hic Hieronymus quare dicatur pater; hic. n. pater appellat ꝓauus more scripturę, q̄ auos & oēs superiores patres appellat.
f Nam & rex.] uerba sunt Danielis.
g Proauus.] uerba sunt Hieronymi exponentis uerba prophetæ.

Nam & ego.] In prima parte ponitur uerba Salomonis: In secunda uerba Hieronymi exponentis illa; ibi, Quare. Abbas.

† Prouerb. c. 4. & c. 2. tit. in 1. compi.

CASVS. Salomō ꝓtulit hęc verba: Nā & ego vnigenitus fui coram matre mea: & tamē alium habuit fratrem, qui præcessit ipsum: Exponit hic Hieronymus quare vocat se vnigenitum, scilicet q̄a ille mox nat9 sine nomine quasi si fuisset vita decessit: & ita dicit si fuisset ideò primogenitū se vocauit. No. ꝙ videt factū ꝙ non durat factum.
i Nam & ego.] verba sunt Salomonis.
K Vnigenitū] Verba sūt Hierony. exponētis uerba Salomonis.
l Fratrē vterinū.] Fratres vterini dicuntur, qui ex eodē vtero nati sunt; viuente enim. Vria concepit Bersabee ex Dauid, & peperit filiū qui mortuus est: postea cōcepit ex eodē Salomonem, vnde ipse dicit, nam & ego vnigenitus, &c.

† Matth. c. 1. & ca. 3. eo. tit. in 1. cōpil.

† Matth. ca. 1. & c. 4. eo. tit. in 1. compilat.

m Quasi nunquam esset.] & ita non uidetur fuisse qui non durauit. arg. sup. de reg. ad nostram. dist 63. quāto. ff. de in rem uer. si pro parte. §. in rē aūt uersum 1 sic nō dr̄ esse qui minus idoneus est. sup. de transla. inter. & ff. ꝙ cuiusq; uniue. l. 1 ad si & C. de epi. audien. de creationibus. & 19. dist propter totius. & 23. q. 3. paratus.

1 Secūdum Alan. ad idē. 1. q. 1. cōstat, & ꝙ ibi no. ꝙ non habet postliminium q. statim reuersus est.

Qvod dicitur. CASVS. In euangelio Matthæi sunt hæc uerba: Antequam conuenirent, ex hoc uerbo uolebant arguere quasi à contrario, quod postea conuenissent Maria & Ioseph, dicit Hieronymus, non tñ sequitur, quod postea cōuenissent: sed scriptura ostēdit ꝙ nūquā conuenerunt. No. quod licet fortissimum sit genus argumentandi à contrario sensu, fallit tñ hic, non. n. sequitur antequam conuenirent, ergo postea conuenerunt, scriptura enim non innuit quod conuenerint.
n Antequam conuenirent.] uerba sunt Euangelij Matthæi, quę Hieronymus hic exponit. si. 27 q. 2. priusquam nec ualet hic arg. à contrario sensu, & est quidam modus loquendi, sicut ibi, sede à dextris meis donec ponam, & c. non tamen sequitur quod postea posuerit. R. & illud, Coruus non fuit reuersus ad arcam donec aquæ siccarentur. sic. inf. c. proxi. immo ostenditur quod non conuenerunt. contrarium innuitur eius quod uerba sonare uidentur, ut hic dicit in fine, &c.

Ioseph.]

IOseph.] Primo ponuntur verba Euangelij; Secundo verba Hieronymi exponentis illa, ibi: Ex hoc loco. Abbas.

CASVS. In eodem Matthæo dicitur: Ioseph non cognouit Mariam, donec peperit filium suum primogenitũ; ex hac auctoritate quidam pessimè suspicabantur Mariã alios filios habuisse; dicit Hieronymus: mos ẽ diuinarũ scripturarũ, vt primogenitus vocetur, qui primo natus est, nõ ille quem fratres sequuntur. No. i loquẽdo ꝙ vsus intelligẽdi verba attendi debet. Itẽ primogenitus appellatur, qui primo natus est, quamuis nullus sequatur.

CAP. V.

IOseph non cognouit Mariam, †donec [a] † peperit filium suum primogenitum. Ex hoc loco quidam peruersissimè suspicantur & alios filios Mariam habuisse: cum mos [b] diuinarũ scripturarum sit, vt primogenitũ nõ vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primo natus fuit.

¶ Hilarius. †

¶ *Verba sunt intelligenda, nõ secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis.*

CAP. VI.

INtelligentia [c] dictorũ [d] ex causis [e] est assumenda dicendi: quia non sermoni res, [f] sed rei est [g] sermo subiectus.

¶ Augustinus † super Matthæum.

¶ *Non vitiatur factum vario modo narratum, vbi idem in substantia concluditur.*

a Donec.] simile s. eo. c. proxi.

b Mos.] idẽ dicit lex, ꝙ proximus ẽ, quẽ nemo antecedit; [1] ergo & primogenitus est ante quem nemo nascitur, quicquid sequatur. ff. eo. tit. proximus & l. proximi. ADDITIO. Prim⁹ n. nõ solum is intelligit, qui ante aliquẽ est, sed & is, ante quẽ nemo fit; vt ff. de vulga. & pupil. sub. l. ex duobus in principio.

INtelligẽtia.] CASVS. Cum aliqs audit aliqua verba, ꝯsiderare dẽt causam dicendi; & non ipsã significationem verborum tantum; quia verba deseruiunt intentioni: & non intentio verbis; verba enim inuenta sunt, vt per ea intentionem suam quis exprimat. Nota, quod causa dictorum considerari debet.

c Intelligentia.] sic ff. de reg. iu. in ambiguis. & 22. q. 5. humanæ.

d Dictorum.] idest, verborum quæ prolata sunt.

e Ex causis.] non statim debemus intelligere, vt verba prima facie sonare videntur maximè vbi ambigua sunt, sed debemus recurrere ad intentionem loquentis, vt hic dicit. arg. bo. sup. de præben. c. vlt. & c. cum causam. & ff. eo. tit. nepos Proculo. [2] & ff. de reg. iur. semper in stipulationibus ad causam dicti recurrendum est. sup. de accu. cum dilecti. sicut ad causam facti. 23. q. vlt. occidit, ff. de furt. verum.

f Res.] idest, intellectus ff. de supel. legat. l. Labeo. 31. q. 1. quomodo virginibus vbi dicitur sex maritos habuisse, quæ (domino testante quinque tantum habuit: ibi enim Hieronymus respexit intentionem, & nõ verba Samaritanæ. Lan.

g Rei est sermo subiectus.[idest, intentioni seu intellectui sermo seruire debet; quia non in folijs, sed in radice rationis & in sensu consistit Euangelium. 1. q. 1. Marcion. & inf. eo. c. 2. & c. in his. verba enim instituta sunt vt per ea quis in alterius notitiam cogitationes suas proferat. 22. q. 2. is autem. quia. sicut animus præfertur corpori, ita sententia verbis. 38. dist. seculo. & 22. q. 5. humanæ. & ff. de leg. sire. Item arg. est q. verba ad extraneum sensum sunt trahenda vbi res aliter salua esse non potest. arg. C. de ver. sig. cum quidam. & C. de lega. cum quæstio.

NIhil.] Diuersitas verborum non vitiat, si idem in substantia concludatur. hoc dicit. Abbas. Siculus.

CASVS. Euangelistæ diuerso modo narrauerunt passionẽ Domini: dicit Augustinus, ꝙ nihil nocet narrandi diuersitas vbi eadem dicuntur: quia q̃libet euangelistarũ narrauit eo ordine quo De⁹ voluit. No. pro testib. q̃ diuerso modo ferunt testimonium; quia ñ nocet dum tamen eadem dicant; secus si contraria dicerent.

CAP. VII.

NIhil obstat narrandi diuersitas, [h] vbi eadem dicuntur. maximè cum quisque Euãgelistarum eo ordine credat se dicere, quo Deus voluit.

¶ Gregorius. †

¶ *Sensum, non verba considerare debemus.*

CAP. VIII.

PRopterea [i] si prolixã epistolam meam ad interpretandum [k] accipere te fortasse contigerit: rogo non verbum ex verbo, sed sensum [l] ex sensu transferri: quia plerunq; dum proprietas [m] verborum attẽditur, sensus veritatis amittitur.

¶ Isidorus. †

¶ *Dicit, quis propriè sit prepositus.*

Gloss. sequen. arg. alleg. contrarium, & soluit.

h Diuersitas.] quoniã nomina & verba transposita idẽ significant, vt dicit Aristoteles i Perihermẽijs. & est ar. ad hoc, C. de testa. qm̃ indignũ. & hic vbi eadẽ dicũtur prout sequitur in litera, & hoc certũ sit, & est arg. bonum pro testib. diuerso modo narrantibus. ar. s. de testi. c. cũ tu. & 8. q. j. in scripturis. de cõse. dis. 2. quotidie. & de pœni. dist. 1. periculo. se. Argu. contra. 35. quæstio. 6. de parẽtela 2. sed illud intelligitur de cõtrarietate [3] sententię. T.

PRopterea.] CASVS. Gregorius scribebat cuidã suo amico aliquando, qui fortè male interpretabatur dicta sua Greg. scribit ei dicens; Si epistolam meam prolixam ad interpretandum te recipere contigerit rogo non verbum ex verbo transferri, sed sensum ex sensu: quia aliquando dum proprietas verborum attenditur, veritas amittitur. Nota quod non debemus considerare verba, sed intentionem.

i Propterea.] Aliàs, præterea.

k Ad interpretandum.] idest, ad exponendum.

l Sensum.] sup. eo. intelligentia.

m Proprietas.] Non enim semper ad proprietatem verborum recurrendum est, sed videndum est quid testator senserit; in qua præsumptione sunt qui morantur in eo loco. ff. de fun. instrum. & instru. leg. cum de lanionis. §. asinan; quia potior est mens dicentis quam vox. ff. de supel. leg. l. Labeo. nec plus verbum quam voluntas inspici debet. C. quæ res pig. ob. pos. l. vlt. 22. quæst. 5 humanæ aut. 5. 1. quæst. 1. Marcion. Item argu. quod verba à sua significatione cadunt, cum res aliter salua esse non potest de qua agitur Insti. de inuti. stip. § quoties. & 2. quæstione 2. omnes C. an seruus pro facto suo. l. ult. ff si quis cau. si eum § qui iniuriarum. 55. distinctione qui partem. & 50. distinctione. Domino sancto. [4] proprietate verborum non est recedendum, nisi quando constat vluntatem loquentis aliter voluisse. ff. de leg. 3 non aliter. & improprietates non sunt trahendæ ad consequentiam; sed sunt excusandæ. Ala.

† Aliàs, cã.

† Adde de hac dictione, donec, ꝙ no. in l. 1. ff. de sena. Bar. in l. ambiguitate. C. de vsufru.

† Lib. 4. de trinit. referi. c. 5. eo. tit. in 2. compilat.

1 Sequitur supremus est quem nemo sequitur: sic facit. l. proximi: Io. And.

† Fortassis hęc dicit Augustinus in libris de consensu Euangelistarũ. uide ibi lib. 2. cap. 12 21. & 28.

2 Si promisit q̃s protecentum tribuere, cũ poterit ad id ꝙ actum est, redigitur interpretatio; aliàs intelligitur cũ fine incommodo poterit. Ioa. And.

† Lib. 1. epistolæ, 28. registri. & ca. 7. eo. tit. in 1. compilat.

† Lib. 10. etymologiarũ. & c. 8 eo. ti. in 1. cõpil.

3 Per quod cap. illud intelliges si loquatur de varietate Euangelistarum circa horam mortis Christi. Io. And.

4 Ad idem iura alleg. s. eod. intelligentia in §. vlt. glos. Io. Andr.

Quamuis.

QVamuis] CASVS. Hoc nomen, Præpositus, generale nomen est ad omnes qui præsunt: vsus tamen obtinuit eos præpositos vocari, qui quandã curam prioritus gerunt super alios. Not. quod vsus loquendi considerari debet.

CAP. IX.

QVamuis oẽs qui præsunt, præpositi ritè [a] vocentur, vsus tamen obtinuit eos vocari præpositos, qui quãdam prioratus [b] curam super alios gerunt.

¶ Idẽ † in libro Etymologiarũ.

¶ *Non recipit congruam summationem.*

CAP. X.

FOrus est exercendarum litium locus à fando dictus, siue à Foro neo rege, qui primus [c] Græcis legem dedit Constat [d] autẽ forus causa, lege, & iudicio Causa [e] à casu quo venit, dicitur. est.n. materia & origo negotij, nec dum discussionis examine patefacta: quędum proponitur, causa est: dum discutitur, [f] iudicium: dum finitur, iustitia: [g] Vocatur autẽ iudicium [h] quasi iurisdictio & iustitia [i] quasi iuris [k] status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur: vndè & auctores iudiciorũ propositos, quæsiores, vel quæsitores vocamur, ¶ Negotiũ [l] multa significat, modò actũ alicuius rei, cuius cõtrarium est otium: modò actionem [m] causæ, quod est iurgium litis: † & dictum est negotium, id est, sine otio Negotium autem in causis, negotiatio in commercijs dicitur, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur.

¶ Iurgium [n] dicitur quasi iuris garrium: eo quod hi qui causam dicunt, iure [o] disceptant. Lis autem [p] à contentione limitis prius nomen sumpsit de qua [q] Virgilius, Limes erat positus, litem vt discerneret agris. Causa, aut argumento [r] aut probatione constat. Argumentum nunquam testibus, nunquã tabulis dat probationẽ, sed sola inuestigatione inuenit veritatem: vndè † dictum est argumentum, quasi argutè inuentum. Probatio autem testibus, & fide tabularũ [s] constat.

¶ In oĩ quoque negotio [t]

a Rite.] id est, secũdum originariã verbi significationem.

b Prioratus curã.] Sic ponitur, 1. q. 3. Saluator † & est dignitas p se sic dicta.

FOr⁹.] CASVS. Primo ostendit Isidorus quid sit forus. & vnde dicatur. Scdò ostendit ex quib. cõstet constat .n. ex cã, lege, & iudicio: ostẽdit ẽt quare dicatur causa: dicitur enim cã, à casu quo venit: quæ dum proponitur, cã est: dum discutitur, iudicium: dũ finitur, dicitur iustitia, ostendit ẽt vndè dicat iudiciũ & iustitia. Tertiò dicit, quid sit negotium, ex eo ꝙ supra dixit, materia & origo negotij, & c. ostendit ẽt quid sit iurgiũ: & vndè dicatur lis: dicit i super; Cã aut argumento, aut probationib. cõstat & ostẽdit quali ter: Postq̃ ostendit qd sit negotiũ, dicit Isidorus, ꝙ in oĩ negotio quatuor personæ sũt requirẽdæ iudex, accusator, reus, & tres testes: ostẽdẽdo vnde dicatur iudex, & vndè dicat accusator, & reus, & testis. Vltimò dicit, ꝙ in teste tria sunt requirenda, cõditio, natura, & vita: Coditio, vtrũ sit seruus vel, liber: natura, si sit vir vel mulier: vita, si innocẽs sit & integer actu. ostẽdit etiã cãm quare ista tria considerentur in teste. Not. arg. ꝙ possumus inducere pro nobis libros gentilium. Item testes & instrumenta æquiparantur. Item in omni negotio quatuor personæ requiruntur, iudex, accusator, reus, & testis. Item tria considerantur in teste, natura, vita, & conditio. Item nota contra mulieres, quod varium & mutabile semper producunt.

c Primus.] 7. d. Moyses. Ber.

d Constat.] ex tribus, vt hic dicit: non tanquam ex suis partibus competentibus, sed ornantibus potius: & impropriè dicitur locus constare ex his: sicut dicunt vestes partes hominis adornatiuę. vndè illud.

Cultu gemmisque teguntur.

Omna: pars quoque minima est ipsi puella sui. La.

e Causa à casu.] Et ita est causa antequam respondeat pars altera. est ergo causa res in dicendo posita cum interpositione certarum personarum, scilicet actoris & rei, Iudicis & testis. Et ideo dicitur à casu, quia frequenter casualiter occurrunt præter voluntatem hominis.

f Dum discutitur, iudicium.] & sic videtur processu temporis mutare nomen. & exemplificat de iudicio de tertia parte fori.

g Dũ finitur, iustitia.] Hic exẽplificat secũdã partem fori. & ita ex istis tribus partib. cõstat forus, vt dictum est, & idẽ esse videtur ista tria in substãtia, sed aliã denominationẽ assumunt diuerso tẽpore.

h Iudiciũ.] Iudicium est legitimus actus duarum personarum actoris & rei super eadem quæstione sub eodem iudice cõtracta. Lan.

i Iustitia.] est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuẽs. Insti. de iusti. & iur. in prin. & sup. in principio libri, in constitu. Gregorij.

K Iuris stat⁹.] Lex .n. dicitur status iuris, & verè, quia per sñiam ius nõ cõstituit, sed status iuris declaratur. ff. si ser. ven. sicut. §. sed si quæritur.

l Negotiũ.] Quia supra mẽtionem fecit de negotio ibi, origo negotij. & ostẽdit qd sit negotiũ: quasi negans otiũ.

m Actionem causę. In hac significatione sumitur sup. vbi dicit, origo negotij.

n Iurgiũ.] Hic exponit ꝙ dixit supra qd est iurgiũ litis.

o Iure disceptãt.] Arg. quod iurgia non pertinent ad presbyteros, quia non tenentur esse iurisperiti. 38. d. quæ ipsis. nec aduocare possunt nisi in certis casibus. sup. de postu. c. vl. secus de archidiacono. 25. d. c. 1. R.

p Lis autem. Quia fecit mentionem litis sup. vbi dixit, iurgium litis, exponit modo quid sit lis. lis .n. ciuilẽ causam ostendit tantum, & non criminalẽ: ff. e. ti. litis.

q De qua Virgilius.] Ar. habes hic ꝙ possumus inducere pro nobis libros gẽtilium siue paganorum. 27. d. si quid veri & 1. q. 1. Dñs declarauit. ibi: Si ergo, &c.

r Argumento.] Argumentum vocat naturalem probationem, q̃ fit per localem argumentatione & ita arg. ꝙ in iudicio valet naturalis probatio. arg. ꝯtra. 1. d. consuetudo. & sup. de elec. bonæ 1. ibi, negantis factũ per rerũ naturã, &c. a cõtrario. & nõ per testes vel instrã, vt littera sequens dicit vndè dic tabulis, id est, instrumentis.

s Testib. & fide tabularum.] Hic æquiparantur testes & instrumenta, quia parem vim habent in litibus exercendis. C. de fi. instr. in exercendis.

t Negotio] non notorio, ꝙ exercet in forma iudicij. ¶ Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.

† De æta. & qualit. c. 1. de appel. cõstitutus, 2. de cler. nõ resid. ex parte, de his q̃ fiũt à maio. par. Capituli. c. ex ore. cũ multis simi. Ioua.

† Idẽ. f. Isidorus li. 18. etymolog. c. 15. & c. 10 eo. tit. in 1. comp.

† Vide l. cũ clericis. C. de epis. & cler.

Vergiliꝰ lib. 12.

† Aliàs ita: vnde dictũ est argumẽtum, argutum inuentum.

a Tres

hæ personæ† quæruntur, iudex, accusator, reus, & tres testes.[a] Iudex dictus quasi ius dicens, populo, siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare, est iustè iudicare. Non est ergo iudex, [b] si non est in eo iustitia. Accusator vocatus est, quasi causator: quia ad causam vocat eum, quem appellat. Reus [c] † à re, quæ petitur, nuncupatur: quia quamuis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in iudicium pro re aliqua petitur.

¶ Testes antiquitus superstites dicebantur, eo quòd super causæ statu proferebantur: nunc parte [d] ablata nominis, testes vocantur. Testes autem considerantur conditione, natura, & vita.† Conditione, si liber, [e] nõ seruus, nam sæpe seruus metu dominantis [f] testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non fęmina [g] nam † varium [h] & mutabile testimoniũ semper fęmina producit, Vita, si innocens & integer [i] actu, nam si vita bona defuerit, fide carebit [k] non enim potest iustitia [l] cum scelerato homine habere commercium.

¶ Idem.†

¶ Dicit quid sit pactum, & vndè dicatur.

CAP. XI.

PActum [m] dicitur inter partes, ex pace conueniens scriptura [n] legibus [o] ac moribus comprobata: dictum pactum, [p] quasi ex pace factum.

¶ Idem †in eodem.

¶ Hic Isidorus ponit etymologiam iuris, prout habetur in re, non prout est generale nomen.

CAP. XII.

IVs dictum [q] est à iure possidendo. hoc enim iure [r] possidetur, quod iustè: [s] hoc iustè, quod benè:

a Tres testes.] Arg. contra 4. q. 3. c. si testes §. vbi numerus. & 2. q. 4. c. 1. & sup. de testi licet vniuersis, vbi dicitur: in ore duorum vel trium testium, &c. potest dici, tres testes propter triplicem modum probandi, scilicet per testes. instrumenta, & argumenta: de quibus ꝓmisit, 1 vel potius dicas confessionem, quia quodlibet istorũ triũ legitimã facit probationẽ, siue per testes, instrumenta, & confessionem. s. de test. ipo. cum ad sedem, in fi.

b Non est ergo iudex.] Sic 23. q. 2. c. j. & supple hic, bonus, quia quãuis malus est iudex 3. q. 7. c. iudicet, §. vl. quia & pro meritis subditorum disponit à Deo vita rectorũ. 2. q. 7. c. 1. & 6. q. j. ex merito. & 8. q. j. audacter. Ber.

c Reus à re.] & nõ à reatu. 15. q. 3. c. vl. 3. q. 11. non est. Ber.

d Parte ablata] Est hic figura quæ dicit Aphæresis, cũ principiũ dictionis aufertur: secundum quod patet hic. Est & figura alia, quæ dicit Prosopopeia. i. cõfirmatio 2 nouæ personæ. de consec. d. 4. quęris à me. ver. si. Itẽ Antonomasia, cum per excellentiã aliquid alicui attribuitur quod cõe est plurium: vt cũ dico Apostolus, intelligitur Paulus 32. q. 7. cap. Apostolus, & c. cum dico, vrbs, intelligit Roma sup. de pęn. & remis. c. significauit. Synecdoche, cũ pars ponitur pro toto. 32. q. 4. meretrices. 14. q. 5 pęnale Antiptosis, cũ ponit casus pro casu. 75. d. ordinationes. 18. q. 2. quidam Liptore cum plus dicitur, & minus significatur 32. q. 7. quid in omnibus. Pleonasmos, cum superabundat dictio vt iste videt oculo monachum regulare 11. 20. q. 3. præsens. Tmesis, cum eadem dictio interdicitur, ff. de mino. l. quod si de speciali. ff. de rei ven. si post acceptum. Syncopa, cum quid aufertur de medio dictionis, 7 q. j. audacter pro audaciter. Ironia, cum quid per derisionem, idest, per contrarium dicitur, O quanta integras, 11. q. 3. ad mensam, in fin. Ephexegesis, idest, expositio præcedentis sermonis 47. dist. quoniam. Item Anthropopathos, cum aliquid attribuitur Deo quod conuenit homini. 24. q. 1. odi. & proiect. & sup. de re. eccle. ali. vel. non, si quis presbyterorum. Ala.

e Si liber.] quia seruus testis esse non potest, 4. q. 3. c. si testes, §. vbi. §. item serui. sed liberi. vt ibi dicitur. ver. item liberi. & C. de testi. Auth. si dicatur.

f Dominantis.] 4. q. 3. c. si testes, §. item idonei. & 11. q. 3. quatuor.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

g Non fœmina.] Hoc intellige in criminali: in quo casu mulier testis esse non potest ẽm canones. 33. q. 5. mulierem, sed in ciuilibus & matrimonialibus benè ferunt testimonium. sup. de testi. tam litteris. & ca. super eo, ar. cõtra quoc possunt in criminali 15. q. 3. ex co sed aliud ẽm leges, tamen in crimine excepto admittitur mulier etiam malæ famæ ad accusationem, sup. de. simo tanta. & in inquisitione admittitur ad testimoniũ siue denuntiationem. s. de testi. tã litteris, & c. quoniam. Itẽ in testamentis mulier nõ admittitur. Inst. de testa §. testes. Ber.

h Varium.] C. de inoff. testa. filia. & ar. C. de insti. & substitu. reprehẽdẽda. ADDITIO. Vndè versus.

Quid leuius fumo? flamen. quid flamine? ventus. Quid vẽto? mulier, quid muliere ? nihil.

i Integer,] quia dẽt esse testis bonę famę, & sine o: suspicione. 2 q. 7. testes. ĩfamis repellit s. de testi. cogen. ꝑ terea.

K Fide carebit.] i. nõ credet iuro suo. ar 2. q. 7. nõ põt. B.

l Iustitia cũ scelerato.] & ideo virius. 32. q. j. cũ renunciare. & est sũmã boni in vita colere iustitiã. 12. q. 2. cu deuotissimã

PActum] Pactu dr, quæ fit inter partes scriptura cõueniens legib. & morib. approbata: & dicitur pactũ, quasi ꝑ pace factũ.

m Pactum.] ius ciuile aliter diffinit in l. 1. ff. pac. Abb.

n Scriptura] & ẽt sine scriptura pactum fit. sed hoc ideo dicit, quia sępe interuenit scriptura, & ad probationem pacti interponitur.

o Legib.] Aliter non valeret nisi ẽm leges fieret. ff. de pac. iuris gentium §. prætor ait. & C. eod. ti. pacta. Ber.

p Pactum.] Dicitur pactum duorum vel plurium cõsensus in idem ff. de pac. l. 1 §. 1.

IVs dictum.] CASVS. Ostendit hic Isidorus vndè dicatur ius. s. a iure possidendo, hoc. n. iure possidetur. quod iuste: & ho. iuste, quod bene. malè autem possidet qui suis malè vtitur, vel vsurpat aliena.

q Ius dictum.] Diffinitur 3 hic ius nõ prout est generale nomen, sed prout applicatur ad certam rem, qñ dr habeo ius in tali re: tunc. n. dicit ius à iure possidẽdo, & ita intellige istũ tex. Sed capiẽdo ius gñaliter, dr a iustitia, & est ars boni & æqui l. 1. ff. de iusti. & iur. vide gl. si super rubrica de reg iur. li. 6. & istud generale nomen habet multas species sub se, naturale, ciuile, & gentium. 1. d. ius, & §. seq. Abb.

r Hoc. n. iure.] Hęc verba habes 14 q. 4 qd dicã, In fi.

s Quod iustè.] Nõ tñ è conuerso ẽm leges: quia iure possidet qui mala fide præscripsit, non tñ iustè, s. de præscrip. vigilanti secus secundum canones: quia qui malam fidẽ habet, non præscribit. eo. tit quoniam omne.

1 De hoc 4. q. 4. ca. j. vel quod dicit tres, supple, vel duo, vt in 3 tijs ẽm Ho. Io. An.

† Vide epistolã 2. Fabiani Papę; & Iuonẽ p. 6. c. 322.

† Alias ita: Reus autẽ à re qua petit nuncupatũ.

2 Aliàs confirmatio, sed videtur legẽ cum confictio.

† Vide l. testiũ, & ibi, gl. C. de testib.

† In oib. Vaticanis ita: nã varium & mutabile sp fœmina ꝓducit absque. dictione testimonium.

† Idẽ. s. Isidorus lib. 5. c. 24.

† Li. 5. Etymolog. c. 25 & c. 12. eo. ri. in 1. comp.

3 Hæc glossula ex Panormitani lectura huc trãsfusa fuit

a Alienam.

a Alienum.] idest, alijs debitum.

b Malè autem.] vt auari 1 47.dist.sicut hi.& 14.q.4. quid dicam.

ADDITIO. Vnde versus.

Qui sunt qui rebus nunquam potiuntur? auari.

Qui sunt qui minui sua non patiuntur? auari.

1 Vel prodigi: & de vtrisque no. s.de consue.c.pe.Io.An.

quod autem malè possidetur, alienum [a] est: male [b] autem possidet, qui vel suis malè vtitur, vel aliena præsumit. [c]

c Præsumit.] id est, inuadit. Ber.

Causa.] Primo decisè narrat factū: Secundo diffinit, ibi: Cæterum. Abb.

CASVS. Quærebatur de decimis, primitijs, & oblationib. in quorū bonis deberent esse & quid appellentur oblationes; Respōdet Papa, ꝙ decimæ, & primitiæ, & oblationes cōnumerantur in solis bonis ecclesiarū, oblationes verò dicunt, quęcunque de proprijs, & licitis rebus offerunt ecclesiæ à fidelib⁹: & quicunq; p secularē eas obtinet potestatem, proculdubio ꝯ Deū facit: & qui accipit, & q tradit, raptor & sacrilegus iudicatur. No. ꝙ oblationes de proprijs, & licitis reb. fieri debent. Item qui bona ecclesiarum rapiunt, & inuadūt, sacrilegi iudicantur.

† Ca.13.eo. tit.in 1.cōp. Vide citatos in c.ex trans missa s. de decimis.

¶ Paschalis canonicis Sancti Martini.

¶ *Quicquid fidelis offert ecclesię, oblationis nomine continetur, & à secularibus possideri non debet.*

CAP. XIII.

Causa† Carpēsis plebis: & infra. ¶ Ceterum primitiæ, [d] decimæ, & oblationes, in solis [e] ecclesiarū bonis pcipuè numerātur. Oblationes verò dicimus quæcunq; de proprijs, & licitis [f] rebus ecclesiæ à fidelib. offeruntur. Quicunq; igit̄ eas p Potestatem [g] secularem obtinet, proculdubio cōtra Deū, & sanctorum Patrum nititur sanctiones: quinimò, & q ac cipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus [h] iudicatur.

d Primitiæ.] Quid sint primitiæ, dicitur sup.de deci.c.1.

[Glo seq quęrit, & tres opiniones ponit.

e Solis ecclesiarū.] Sed quid appellatur hic ecclesia? dominus Albericus dixit, quòd bona ipsa sunt loci conclusi muro ad instar vacantis hæreditatis, quæ vice personæ obtinet. ff. de acq.rer.do. hæreditas. Alij dicunt, quòd sunt vniuersitatis illius loci.at.12.q.2.nulli. Hug.dixit quod res istæ sunt Dei: & cum omnia eius sint, ista tamē specialius.arg.1.q.3. saluator.16.q.1.in canonibus.23.q.8.conuenior.16.q.7. omnes decimæ.s de deci.tua 2. vbi dicitur, ꝙ Deus in signum vniuersalis dominij decimas sibi retinuit, quarum rerum vsus dominus clericis concessit. R

f Licitis.] & etiam de illicitis 2 potest fieri eleemosyna, dummodo transferatur dominium, & non competat repetitio 14.q.5.nō sanè, & c.qui habetis, & §.seq. Et de hoc plenè tractatur s.de deci.c.ex transmissa. Ber.

2 De hoc vide citatos in c.ex trāsmissa. s.de decimis.

g Potestatem.] 12.q.2.nulli.& c.quicunque.16.q.7. decimas omnes Bern.

h Sacrilegus.] Qui bona ecclesiarum rapiunt, & inuadunt, sacrilegi iudicantur, & ab ecclesia sunt puniendi.12.q.2.nulli liceat. s.de foro compet.conquestus, & non solum sacrilegis, sed etiam Iudæ furi comparantur.23.q 4.quid ergò. Ber.

Quæsiuit.] Duo sunt dicta: Secūdum ibi, Festū. Ab.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa, vtrum sacerdos vno tantum clerico præsente infirmū vngere possit, Secundo fuit quæsitum, quando festū beati Mathiæ Apostoli in anno bissextili debeat obseruari, cum quidam inter vigiliam, & festum velint interponere diem? Respondet Papa, ꝙ sacerdos vno clerico præsente, & etiam solus si necesse fuerit, potest vngere infirmum: De festo beati Mathiæ Apostoli, dicit Papa, ꝙ vigilia secundum consuetudinem ecclesiasticam pręcedat ipsum festum, ita videlicet, ꝙ nec pro bissexto, nec alio modo inter vigiliam, & solemnitatem alia dies interueniat: in qua vtiq; vigilia ieiuniū celebretur, nisi venerit die Dominico: & ipsum festū siue fiat in die bissextili siue in sequenti, quia duo dies pro vno reputantur, nullus error est: sed consuetudo ecclesiæ seruetur: No. ꝙ solus sacerdos infirmū vngere potest. Item die Dominica nō est ieiunandum. Item consuetudo ecclesiæ seruari debet.

† Cap.9.eo. tit.in 1.cōp. & post Cōcilium Later. sub Alex.iij. par.50.c.21. Vide Cōcilium Trid.sess. 14. de sacramento extremę Vnctionis.c.3.

¶ Alexander tertius.

¶ *Solus sacerdos potest sacramentum extremę vnctionis infirmo conferre. hoc dicit.*

CAP. XIIII.

Quæsiuit † fraternitas tua: & infra. ¶ Nos itaque tibi taliter duximus rn̄dendū, quod sacerdos vno præsēte clerico, & etiam solus [i] potest infirmum vngere.

¶ *In anno bissextili seruari debet loci consuetudo circa diem sancti Mathię festandum, dum tamen vigilia continuetur festo. hoc dicit.*

¶ Festum verò beati Mathię iuxta cōsuetudinem ecclesiasticam vigilia eatenus pcedat, vt nec pro bissexto, nec p quolibet alio modo inter se, & solemnitatem, aliam diem admittat: in qua vtiq; vigilia (nisi venerit in Dominica [k]) ieiunium celebretur, ipsum autem festū siue fiat in præcedenti die, [l] siue in sequenti, (qui duo quasi [m] pro vno reputantur). nullus error...

[Gl. seq. signat cōtrarium, & soluit.

i Etiam solus.] Arg. ꝯ in Apostolo, vbi dicitur: Infirmatur qs in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, qui orent super eum. s.de fac.vnc c.vnigo. & sic videtur, ꝙ debeāt esse plures: quia pluralis locutio duorum numero ad minus contenta est.4.q.3.ca.si testes.ver.vbi numerus, hoc intellige in necessitate, quæ legem non habet, de cōsecr.dist.1. sicut.& s.de consue.quanto.

K Dominica.] Quoniam in Dominica propter reuerentiam non est ieiunium celebrandum.30.dist.c.vlt.sed in sabbatho pręcedenti ieiunandum est.s.de obser.ieiu.c.1.

l Die.] scilicet bissextili.

[Glo.seq.signat contrarium. instruit negatiuè in cognitionem bissexti. quærit, arg. negatiuè. ponit contrariam opin Lau.quam approbat.

m Qui duo quasi pro vno reputantur.] Et ideò quia pro vno reputantur, non cōputant̄ in tpe restitutionis, licet de momento ad momentū fiat cōputatio.ff.de minori.deniq;.§.minorē, & ff.de verb.sig.cū bissextus, & pp hoc facit ad tit. 3 Et arg. ꝯ.hoc ff.de sta.li.l.4 §.Stichus. No.ꝙ annus solaris hēt 365.dies & sex horas: sic quattuor anni hēnt vltra pfatū numerū dierū 24.horas, q coadunatę faciūt vnum diē, q superabūdat oī quarto anno: & dr̄ bissextus, qa bis sedet, & stat̄ in vna littera calendari: & hi duo dies pro vno cōputant̄, & interferēt quinto die exeunte Februario, hoc est sexto calendas Martij: 4 & sequenti die dēnt 5 vigiliæ beati Mathiæ celebrari: Vndè versus: Bissextum sextæ Martis tenuere Calendæ: Posteriori die celebrantur festa Mathiæ Sed pone aliquē suspensum per annum, & est tunc annus bissextilis, nunquid in vltima die posset celebrare? Vr̄ ꝙ non: qa hi duo dies quasi pro vno reputātur. arg. hic,

3 Vide gl.in l.2.ff.de diuer.& temp. pscrip. & in l.3.§. minorē, aff.de minor. & ibi doctores.

4 De his plenè nota in fi.li 6. super data.Io.An.

5 In antiq. orib. codi.ib. ita: dēt festū beati Mathiæ celebra ri.

hic, & ff. eo. cum bissextus, & ff. de mino. denique. §. minorem. Lau. dixit contra arg. l. dicentis, quod si libertas tibi relicta est, si anno seruieris, dies illa non computatur in anno, sed tantum ccclxv. dies. ff. de sta. libe. cum hæres. §. Stichus. & satis videtur, quia cum sit pœna, non debet ampliari, sed potius restringi, de pę. dis. 1. pœnę. Tan.

a Consuetudo.] s. de obser. ieiu. consilium. 76. dist. vtinã. 11. dist. Catholica. B.

IN his.] Duæ sunt partes: Secunda ibi, Attendentes. Abbas Siculus.

CASVS. Inter magistrum, & conuersos sãcti Simpliciani corã archiepiscopo Mediolañ. super eodem hospitali questio vertebatur archiepiscopus tulit sententiam sub hac forma verborum. Statuo & pręcipio, quod ita fiat: quia non fuit vsus his verbis. Talem partem condemno, vel absoluo: dicebatur quòd talis sententia nõ tenebat; quæstio sup hoc delata est ad dominũ Papam: vnde ipse cõsiderans, quod hoc verbũ. Statuo, rem perfectam significat. Item secundum Greg. quod præcipitur, imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri: & aliquando si non fiat, pœnam habet; & non debet quis considerare verba, sed voluntatem, & procuratoribus vtriusque partis præsentibus interpretatur, & diffinit, quòd sententia prædicta perpetuam obtineat firmitatẽ. No. quòd intentio loquentis consideranda est, & non verba. Item non refert per quæ verba fiat condemnatio, vel absolutio, dum tamen de intentione iudicis constet per illa verba.

ror, sed consuetudo[a] ecclesię teneatur.

¶ Celestinus tertius.

¶ Per verbum, statuo, & pręcipio, diffinitiua sententia ferri potest.

CAP. XV.

c In ornamentis.] hoc idem quod hic dicitur, habes s. de test. c. vlt. vbi de hoc.

cuiusdam, quā Albinen. † eps tunc legatus a in partib. Romaniæ, super legatis edidit defunctorū, & dilectus filius I. tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis, dū ibidē legationis fungeretur officio, innouauit de quibusdā, q̄ vobis & ecclesijs vestris legantur à decedentibus, tertiā à vobis exigit portionem. Cum igitur ipsi (sicut ex eorum interpretatione b accepimus) nō intellexerint, q de his, q̄ in ornamentis c ecclesiasticis, vel ad fabricā ecclesiæ reparatione indigētis, aut ad ecclesiæ luminaria, necnon de his, quæ p anniuersario, septimo, tricesimo ac vicesimo faciēdis, vel de his, quæ personis d spetialiter nisi forsan id fiat ecclesiæ rōne, à quocunque legantur aliqua deberet solui portio ecclesiæ cathedrali: Nos interpretationē eorum ratam habentes, secundùm ipsam constitutionē præfatam præcipimus obseruari; firmiter inhibentes, ne in prædictis aliquid fraudulēter e in præiudicium cathedralis ecclesiæ procuretur.

¶Idem episcopo Tolonen.

¶*In priuilegio de percipiendis fructibus beneficiorum appellatio beneficiorum et maiora beneficia comprehendit, quando priuilegium est concessum episcopo pro honesta, & fauorabili causa. h.d. cum suppletione Panormitani.*

CAP. XXXII.

Tva † nobis fraternitas intimauit, quod cum tibi pro releuatione oneris debitorum duxerimus indulgendum, vt fructus beneficiorum, q̄ interim in diœcesi tua vacare contigerint, tibi liceat biennio retinere: quidam Apostolicæ gratiæ priuilegium sinistra interpretatione f restringere g molientes, asserunt præbendas, & maiora beneficia nequaquam beneficiorum h nomine contineri: & infra

¶Nos igitur auctoritate præsentium declaramus, q in hoc casu præbendæ ac alia beneficia, generali beneficiorum nomine contineantur.

¶ Gregorius Decano & Sanctæ Enge. †

¶*Verbum, moderationis, diminutionem continet, non augmentum.*

d Personis.] Hoc itellige secundum distinctionem, quam fecit decr. s. de test. requisisti.

e Fraudulenter.] quia tunc fraus non noceret ecclesiæ cathedrali. Si. s. de test. officijs, & c. requisisti § si verò illud, in fi. 3 Ber.

Tva nobis.] Communis diuisio: Secunda ibi, Nos igitur. Abb.

CASVS. Eps Tolonē. grauatus erat onere debitorum: impetrauit à dño Papa, vt fructus bñficiorum, quæ in diœcesi sua vacare contingeret, pp debita releuanda per biennium retineret: quidam indulgentiā illā malitiosè restringere molientes, asserunt præbēdas & bñficia maiora, beneficiorum noie minimè contineri: eps significauit hoc domino Papæ, & ipse rñdet q in hoc casu generali noie beneficiorum præbēdæ ac alia bñficia continentur. No. q bñficium Principis nō est restringēdū. Itē p gñale nomē oia quę sub ipso ǫtinent intelligi dēnt. Et sic no. q verbū indefinitè positū gñaliter recipiendum est.

f Sinistra interpretatione.] Tales. n. infamia notant. C. d ll. l. 2. nam ius ciuile calūniari nō oportet, ff. ad exi. l. peu. Ber.

g Restringere.] imò potius beneficium Principis latissimè interpretandum est, s. eo. cum olim, & s. de don. cum dilecti, in fi. ff. de const. prin. l. vlt & s. de priui. in his.

h Beneficiorum.] Sic nomine clericorum oēs clerici maiores & minores intelliguntur, s. eo. cum tibi. & ita verbum indefinitè positum generaliter accipiendum est. simil. supra de priui. quia circa, 19. distin. si Romanorum, ff. de ser. vrban. præd. si seruitus, & ff. de tute. l. 3. in fin. & supra de offic. deleg. super quæstionum, § si verò duo, arg. contra 1. q. 1. sunt nonnulli, vnde ibi dicitur: Beatus qui excutit manus ab omni munere, 4 non dixit, à munere &c. si enim tantum de minoribus beneficijs intellexisset, de illis expressè dixisset, supra de decim. ad audientiam, & supra de transl. inter corporalia, & C. de cad. tol. l. vna, § si verò nemo.

Transmissæ.]

† Alban.

1 Apud cōsules ēt in prouincijs, q̄ sortitus nō est, & manumitti, & i adoptionē dari posse placet. Io.A.

† Tullen. † Tolenen. † Tulonen.

2 Vide de fi-

deius. que nit, sup gl. Io.And.

3 Et pbabit per cōiecturas de renunt. c. 2. lib. 6. I.A.

† Vide Archid. i. frater noster,

† Egon. † Engalismen.

4 De hoc plene s. de ele. vt circa, li 6 in gl. omnis Io.An.

TRansmissæ.] Communis diuisio; Secunda pars, ibi, Quocirca. Abb. Siculus.

CASVS. Eps & capitulum Xantoneñ. significauerunt dño Papæ, quod quadragenarius numerus in eorum ecclesia constitutus non poterat obseruari, quia facultates ecclesiæ non sufficiebãt: vnde petebat, quatenus numerum canonicorum secundum facultates ecclesiæ dñs Papa moderari deberet. mãdat Papa quibusdam, vt canonicorum & præbẽdarum numerum secundum facultates ecclesiæ moderentur; statuens eundem numerũ firmiter obseruari: Ipsi verò inuenerunt facultates illius ecclesiæ à tpe statuti numeri adeo excreuisse, q̃ sine diminutione præbendarum maior ibidem numerus poterat ordinari: vnde petebant à dño Papa, an per verbum, moderationis, quod in litteris Papæ positum erat, eundem numerum augmentare debeat, vel minuere; mandat Papa quatenus si antiquæ ꝑbendæ non sunt diminutæ, cũ moderatio ibi locum nõ habeat, numerum præbendarũ & canonicorum dimittant in eo statu, in quo ipsum inuenerunt: augmentum redditũum conuertentes in vtilitatem ecclesiæ, donec Papa super hoc aliter duxerit disponendum. Nota quod secundum facultates ecclesiæ canonici sunt in ecclesijs instituendi: & si plures ibi instituti sunt, diminui debet numerus. Item forma mandati seruanda est. Item non est recedendum a significatione vocabuli. Item augmentum reddituum non debet diuidi inter canonicos, sed in vtilitatem ecclesiæ conuerti. Item videtur hic, quod canonici etiam cum episcopo sine licentia Papæ numerum canonicorum non debent diminuere.

Glos. seq. alleg. signat quatuor concor. & duo similia.

a Iuxta facultates.] Hoc enim generale est, & ordinarium, vt secundum facultates ecclesiarum in eis clerici instituantur, & non plures, vt sup. de inst. ca. 1. & c. auctoritate, & sup. de vi. & hon. cle. quoniam vt ait, vbi de hoc, & supra de concess. præben. ex parte Hastensis, in fi. & alimenta secundum facultates danda sunt, ff. de transac. cum hi. §. in persona & procuratio, supra de cen. si. sopitæ, & c. pen.

b Moderantes.] Hoc verbum induxit dubitationem quæstionis. Ex hoc patet, quod vltra facultates institui non debent: immo si instituti sunt, reducendus est numerus ad debitum modum, in Auth. vt deter. sit nu. cle. §. sancimus, coll. 1.

Glo. seq. aperit dubium, arg. & remmittit.

c Excreuisse.] Hoc etiam mouit quæstionem. quia vbi excreuerint facultates, numerus augeri debet; vnde in quolibet priuilegio ponitur hæc clausula, vel subintelligitur, Nisi in tantum excreuerint ecclesiæ facultates, quod possint pluribus sufficere competenter, 7. de consti. cum M. & vbi messis multa est, & operarij pauci, alij mittendi sunt, 31. distin. in nouo. vnde dubitabant isti moderatores, vtrum sicut poterant diminuere numerum canonicorum, si facultates ecclesiæ fuissent diminutæ, ita possent augere numerum, cum facultates inuenissent augmẽtatas à tpe numeri statuti. Ex hac decr. colligitur, quod episcopus cum capitulo statutum numerum canonicorum & præbẽdarum & dignitatum non possunt diminuere sine auctoritate Papę, etiã ex iusta causa, quam isti allegabant, licet esset falsa, prout postea est compertum.: ad hoc facit sup. de consti. ex parte, & c. cum accessissent, vbi de hoc notatur Dic vt ibi.

Glo. seq. aperit dubium, inducens tria similia, & ar. duo; & ad secundum alleg. duo contraria, vbi remittit.

d Moderationis verbum.] Ex hoc iacit ad titulum: moderari enim est diminuere id quod inducit grauamen, & reducere ad æquitatem sic iudex ex causa etiam moderari potest ips appellationis, id ẽ ab breuitate, sup. de app. cum sit Romana, &c. oblatæ. sic & iniquum mandatum moderandum est, sup. de iuriuran. Quintauallis. sic in societate, ff. pro soc. si societatem, ff. de ope. lib. si libertus. Item patet hic, quod forma mandati diligenter est seruanda, supra de rescrip. cum dilecta. cum suis concor. Item est argumen. quod non est recedendum à significatione vocabuli, nisi constet scribentem aliud sensisse. ff. de legat. tertio, non aliter & supra de decimis ad audientiam, & supra de transla. inter. arg. sup. de spon. ex litteris. arg. contra sup. eod. intelligentia, & c. præterea, vbi de hoc.

Glo. seq. not. & illud determinat.

e In vtilitatem.] Nota augmentum conuertendum, in vtilitatem ecclesiæ. hoc posset intelligi quando præter diligentiam canonicorum hoc contingit: secus videretur si diligentia ipsorum hoc fit procuratum, aliàs diligentia ipsorum esset ipsis damnosa: quod esse non debet, argumen. C. de allu. lege tertia, sic enim subtraherentur à procuranda ecclesiæ vtilitate. De hoc not. supra de constitut. cum M. & ad hoc quod dicit, donec aliter, &c. videtur quod se non distinguatur vndecunque augmentum contingat. Ber.

CAP. XXXIII.

TRansmissæ † nobis lrǽ continebant, q̃ significantibus epo & capitulo Xantoñ. q̃ quadragenarius canonicorũ numerus institutus in eorũ ecclesia non poterat obseruari, pro eo, quia non sufficiebant ecclesię facultates, vobis dedimus in mandatis, vt canonicorũ & præbẽdarum numerũ iuxta facultates a ecclesię moderantes, b statueretis eundem firmiter obseruari: Vos vero inuenistis prędictæ † ecclesiæ facultates, a tpe statuti numeri adeo excreuisse, c q̃ absque mutilatione præbendarum maior haberi posset numerus in eadẽ: quare quæsistis, an per moderationis d verbum litteris nostris appositũ, eundem numerum augmentare vel minuere deberetis. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si ueteres nõ sunt minutæ † præbendę, cum moderatio locum non habeat, ipsarum & canonicorum numerum dimittatis in eodem statu, in quo hactenus dignoscitur extitisse: in utilitatem e eiusdem ecclesiæ cõuertentes augmentum suorum redditũum, donec duxerimus aliter disponendum.

TITVLVS XLI.

De regulis iuris.

¶ Ioan. Chrysostomus. †

¶ *Non põt breuius summari.*

DE REGVLIS IVRIS.

Supra vidimus multa iura specialia Verum quia ex iuribus specialibus omnes casus occurrentes decidi non possunt, congruum fuit in fine operis subijcere aliquas regulas generales ideo sequitur ista rubrica, vel dic vt in gloss. rubricæ eod. in titu. li. 6 Abbas.

† Vide gl. & Doct. in ca. cupientes. & electio. li. 6. & Cardi. in clẽ. 2. de magist.

† Aliàs ita: prędictas facultates ecclesię, &c.

† Diminutæ.

† Homilia. 32. in Matth. in opere imperfecto referũt Iuo par. 8. decr. cap. 233 & & Gratia. in palea 27. q. 2. Oĩs res Et moderanda est mulcta quæ tolerari nõ põt à condẽnaro, C. de momul. l. fi. ff. de offi. p. illicitas, §. fin. Itẽ moderatę expẽsę sunt restituendæ, 3. & dolo, finẽ & resistendi Ẽ cum moderamine, C. vnde vi. l. 1. secundum Goff. Ioan. And.

Omnis

OMnis res.] Pone ca um in c. 2. supra de spons. Abcas.

CASVS. Omnis res, idest, omnis obligatio temporalis per quascunque cas contrahitur, per easdem dissoluitur: hmôi enim obligationes tp ales siue contractus côsensu contrahuntur, & dissensu dissoluuntur: Secus in spûalib. obligationibus, quæ consensu contrahuntur, sed dissensu nô amittuntur, vt sacramenta ecclesiastica. Nota ꝙ oîs obligatio tp alis consensu contrahitur, & dissensu dissoluit.

Glo. seq. ponit exêplum, & quatuor casus exceptos, dat simile, contra quod alleg. contrarium, & soluit.

a Omnis res] Potest exponi, i. oîs obligatio siue contractus: ꝙ enim consensu contrahitur contraria voluntate dissoluitur, C. qñ li. ab emp. disc. l. 1. & ff. de regu. iur. nihil tã naturale, & C. de act. & oblig. sicut initio. fallit hæc regula sup. de baptis. maiores. Itẽ in matrimonio, quod solo consensu contrahitur, 22. quæst. 2. sufficit. sed solo dissensu non soluitur, 32. q. 7. licitè. Item idem in ordine & baptismo; quia sacramenta semel habita nunquam amittuntur. c 1. q. 1. quod quidam. & argum. 15. q. 7. c pñs. Item fallit, quia alio modo tollitur obligatio. quæ consensu nata est, scilicet per acceptilationẽ, sed non natura sui, sed potestate conuentionis, ff. de resc. vend. cum emptor. Item tollitur solutione eius quod debetur, Inst. quibus mod. tol. obli. in prin. Item sicut acquiritur possessio corpore & animo, ff. de acq. poss. possideri; & eodem modo amittit. ff. eodem, quemadmodum. Sed contra. ff. eod. possideri §. in amittenda. Sol. animo amittitur ciuilis possessio, corporalis non; vt illa l quemadmodum.

† Beda in Luc. li. 2. ca. 24.

Et vide plene p B. Thomam 2. 2. q. 60. ar. 4.

Luc. 6.

† æstimo.

Mat. 7.

1 Hoc verũ in sacramentis imprimẽtib. caractere.

CAP. I.

OMnis res, a per quascunque causas nascitur per easdem dissoluitur.

¶ Beda f in homilijs.

¶ *Dubia in meliorem partẽ interpretari debent.*

CAP. II.

EStote misericordes: &c.

¶ Hoc loco b nihil aliud nobis præcipi existimo, † nisi vt ea facta, q̃ dubiũ est, quo animo fiant, in meliorem c partẽ interpretemur. Quod enim scriptum est: Ex fructib. eorum cognoscetis eos. de manifestis d dictũ est, quæ non possunt bono animo fieri: vt stuprũ, e blasphemiæ, furta, ebrietates, & similia: de quibus nobis permittitur iudicare.

¶ Idem. †

¶ *Propter scandalum euitandũ ueritas non est omittẽda.*

CAP. III.

QVi scãdalizauerit: f & cætera. ¶ Vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas g relinquatur.

¶ Idem. †

¶ *Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.*

CAP. IIII.

QVod non est licitum in lege, ne-

EStote.] Primo ponuntur verba Euangelij: Secundo verba Bedę exponentis; Secunda ibi, Hoc loco.

CASVS. Estote misericordes, & nolite iudicare, & non iudicabimini. Exponit hic Beda particulam istam huius auctoritatis; nolite iudicare, &c. hoc loco, idest, hac parte auctoritatis, s. nolite, &c. dicit Beda, nihil aliud nobis præcipitur, nisi vt ea, quæ dubia sunt, quo aîo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod autem scriptum est. Ex fructibus eorum cognoscetis eos; de manifestis dr; quia illa non possunt bono aîo fieri, vt stuprũ; blasphemiæ, furta, ebrietates, & similia. de quibus cum certum sit illa esse mala, nobis permissum est iudicare, & ideò ad bonum reduci non possunt. Nota dubia in meliorem partem interpretari; quia potius debemus præsumere bonum quam malum.

b Hoc loco.] scilicet, qui sequitur in ipsa auctoritate; scilicet, Nolite iudicare, & non iudicabimini, &c.

Glo. seq. ponit duas lecturas.

c In meliorem partem.] Vt res potius ualeat quam pereat, sup. tit. prox. abbate. & sup. de fi. instr. inter dilectos, & ff. de reb. dub. quoties, 2. & benigniorem interpretationem sequi debemus in re dubia, ff. de his quæ in test. dele. proxime. Vel expone in meliorem, i. in securiorem, pro eo quod in altero nullum, in altero magnum periculum timeatur. supra de homi. ad audientiam, & c. significasti, 2. sup. de cle. excom. min. illud, & sup. de spon. iuuenis. Sic. n. in dubijs absoluitur reus, quia illud est benignius. sup. de fide instr. inter dilectos; in fi. & sup. de proba. ex litteris, nisi in casibus, qui ibi ponuntur.

d De manifestis.] quia secretorũ Deus iudex est cognitor, 32. distin. erubescant, & 32. q. 5. Christiana, 2. q. 5. consuluisti.

e Vt stuprum.] 71. dist. Apostolꝰ. hæc. n. in sua natura mala sunt, sup. de iureiuran. & si Christus, in fine. ver quædam, & sup. de delic. puer. c. 1.

QVi scandalizauerit.] Primo ponuntur verba Euangelij: Secundo, verba Bedæ exponentis illa: ibi, Vtilius. Abb.

CASVS. Non quod in os intrat, coinquinat hominem, sed qđ ex ore procedit. audito hoc verbo scandalizati sunt Iudæi: cum hoc dictum fuisset domino, respondit; Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum; & iõ dicit Beda; Vtilꝰ scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur: non enim propter scandalum debet homo peccare mortaliter. No. quod veritas, scilicet ius cõe, quod indispensabile est, pro nullo scandalo est relaxandum.

f Qui scandalizauerit.] Collige casum 11. q. 3. inter verba, & 22. q. 2. primum, in prin. & 30 q. 5. ita ne, & sup. de his quæ vi metusvè cau. fi. seris.

Glo. seq. tractat de triplici veritate.

g Veritas.] quæ triplex 2 est, s. bonæ vitæ; hæc nunquam omittenda est propter scandalum, & ad quem libet pertinet. Alia iustitiæ: hæc ad iudicem pertinet. Alia disciplinæ. hæc pertinet ad Prælatum; in his duabus quandoque aliqua omittuntur p p scandalum. 50. dist. vt constitueretur. Et intellige quod hic dicitur. de his quæ indispensabilia sunt. & tale ius commune, quod indispensabile est, ueritas appellatur, de hoc dictum fuit supra de temp. ordi. sanè. & quod dicitur ibi, veritas iustitiæ, intellige secundum quod hic dicitur. Ius commune quandoque indispensabile est, 1. q. vlt. & si illa. & de tali hic loquitur; tale ius pro nullo scandalo relaxandum est. sed quando ius commune dispensabile est propter scandalum receditur à iure communi, 50. distinctione vt constitueretur, & 1. quæst. vlt. dispensationes, & c. exigunt.

ADDITIO. No. quod ista triplex ueritas habetur in his uersibus.

Est uerum uitæ, doctrinæ, iustitiæquè:
Primum semper habe; duo propter scãdala linque.

QVod non.] Primo ponit dictum; Secundo exempla ibi, Nam. Abbas.

CASVS. Dicit Beda super Marcum; Quod non est licitum in lege, necessitas licitum facit; quia necessitas non subiacet legi. quod probat auctoritate ueteris legis, secundum quam præceptum est sabbathum custodiri; & tamen Machabæi sine culpa pugnabant in sabbatho, propter necessitatem; & si quis ægrotus ieiunium fregerit, reus uoti non habetur. no. quod necessitas legem seruare non potest. a

† Idẽ scilicet Beda apud Marcũ c. 9.

Vide B. Thomã 2. 2. q. 43. ar. 7. & 8.

Ma. c. 9

† Aliàs ita; idem super Marcũ; adde c. 2. verba Bedę paulo aliter habẽt, sed eadẽ est sẽtentia.

2 Vide B. Thomam 2. 2. q. 43. artic. 7. ad. 4. argu.

...cessitas[a] facit licitum. Nã & sabbatum [b] custodiri præceptũ est: Machabæi tñ sine culpa sua† in sabbatho[c] pugnabant. sic & hodie si quis ieiuniũ fregerit ęgrotus, [d] reus voti non habetur.

¶ Gregorius septimus.†

¶ Illicitè factum, obligationem non inducit.

CAP. V.

Quod latenter, [e] aut p vim,[f] vel aliàs illicitè introductũ est, nulla dẽt stabilitate subsistere.

¶ Idem Varieñ.† episcopo.

¶ Tormenta indicijs non præcedentib. inferenda nõ sunt.

CAP. VI.

Cum in contemplatione: & infra ¶ In ipso causæ initio nõ est à quæstionibus [g] inchoandum.

¶ Stephanus Papa.†

¶ Sacrilegus est offendens tẽ vel personam ecclesiasticam.

CAP. VII.

Quę multotiens:[h] & inf. ¶ Quicquid in sacra [i] Deo reb & episcopis[k] iniustè agitur: pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt, & à quoquam violari non debent.

¶ Augustinus.

¶ Qui facit aliter quàm debet, facere non dicitur.

CAP. VIII.

Qui† ex timore [l] facit præceptum, aliter quã debeat facit, & ideo iam [m] non facit.

¶ Idem † in lib. de pœnitentia.

¶ Cõmittẽs vnũ peccatũ reus est oĩum, quo ad vitã æternã.

CAP. IX.

Defleat peccator, qa offendens in vno, [n] factus est omnium reus.

a Necessitas.] Hoc ideò dicit, quia necessitas legi non subiacet, sup. de obser. ieiu. c. 2. in fi. & sup. de cõsue. quanto. & de consecr. d. 1 sicut, & dis. 3. peruenit. vndè tempore necessitatis omnia sunt cõia. 12. q. 1. dilectissimis. & ff. ad leg. Rho. de iac. l. 2 §. cum in eadem naui, iu fi. quod intelligit in hoc casu. Et sic est arg. necessitatem excusare. de consecr. d. 5. discipulos, ar. 11. d. quisquis, & c. delicię, & 81. d. cum omnibus, & sup. de fur. si quis p necessitatẽ & p p necessitatẽ famis Dauid comedit panes propositionis, 25. q. 1. c iõ. §. his ita. & p p hoc pater põt vẽdere filium. C. de pa. q. fi. distraxe. l. 2.

b Sabbatum.] præceptum fuit veteris legis sabbatum custodiri: vnde si qui colũt sabbathũ, exteriorem ritũ legis reuocant, de consec. d. 2. peruenit.

c In sabbatho.] Hoc est propter necessitatẽ, 23. q. vlt. si nulla.

d Aegrotus.] etiã si in quadragesima carnes comedat, nõ dicitur frangere votum. sup. de obser. ieiu. c. 2. in fi. Ber.

Quod latenter.] CASVS. Illa quæ fiunt latenter, siue clam, aut per vim, vel aliàs illicite introducta sunt, firmitatem habere non debent, quia contra ius & æquitatem fiunt. No. ꝙ ea quæ fiũt ꝯ ius & æquitatem, firmitatem habere non debent.

e Quod latenter.] potest poni casus per l. 1. quod vi aut clam. circa prin. & in seruitio præstito Prælato per vim à subdito: hoc enim in futurum non parit præiudicium 11. q. 3. quia cognouimus.

f Per vim.] quæ per vim siue per metum fiunt qui cadere posset in constantem uirum, cum de hoc constiterit, reuocantur, sup. de his quæ vi metusue causa fiunt, ad audientiam. De hoc plene dicitur in c. Abbas. eod. tit. & ff. quod metus cau. l. 1. & l. metum, §. sed quod prætor.

Cum in contemplatione.] CASVS. Iudices a principio causæ non debent incipere à tormentis: nisi primò aliquæ præsumptiones præcedant. No. quod à tormentis iudices incipere non debent.

¶ Gl. seq. signat contrarium, & ibi remittit.

g Quæstionibus.] ff. de quæst. l. 1. & C. eo. ti. milites. [1] quod si fiat, appellari potest, 2. q. 6. non solent, versi. ante sententiam, hoc intellige nulla præsumptione pręcedente. Arg. contra. 5. q. illi qui, vbi de hoc.

Quæ multotiens.] CASVS. Quicquid committitur seu delinquitur in sacratis Deo rebus, & episcopis, vel ecclesijs, iniuste, & iniquè agitur, & pro sacrilegio reputatur: quia sacramenta ab aliquo violari non debent. Nota, quod qui res ecclesiæ inuadit, sacrilegium committit.

h Quæ multotiens.] sup. de pœnis, c. t. & 6. q. 1. imitare, & 1. q. 1. reperiuntur. Arg. sup. de Iudæ. ita quorundam.

i In sacratis.] Siue sit homo, [2] siue ager qui illa aufert & inuadit. sacrilegium cõmmittit, 12. q. 2 nulli liceat: & tanquam sacrilegus iudicari debet: vt eadem causa & q. eadem prædia, & per ecclesiam debet iudicari, sup. de foro comp. conquestus.

k Episcopis.] Isti ius publicum offendunt, quod consistit in sacris, & sacerdotibus, 1. d. ius publicum.

Qui timore. CASVS. Dicit Augustinus: Qui ex timore facit illud qđ sibi pcipitur, aliter facit, quam debeat qa liberi animo illud facere deberet, & ideò iã non dicit facere: & ideò ex tali obedientia nõ meret. Nota arg. ꝙ nõ dicitur factum, q le gitimè non fit. Itẽ ar. ꝙ qui inuitus seruit, & rem perdit, & meritum. Item arg. a cõtrario, ꝙ qui inuitus offẽdit, nõ est ei imputandum.

l Qui ex timore.] s. seruili, quoniã filialis timor bonus est, & põt introducere charitatẽ, de pęn. d. 2. sicut se a introducit filiũ: vndè qui timore pęnæ seruit, non amore iustitiæ, non ducitur spiritu Dei; vndè dicitur: Timor non est in charitate scilicet seruilis, 23. q. 6. iam vero. §. ex his.

ADDITIO. Quia perfecta charitas foras mittit timorem, vt in eo §. dicitur.

m Iam non facit.] Arg. quod nõ dicitur factum quod legitimè non fit, 23. q. 1. pudenda & 22. q. 2. faciat homo. arg. s. de iure patr. quod aũt, & sup. de regul. ad nostram. Item habes hic arg. quod qui inuitus seruit, rẽ & meritum perdit, & ideò indignus præmio fit, 23. q. 6. c. iam verò, §. ex his, versus prin. & talis obedientia vel nulla, vel minima est, 8. q. 1. sciendum. ergo per contrarium qui inuitus offendit, non est ei imputandum. arg. ff. de bon. liber. qui cum maior. §. si libertus, & ff. fam. ercis. qui erat hæres. idem est & si clericus inuitus ferat testimonium contra ecclesiam suam, quod ei non sit imputandum, [3] secus si spontè aduocet contra ipsam, sup. de postul. c. vl.

Defleat. CASVS. Peccator cum peccat, merito flere debet: quia offendens in vno, factus est omniũ reus: quia propter illud damnabitur. Not. quòd pro vno solo mortali peccato damnabitur quis, quamuis multa bona opera fecerit.

¶ Glo. seq. quadrupliciter legit capitulum, & dat vnum simile.

n In vno.] scilicet præcepto legis, vnde scriptum est: Qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno; omnium factus est reus, de pœnit. dist. 5. fratres vel in vno, scilicet mortali peccato, factus est omniũ reus quo ad vitam æternam, quia propter illud solum damnabitur: quia omnis virtus detrimentum patitur ab vno vitio, de pœnit. distin. 5. dolendum, dum enim in vno peccato perseuerat, omnia bona perdit, vt ibi. Vel in vno, idest, in vna virtute cum virtus eijcitur, tunc vitium nascitur, 32 qõ. 1. cum renunciatur. vel in uno id est in charitate, sine qua nemo saluatur. vndè Apostolus: Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem

† Dictio, sua, deest vt plurimũ in antiquis codicibus.

† Hac scribit Greg. li. 2. epist. 54. c. 93. dis. 11. registri ad Ioan. epm Rauennatẽ.

† Aliàs ita: Nirnieñ. episcopo. Sed hoc scribit B. Gregorius. Nar si patricio, lib. 1. epist. 6. registri.

1 Etiã in publicis criminibus iudex nõ incipit à tormentis, sed ẽt si per îdicia sit ꝓcedendũ, id faciet si personarũ conditio patiatur. Io. And.

2 Ecclesiasticus, vt clericus, vel secularis, vt seruus ecclesię, 12. q. 2. ecclesiarũ, C. de episc. & cleri. l. 2. lo. A.

† Stephanus Papa. I. epist. 2. cuius initium est, plurimũ gaudemus, extat I tomo conciliorum.

† Ca. 10. e. ti. in 1. cõp. De materia tex. & glos. vide B. Tho. 2 2. qõ. 19

† Ang. î lier de vera & falsa pęnit. c. 14. Epistola Iacob. c. 2

3 Dicit Hos. ꝙ licet excusetur à tãto, nõ tñ à toto: p ea quæ leguntur; s. ꝙ metus cã sacris hoc credere qñ coactõ à priuato: dictum gl. qñ coactus est a iudice. Io. And.

charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. de pœn. dist in. 3. si quis. ad fi. distinctionis. sic etiam in teste, qui aliquid adijcit de suo, totum testimonium partis mendacio decolorat, 3. q. 9 pura. simile. de consecr: dist. 3. non liceat, & c. non oportet, & dicitur ad scripturas. sacras.

¶Grego. l. 2. registri, epist. 52. c. 91. in di. 11. cap. refert Ansolmus li. 6. ca. 137. de creti.

QVamuis.] Ignorantia pastoris non excusat eum, si lupus oues rapit: hoc dicit quo ad literam. Abbas.

CASVS. Pastor siuè Prælatus debet habere curã de ouibus suis: & ideò si lup⁹ comedit oues, & ipse nesciat, nullam habebit apud Deum excusationẽ propter negligẽtiã suam. No. quòd ignorantia non excusat.

¶Gregorius † in registro.

¶ *Ignorantia non excusat Prælatum in peccatis subditorum, h. d. quo ad mysticum & moralem intellectum.*

CAP. X.

QVamuis causæ: & inf. ¶Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit. a

a Pastor nescit.] Quia pastor seu Prælatus. inquirere & corrigere debet subditorum excessus, aliàs sanguis eorum de Prælatorum manibus requiretur. sup. de offic. ordi. irrefragabili. 1. respon. cum suis concor. ibi positis, & sic non habebit excusationem, pastor enim qui tacet, consentire videtur. 43. dist. si rector, ibi, pastorem enim, &c. 83. dist. error. quare non potest vti pro defensione sua verbo Apostoli. Mundæ sunt manus meæ à sanguine, &c. 43. dist. Ephesijs. vndè & tales deponi debent propter negligentiam 71. dist. dictum. & 1. q. 1. cap. si qui episcopi. §. ecce cum honoris. Item pastor tenetur de custodia. ff. loca. qui mercedem, 27. qõ. 4. tres personas. & si dicatur quod dolo eius perijt, & ipse neget, ipsi incumbit probatio, cum ipse ratione officij sui debeat custodiam habere, 1 sup. de offi. archid. ea quæ & si dicit amissam ouem, probet ille dolum abfuisse: sicut argentarius probare debet se amisisse rationem casu, ruina, vel incendio. ff. de eden. si quis ex argentarijs, §. vlt. Idem in custode carceris. ff. de custo. & exhiben. re. l. vlt. Et idem in deposito. sup. de deposi. bona fides. cum suis concordantijs.

1 Aliàs generale est, φ qui dolũ allegat &c. ff. de p. quotiẽs. secũdum Vinc. Ioan. And.

INdignum.] CASVS. Dicitur hic, quòd pro spiritualibus obtinendis, nullus compelli debet homagium siue fidelitatem facere, cum hoc indignum sit, & à cõsuetudine Romanæ Ecclesiæ alienũ: & ideò ab alijs ecclesijs est prohibendũ. No. quod nulla pactio illicita in spiritualib. debet interuenire. Item no. regulas hui⁹ tituli notabiliter notandas.

¶Lucius tertius.

¶ *Pro spiritualibus homagiũ non præstatur.*

CAP. XI.

INdignum † est, & à Romanæ ecclesiæ consuetudine alienum, b vt pro spiritualibus facere quis homegiũ c compellatur.

† Ca. 13. e. ti. in 1. compi. sed videndũ oino, c. 2 tit. de excessib. platorũ. in 2. comp. vbi extat integra clausula.

FINIS.

b Alienum.] Ergo & à cõsuetudine aliarum ecclesiarum debet esse alienũ: quia qđ Romana Ecclesia probat, vel reprobat, & aliæ ecclesiæ hoc idem facere debent, cum ab ipsa suam habeant institutionem & auctoritatem, 11. dist consequens. & c. nolite.

ADDITIO. Exceptis priuilegijs suis. quod dic, vt not. de temp. ord. c. 1. & de re iudi. in causis. secundum Host. Io. An.

c Homagium.] idest, sacramentum fidelitatis, quod pro aliquo spirituali facere quis non debet: cum illud sit simoniacum, supra de simon. ex diligenti. alioquin clericus non tenetur facere Prælato suo obedientiam. Et in casibus debet iuramentum facere de obedientia. siue etiam de fidelitate post receptam administrationem. supra de iureiuran. nullus. 23. distinctione, quanquam. & supra de maiori. & obedien. dilecti filij & supra de iureiur. ego N. & supra de priuileg. antiqua. Aliàs enim nullum iuramentum. nulla pactio vel obligatio illicita in spiritualibus debet interuenire: & si interueniret, nullam obligationem de iure vel de facto inducit, supra de pactis. pactiones, Bernardus.

FINIS.

REGISTRVM.

a b c d.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii KKKk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr.

Omnes sunt Quaterniores, præter d, quæ est Duernio, & Rrrr Quinternio.

ADDITIONES
Super Decretalibus
D. ANDREÆ ALCIATI
PATRITII MEDIOLANENSIS
& Iureconſulti præſtantiſſimi,

QVAE QVALES SINT CONSVLTO DICERE OMMITTIMVS, ſtudioſi Lectoris iudicio relinquentes quam vtilitatem ſint allaturæ, non enim è re eſſe duximus, tanti Doctoris nomen fucatis verbis offendere, de quo tacere ſatius eſt, quam pauca loqui.

E tenebris, vbi latebant, eas extraxiſſe in tui gratiam operæprecium exiſtimauimus, quod noſtri operis eſt, æqui boniq́. conſule; reliqua Deo Opt. Max. & Alciato accepta ferto.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M.D.CV.

Apud Socios Aquilæ Renouantis.

D. ANDREAE ALCIATI

Additiones super Decretalibus.

IN PROEMIO.


Ers.Rex.] Imperator etiam appellatur Rex. Alex.consil.5. col.12. lib.5.

In glos.pudicas.] & quod etiam in cõiugatis sit castitas, vide Alex. in l.mulier.§.cum proponebatur ad Trebell.

In glos.contrarietate.] Vide glos.in cap.nouit. in vers.quicũq; de iud.vbi de hoc per Doctores.

De Sum. Trinit.

Cap. Firmiter.

IN tex.in §.vna. Dic quod non tamen licitum est tollere rem vnius Ecclesiæ, & dare alteri. Felyn.in c.quę in Ecclesiarum, colum.29.versic. quarto limit.de constit.

De Constitut.

Cap. Cognoscentes.

IN glos.1. in vers.1.] Ponitur in prima regula, quòd ante istam compilationem decret. rubro scribebantur, vt dicit Card. in cap. literas, de desponsat. impub. facit glos. c.mandata, De præsumpt.

In glos.dispendijs.] Nota quod retractatio dicitur damnum. Abbas cap. qua fronte.1.not. de appellat.

Cap. quæ in Ecclesiarum.

In glo.1 vers.fori. An ius ciuile habeat locum in foro animæ, vide Dec. in cap.Si quando,inf. de prob.

Cap. cum M. Ferrariensis.

In tex versic.consueuit. Vide Hypolitum de Marsilijs in eius singularibus, singulari 121. vel 123. Rocch.Curt.tract.de consuetudine in 7.col. ver.ex præmissa doctrina infero, vbi concludit, quòd sufficiat cõsuetudo,etiam minor 10. annis, & in col.11.ver.Item nota.Fely.c. ex literis col. antep.cum trib. seq.de fide instr. Alex consil.69. colum.fi in 3.vol.& 127.col.2.in 5.Abb. cap.1. de precar.

In glo.1.] consortes possunt agere sine mandato, vide aliqua de materia in c.in præsentia,in 1. not. de prob.Rom.sing.619 inc.tu audisti.

Ibidē ver.& est speciale.] limita vt per Hypp. sing.177.vel 133.

In glo.receperunt ver.& not.] vide Fely. c postulasti.col.3.de rescrip.

Ibidem ver.laicus potest habere præb.] Abb. c.tua nob.de Simon.in 2.not. Item decimam, in tit. & sic rem spiritualem, & nota quòd taciturnitas præbendæ, non Canonicatus, reddit gratiam subreptitiā, vide Rot 2. de præb in nouiss. & 499 in nouiss. Item not. quod quis potest esse intitulatus in præbenda constituta super bonis alicuius Laici,quo mortuo expirabit, & non potest dici beneficiũ, vide Rot. vbi sup. in 11.decis.

In glo.nihil.] Pactum quòd recipiendus nihil percipiat, simoniacũ est, vide glo. fi.c.quia nonnullis,inf.de magistris.& not.ex glo.quòd Pactũ iuri communi consonās non est simoniacum. vide Dec.cons.116.col.3.in 1. qui allegat Ant. de Butr.hic,super glo.

Cap. Ecclesia.

In gl. ab Ecclesia in dubio autem censetur receptum.] Alex.conf.121.in fi.in 2.

In glo.nec confessi.ver iudicamus.] limita vt per Abb.c.2.in 2.col.de præsumpt.

Cap. Quoniam.

In glo.futura: ver.constitutio naturalis.] constitutio respicit præterita, vide Abb. in c. pastoralis. §. verum,in 1.not.de app. Item constitutio quæ tollit consuetudinem respicit præterita,quia consuetudo notat tempus præcedens. Vide glo. not.in Clem.2.ver.decernimus, de reb.eccl.nõ alien.

De Rescriptis.

Cap. Primum.

In glo.1.ver.& priuilegium, circa med] vide Dec.consi.147.col.2.vbi tenet istam esse communem opinionem.

Ibidem ver.non poterat similiter] quis priuatur, vt audiatur. glo.in l.sed & si.§.Ait prætor, super ver.decreto.ff.ex quib.cau maior.

In glo.mandatum.ver.& optime.] vide Panor. c.plerumque,inf.eo.vbi etiam glo.

Cap. Ex parte.

In glo. 1. ver.obseruari.] attenta tamen plus mente committentis, vt not. Fel.inf.eo.in c.cum dilecta.

Ibidem ver.Sed distinguo.] vide Abb.in c. licet.in 9.not.de prob.vbi Dec.in glo.

Ibidem ver. coniunctiuã.] & nota vnum mirabile de ista copula,&,quòd ponit Abb. in c licet,in 10 not.de prob.& aliud per Ias.in l.1.in 6. col.sol.mat.ver.circa hoc.Dec.cõs.333. col.pen.

In glo.condit.ver. in 2.scrip. secus in contractibus.] Dec.in consil.350.

Cap. Cæterum.

In tex.in fi.vers.cõdemnari per istos iudices.] ita glo.fi.in c.fi.isto tit.

Cap. Inter cæteras.

Inter quodcunque.] non referat ad exemptũ, cum dicit, quoisi vnum est verũ,alterum falsum.

Cap. Eam te.

In tex.in fi.ver.dedignari.] de hoc verbo,vide Dec.c.clerici in 1.de iud.

In glo.quia aliud est conferre, aliud mandare, vt conferatur, & iure receptio dicitur facti] in hoc iur.Gem. c.si cap de concess. præb.in 6.

In glo.datam. ver. litterarum in 1.] limita vt per Rot.210.in nouiss.

Cap. Ad hæc.

In tex.ver.elegerint.] pars non eligit sibi iudicem.Rota 458.in nouiss.

In glo.1.nota, quòd commissio impetrata super causis motis, & mouentibus, intelligitur de tunc nõ post executis. Ita Rot.148.in nouiss. & vide Rot. 413. vbi dicit istũ tex. non procedere cum procuratore ad futura negotia.

In glo elegerint.] ver.coniunctiui in 1.] vide Fely.c.fi.col.1.de constit.

Ibidem in fi.ver.satis.] vide Fely.c.cum inter. colum.3.de excep.Alex.cons.3 col 2. in 5. vol. & not. ex ista glo. quod clausula ex certa scientia æquiparatur plenitudini potestatis, de quo vide aliquid per Dec.in c si quando. supra eo. & not. etiam, quòd princeps non potest tollere ius recusandi, quid autem in dubio, an præsumatur vti plenitudine potestatis, vide Mars.sing.84. incip. Princeps, & an Papa possit tollere ius recusandi, vide Abb.in c.ex transmissa.col.2.de for.cõpet. Dec.c proposuit,2.in 1.not.de app.& vt actus valeat præsumitur vti plenitudine Pontifex. Dec. cons.140.col 2.& cons.191 col.3.Fely c.1.col.9. de constit.& de ista clausula, Alex.cons.23.in 5.

Cap. Sedes.

In tex.ver.obuiare.]vide Hypp.sing.177.

In glo.maiores.] an clausula generalis referatur ad maiora, vide Dec.cap. quoniam,not.11. in uers.facit,de prob.

Ibidem ver.item.]vide Alex. cons.4. columna 1.in 4.

Cap. Ex tenore.

In glo.1.ver.si ad eosdẽ.]vide Mars.sing 111.

Ibidẽ circa finem,ver.& generaliter in quibus casibus non requiratur mentio.]vide per Dec.c. cæterum,in 1.not.sup eo.in fi.& in c. Abbate,in vlt.not.de app.

Ibidem in fi.]& glo.in c.suggestum. infra de iure patron.

Cap. Cum adeo.

In glo. sufficiente, præbenda debetur secundum qualitate personæ, & in hoc statur arbitrio iudicis,prout dicit Barb.hic,& vide glo.in c. cõquerente,inf.de Cler.non resid.Corsett.sing.incip.96.personæ. Fely.c.cum omnes, col.18. ver. in glo.pen.& c cum M.col.12.de constit.in glo. ver.per industrias.

In glo.de præbenda:ver.aliter vide c.fi.] Abb. in c.causam,de testib.in vlt.not.

In glo.si dignus: ver. subintelligitur, & ideo non facit conditionem, sed monitiones.] vide Alex.cons.718.visis.in 2.vol.

Cap. Cum dilecta.

In glo.discreta. Rescripta sunt strictè intelligenda.]idem not.glo.c. significasti.inf.eo.

In gl.iuris.ver.& precipuè] an sufficiat adimplere formam mandati per æquipollens. Vide Alex.cons.2.in 1.in 2.vol.

Cap. Postulasti.

In tex.ver.deleui,circa fi.]vide Alex.cõs.114. in 1.col.

in 1.col.in princip.& limita, vt per Fely.c. super litteris, col.4 sup.eo.

In glo. beneficium.] Quid de pensione an sit beneficium, & de ea sit facienda mentio', vide Rot.11. de præb. in nouiss. & quòd quis possit promoueri ad Titulum Vicariæ perpetuæ, vide Fely in c.6. perpetuus, col.1. de fide instr. & an tā quam b neficium possit vniri. Vide Rot.273 in nouiss. & quando vicaria dicatur perpetua, vide Fely.cap.ex litteris, col. 8. de constit. & de vicarijs castrorum in temporalibus, vide Dec.consil.341.

Cap. Nonnulli.

In tex. vers. falsarius circa finem.] vide Rot. decis.12.tit.de procur.in nouiss. & limita, vt per Rot.175.in nouiss.

In gl.fecerint mentionē.] rescriptū contra ius debet illius facere mentionem. Alex.consil.120. in 4.

In glo.siue speciali.ver.ad hoc respondeo.] vide Rot.dec.6.de procur. in nouiss. Alexan. consil 135.in 2.

Cap. Capitulum.

In glo.prius ver.peruenit.] Quid in probationibus, vide Rom sing.43.

In glo.relaxetis. ver. proprie.] vide an idem verbum proprie, & improrie capi possit. Dec c. quoniam Abbas.in princ de off.d.leg.

Cap. Ad audientiam.

Ibidem.vers.ad cautelam.] vide Fely.c.ad apostolicæ.de excep.

In glo.1.quando Pensio dicitur beneficium.] vide Rot.11.de præb.in nouiss.

In glo.in irritum. versic.sciuit, circa medium] vide Abb.in c.1.col.3. de except.

Ibidē ver.post repertę] vide Rom.sing.195.

Ibidem ver.& si ostendit.] vide Abb.cap.1.de accusat.

Ibidem ver.iuramētum.] vide Rom.sing.206. tu scis.

Cap. Si proponente.

Minimum non attenditur] vide ad quæstionem quā ponit Bal. hic de muliere dotata in vno nummo, an dicatur dotata, per Ias in rubrica sol. matrim.col.6.

In glo. de hoc, ver. item si de terra.] an valeat collatio facta forensi. Vide Fely. cap.sicut de sim.

Cap. Quia nonnulli.

In tex. vers.exortę.] vide Rot.145. in nouiss. & 210. & 477. & limita in procuratore, vt per Rot 413 in nouiss.

Ibidem, vers.coram diuersis.] vide de materia Fely. cap.cum.M. colum.3. versic.extra glo. de constit.

In glo.prima.] an valeat commissio impetrata per falsum procuratorem, uide Rot. 430. in nouiss.

In glo.super, vers.sicut ille.] uide Fely. in d.c. ex tenore, columna 7. qui tenet contrarium, supra eo.

In glo.vel, vers.aliàs.] vide Perus.c. cum parati, col.4.de app.Rom.sing.367. Rot. 342. in nouiss.

In glo.damnis, uersic.iudices, pœnam.] uide Perus cap.ex ratione, septimo articulo principali, uers.4 de app.Rot.12. decis.de procur.in nouiss. Alex.cons.90.col.2.in primo vol.Fely.c.ex parte, 2.col.6 sup.de rescript.

Ibidem. vers.& si hoc no.] & qui sint casus in quibus requiratur, partis petitio, uide Ias.in l.vniuersa.C de precib.Imp off.Dec.cap. licet causam in prima glo colum.10. de prob.& ad glo. uide Abb.c.significauerunt, col.3.de except.Fely.cap. sin autem, col.3.isto tit.

De Consuetudine.

Cap. Ex litteris.

IN tex.] An in apprehensione possessionis iuris canonicalis, vel præbendæ requiratur speciale mandatum, vide Rot.290.in nouiss. Et an statutum possit transferre in hæredem possessionem absque apprehensione facti, vide Alexan. consil.24.col.1 in tertio uol quòd sic, & idem in donatione principis, cons.3. colum.2. in quinto. Fely.cap.ne Dei de sim.Dec consil.341. colum. penult.

Ibidem, vers valetudine] vide Mars. tract.de peste, fol.31.vers.16.

Ibidem, uers.vid ntium.] uide Abb.in c. cum causam, col. 6.de testib.

In glo signum, uers. inuestituræ.] Alexan. consil.88 colum.secunda in quinto. Rot.decis.8.de restit.spoliat. in nouiss & 275. in nouiss.& 277. Alex.cons.18.& 8 .col.1.in 2.uol.

Ibidem, uersic.hoc tamen.] uide Ias in l.traditionibus, in pen.colum.C de pact.Alex.cons 82. columna 2. in 2.uolum.& consil 40. in 2.colum. in tertio.

Cap. Quanto.

In glo prima, uersic. etiam laico, circa med.] uide Abb.cap.nouit, in glo.uersic. consuetudine, de iud.

Ibidem, uers.episcopalis, & hæc non possunt præscribi.] uide Abb.c.auditis, de rescrip.

In glo.consuetudinem, vers præscriptibiles] & licet, quæ sunt ordinis episcopalis præscribi non possint, possunt tamen acquirere libertatem. Abb.c.veniens, de præs. in 5.not.

Cap. Cum olim.

In glo.fine, versic.non tamen.] vide omnino Dec cap super eo, 2.not de off. deleg. & priuilegia, quòd non sint interpretanda in alterius præiudicium, vide Ias.in l.si quis quenquam. ff. Si quis cautionibus, l.fi.colum.3. ff de constit.princip.& hoc procedit etiam si princeps hoc concederet motu proprio, vt vult Dec.in cap.1. col.8. in fi.de iud.& idem in statuto, potius enim toleratur, vt nihil operetur, quam alicui præiudicium inferat.l.fi.§.in computatione, vbi glo.& moder. C.de iure delib.& de verbo, (volo,) vide Dec. in rubr. de iud.colum 6 in prima lect. & c. cum dilecto, colum.3.in fi.de confirm. vtili.

Cap. Cum venerabilis.

In tex.vers.corruptela.] vide Abb.c.quia nos, de appel.

In glo.1. in fi.an consuetudo excuset quem à pœna.] vide Rom.sing.19. Fely.in cap.1. colum. antep.de re iud. Dec.consil.170. colum. penul. & 175.colum.10. & 197. columna 2. Alexand.consil.107. columna quarta, in fi. in 2.& colum.fi. Fely.cap.ex tenore, colum.6. vers.cæterum, in fi. de rescript.

Cap. Cum dilectus.

In tex. versic.Cæterum] quod statuta debeant interpretari secundum ius commune, modo aliquid operentur, vide Dec.in rubr. de prob. columna 13. vers.3. & col.17 vers ex his, & c.causam quæ, in vlt col.de rescrip. vbi alij.

In glo.de iure.] & an, & quando quis simul possit vti iure communi, & priuilegio, vide Abb. in c.ueniens, col.5.de præscr.

In glo.constitutum, vers.quia hoc.] uide Alex. cons.106.col.1.in 2.

Ibidem, vers.& sic patet.] uide Fely.in cap.de quarta, col.7.de præscript.

Ibidem, versic.uoluntate patroni.] uide Soc. consil.1.in tertio volum.Fely.c.ex parte, il 2.colum.1.de rescrip.

In glo.interpres, ibi, & non requiritur, quòd sit præscripta.] Dec cons.156.col 2.in fi.

In glo.a suspensis, in princ. vers.eligere.] vide Fely.c.apostolicę, col 7.de except.

Ibidem, uers.ut consueuit, uide Dec in c., nam concupiscentiam, colum.1.de constit.& consil.3. col 3.in fi & cons.147.col.fin.Rot 1.de consuetud.in nouiss.

De Postulat. Prælat.

Cap. Gratum.

IN glo. niterentur, in fi.] vide Dec. c.vt nostrum, in 3.not.de app.

In glo pauciores, uersic tu dicas.] ius eligendi an remaneat in vno, uide Dec cons.151. col.pen. qui tenet, quòd sic. Alexan. consil.70.colum.1. in quarto.

Cap. Bona.

In glo.1.in princ] Quando iudex supplet ex officio suo, vide Abb.in c.Raynutius, in 9. not. de testam.

In gl.generali.] quod Cardinales dicantur militare in sacro Palatio, tenet Dec.in l.centurio, de vulg.in notabilibus.

In glo.communem.] vide per Bar in l.1. col. pen.sol.matr.vbi distinguunt, quando utilitas publica, præferatur, & est contra.

De Electione.

Cap. Nullus.

IN summario, vers collegium.] contraria tamē posset induci consuetudo, ut per Abb. cap.cum uenissent.2 not de restit.in integr.

In gl 1. vers.homines decē faciunt collegiū.] & quid in dubio, ubi sunt sex, uel septem simul uiuentes, an sint collegialiter, uel ne, uide Rot. 13.de pra b.in nouiss.quæ tenet, quòd sic.

In gl in congregatione, uers.tunc enim, in fi.] vide Alex.cons.70 col 1.in 4.

Cap. Licet.

In tex.uers.concilij] dicitur tamen constitutio Papæ, non concilij, ut inquit Dec.consil.150. colum.3 dixi c.vlt.6.lib.paradoxorum.

In glo.speciale, est forte speciale, quia in alijs requiritur maior, & maior Pars, hic tantum dicitur de maiori.] vide Fely. c.cum omnes, col.12. & sequenti, uers.tertiodecimo fallit, & uersic.secundus casus, de constit.

In glo.recursus] de hoc uerbo quid importet, uide Perus c.dilecto, de app.q.56.

Cap. Cum in cunctis.

In tex. uers. beneficijs, circa fi.illius ecclesiæ tantum.] vt in c compromissarius, eo. tit.c. cum in cunctis.

In glo.tempore, a confirmatione vsque ad tres menses episcopus debet cōsecrare.] quod si lapsus sit ter-

sit terminus, & res sit integra, an possit petere consecrationem, uide Rot. 3. 28. in nouiss. ꝙ sic.

In gl. ad quem spectant, uersic. tamen dicitur, circa med.] Qui dicantur mariti ecclesiæ, uide Panor. in c. dudum, in 9 col. sup. eo.

In glo. Archidiaconatum. circa fi. uers. ubi dicitur.] uide Card. Alexandrinum c. perlectis. 25. distin. qui latè de hoc disputat, & Gem. 21. distin. in Summa, & dictum Cardinalem c. nemo, secunda quæst. 1.

In glo. promoti, in fi.] nota istam glo. contra primum not. Panor. in c. eam te, de rescrip. quod electus dicitur promotus, nisi dicas, quòd hic intelligitur de inferioribus ab episcopo.

Cap. Transmissam.

In fi. summ.] uide Fely. c. eam te, de rescrip.

In glo. de talibus, uers. ea uerò quædam pertinent ad iurisdictionem quædam ad ordinem, & quædam etiam ad dignitatem.] quæ uide per Panor. in c. audentibus, de excess. prælat.

Ibidem, uer. depositio.] an non possit pronunciare deponen. uide Fely. c. 5. de re iud.

Cap. Cum nobis.

In gl. ex officio: iudex potest supplere de fid.] & per hoc uide, quòd not. Aret. in c. constiterit, col. 3. in princ. vers. saluando, de accusat.

In gl. procuratorem, uers. nunquid.] uide Rot. 441. in nouiss.

In glo. liberam.] uide de hoc uerbo Dec. cap. si pro debilitate, col. 6. de off. deleg. & in c. repræhensibilis, secundo not. de app.

In tex. uers. inhabilis.] uide Soc. consil. 47. in 3. uol.

Ibidem, uers. sufficienter.] uide Abb. in c. bonæ, col. pen. de app.

Cap. Cum inter.

In glo. recusatur, uers. amplius eligi] an autem semel furiosus semper præsumatur furiosus nisi probetur contrarium, uide Alex. cons. 141. col. 2. & 3. in 1. uolum. & consil. 42. in 3. colum. in quinto uolumine.

In glo aliam in princ.] an electio sit facienda de aliena ecclesia, vide Fely. c. sicut. de simon.

In glo. confirmauit, circa fi. versic. alius confirmat.] uide Abb. in cap. litteras, in fi. de præsumpt.

Cap. Dudum.

In glo. numerus, dignitas non præfertur numero, ubi non est Par.] Sed an numerus suppleat deffectui, uide glo. in l. 3. uersic. numerus, de testib. quæ tenet, quòd sic, & not. Imol. in l. qui testamento, in princip. de testam. de quo tamen, uide Dec. cap. licet. not. 9. & 11. in fi. de prob.

Cap. Bone.

In tex. versic. Porrò, uerbo citati, uide Alexan. consil. 123. col. pen. in secundo, & cons. 136. col. 4. eo. vol.

In glo. metuebant, vers. licet impressio, circa med.] uide Alex. cons. 98. in 3. uol.

In glo. præsumitur, uers. sed hodie.] uide Dec. in rubr. de app. col. 5. Alex. consil. 21. in secundo, & 105. in 5.

Ibidem, vers. si autem.] adde alios modos per Dec. c quoniam, in prima glo. de prob.

In glo. singulares.] de testibus singularibus, uide Dec. c. licet in 9. not. versic. secundo, de prob. Hypp. Mars. sing. 114. vulgatum.

Ibidem, uers. negatiua.] & licet probatio super negatiua fieri non deberet, tamen facta tenet. Fely. c. pastoralis, col. 6. de except. Alex. consil. 65. in primo.

Cap. Querelam.

In tex vers. consuetudine pertinet.] uide Alex. cons 98. col. 1. in 5. uol.

In gl. querelam.] uide Abb. c. dilecto. col. 11. de testib.

In glo petens, vers. sic enim condemnare.] uide Rot. in ultima decis de iud. in nouiss.

In glo. Oeconomi, uers. si enim, in princ.] uide Rom. sing. 20. Rot. 21. in fine, in nouiss. & uide Alexan. consilio 95. columna penult. in secundo uolumine.

In glo. tempora, in fi.] uide Dec. cons. 136. columna 1. in fi.

In glo. statutum, uers. sed ibi circa finem.] uide Dec. c. dilecti, col. pen. de iud.

Cap. Cum Vintoniensis.

